Seite 626 u. fg.

AVGVSTINI LEYSERI

IN REGIS POLONIARVM ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS AVLA CONSILIARII
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDINARII
CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORIS
IN TRIBVNALI ET SCABINATV PRIMI
ADSESSORIS

MEDITATIONES
AD
PANDECTAS

QVIBVS PRÆCIPVA JVRIS CAPITA EX ANTIQVITATE EXPLICANTVR
CVM JVRIBVS RECENTIORIBVS CONFERVNTVR
ATQVE VARIIS CELEBRIVM COLLEGIORVM
RESPONSIS ET REBVS JVDICATIS
ILLVSTRANTVR.

VOLVMEN IX.
EDITIO SECVNDA.

LIPSIÆ ET GVELPHERBYTI
APVD JOH. CHRISTOPH. MEISNERVM.
cIↄ Iↄ CCXLI.

1440 L 545
A. 52786
D6

LVDOVICO IOANNI GVI LIELMO GRVNO

HASSORVM LANDGRAVIO

RVSSICORVM EXERCITVVM DVCI

ET ARMAMENTARIORVM PRÆFECTO

DITIONVM HOMBVRGICARVM

HEREDI

PRINCIPI MAGNO
PIO FELICI
MEO OLIM AVDITORI
NVNC DOMINO
HVNC LIBRVM
AD QVEM ORNANDVM IPSE
ADOLESCENS
OPERAM CONTVLIT

IN GLORIÆ MONVMENTVM

DEDICO

Æternum Hassiacæ gentis decus & immortale nomen a multis retro sæculis mirifice floruit, nunc vero ad id humanæ gloriæ fastigium evectum est, ad quod, præter unam illi arctissimo necessitudinis & fœderis vinculo nexam, ex iisdem proavis natam, ac perpetuam virtutum & lau-

laudum comitem, nulla ex alia principibus Europæ gentibus penetravit. Etiam reliquæ heroes ſuos habuerunt, & adhuc habent, ſed nulla plures uno tempore, quam tua, Domine. Naſcitur vobiscum, quotquot ex Philippo magnanimo ortum trahitis, prudentia bellica & fortitudo. Hæc virtus veſtra Haſſiam primum ſtabilivit, deinde Germaniam firmavit, porro Europam pacavit, ac, quum in Europa nihil hoſtile ſupereſſet, in Aſiam transgreſſa eſt. Nullum toto hoc ſæculo bellum geſtum, nullum prælium commiſſum fuit, in quo non alicujus herois Haſſiaci, ſæpe etiam plurium, virtus enituerit, ac hoſtium vim vel fregerit, vel ſuſtinuerit. Ipſa Hochſtettenſis victoria, quæ imminens & injectum jam Germaniæ jugum excuſſit, poſt Eugenium & Marlborugium, Haſſiacæ genti

de-

debetur. Forsan illa nunquam reportata fuisset, ni Fridericus, Suecorum rex, familiæ vestræ caput, Anglos, & tuus, Domine, pater Belgas in hostes duxissent, ac exemplo suo animos militum inflammassent. Per hos salus nostra parta est, & pro opimis spoliis dux ipse hostium triumpho ductus. Eo, quo prælium hoc committebatur, tempore mater tua te, Domine, utero gerebat, atque accepto de victoria nuncio, etsi gravida & partui proxima, ut maritum suum, patrem tuum, laureatum videret, altero post pugnam die accurrit, & equo per campos, hostilibus corporibus stratos, tecum vecta est. Tunc tibi, nondum in lucem edito, ille martius ardor, qui te animat ac ex oculis tuis elucet, inspiratus fuit. Hic te, adolescentulum adhuc, extra patriæ, quam pacatam videbas, fines in Russiam

)( )(abri-

abripuit, ut ſub Petro, vere magno, prima militiæ rudimenta poneres. Et poſuiſti illa tam egregie, ut in cruda adhuc ætate ſatis tamen maturus videris, cui tanquam duci expeditio in Perſas committeretur. Tunc tu primus Aſiæ populos Haſſiacum nomen venerari & virtutem extimeſcere docuiſti. Tunc fortiſſima Perſarum gens, quæ poſtea maximos Turcarum exercitus vicit, tibi tamen ſuccubuit, & paſſa eſt, per te ex ſuis ditionibus Ruſſici imperii limites amplificari. Redux in Ruſſiam, & ordini equeſtri divi Andreæ adſcriptus, arma, Perſico ſanguine adhuc madida, in Poloniam, tunc nondum pacatam, intuliſti, & iterum ſummus copiarum Ruſſicarum imperator, ac regiorum exercituum ſocius, hoſtes fortisſime profligaſti & arcibus ſuis exuiſti. Quæ tūa de ſe & toto Po-

Poloniæ

loniæ regno benemerita agnovit rex optimus, & te laureatum ac triumphantem Varſaviæ benignisſime excepit, atque honoribus tuis, jam tum maximis, equeſtrem aquilæ albæ dignitatem adjecit. Interea Anna, Ruſſorum Auguſta, ſummam armamentariorum ſuorum præfecturam tibi dederat, ac novam in Turcas & Tartaros expeditionem commiſerat. Tu igitur arma, quæ in Polonia egregie exercueras, in Turcas iterum indutus, ſub Annæ, Ruſſorum Auguſtæ, felicisſimis auſpiciis proſpere pugnaſti, ac illi gloriæ, qua nunc Anna majores & deceſſores ſuos omnes, & ipſum quoque Petrum, ſupergreſſa eſt, ingentem cumulum adjeciſti, quin adhuc quotidie adjicis, dum curam machinarum & inſtrumentorum bellicorum per totam Rusſiam geris, &, quæ ubique contra hoſtes neceſſaria ſunt, ſolicite & feliciter diſpenſas. Verum

 enim

enim vero hæ bellicæ laudes tuæ me nimium morantur. Habes & extra illas, quod miremur & suspiciamus. Nempe vivida tua indoles, priusquam armis & militiæ dicaretur, literarum studiis imbuta fuit. Omitto primam pueritiam, quam & ipsam tamen non otiose, sed bene, collocasti. Loquor de his, quæ ipse vidi audivique. Nunquam scilicet memoriæ meæ excidet annus post Christum quartus decimus supra millesimum septingentesimum, natalis tuus decimus, quo ego, qui Helmstadii degebam, tibi, Obisfeldiæ, in vicino paternæ ditionis oppido, commoranti, innotui, dignusq; visus sum, cujus opera ad exornandum pulcherrimum ingenium tuum utereris. Quantæ fuerint in hac prima ætate ingenii tui dotes, quæ latine loquendi copia, quæ suavitas, dicere vix audeo, quum laudes tuas, quas alii omnes avide audiunt & legunt, tu solus impatienter feras. Verun-

ta-

tamen hujus rei non ego ſolus teſtis ſum, ſed tota academia Julia, in cujus, & duorum Marchionum Brandenburgicorum, qui ſe fidei & inſtitutioni meæ commiſerant, & divi fratris tui, ampliſſimo conſeſſu publicam orationem habuiſti, cum maximo horum principum, patrum academiæ, civiumque, plauſu. Incitatus hoc felici primi ſpeciminis ſucceſſu novum edere geſtiiſti. Cui generoſo deſiderio tuo ſatisfacturus auctor tibi fui, ut publice diſputares. Perplacuit tibi hoc conſilium meum. Igitur primam, quæ oblata fuit, occaſionem accepiſti. Nempe Albertus Riperus, qui deinde aliquam inter eruditos nominis celebritatem adquiſivit, lucubratiunculam de injuſta in homicidas indulgentia elaborarat, ac a me pauliſper correctam more academico ſub præſidio meo defenſurus, te ad contradicendum invitavit. Annuiſti his precibus læ-

tus ac alacer, & progressus in medium ita te exhibuisti, ut exspectationem omnium, & me ipsum pene, qui Riperum tuebar, vinceres. Elegeras scilicet quæstionem pulchram & illustrem, an princeps homicidis ultimum supplicium sine legis divinæ violatione remittere possit. Hanc tu tam luculenter, tam solide, tam suavi eloquio, tam graviter excussisti, ut a Jureconsulto sene majora & meliora proficisci non potuissent. Itaque omnes, quotquot adfuerunt, mecum augurati sunt, te aliquando magnum futurum, atque majorum tuorum & propinquorum gloriam assecuturum. Quam spem nostram non solum implevisti, sed supergressus jam es, vincesque porro, & nomen tuum olim inter clarissimos gentis Hassiacæ heroes ponetur. Etiam academia Giessensis, cujus rector magnificentissimus an. cIↄ Iↄ CCXXIII. fuisti,

hoc

hoc tanto capite adhuc hodie gloriatur & ſe effert, & per hoc ipſum tua quoque decora auget. Ego vero, quoties aliquid de rebus a te geſtis, & laudibus tuis inaudio, iſtam primæ juventutis tuæ memoriam recolo, &, ne quid disſimulem, ex gloria tua partem ad me traho. Quare jam diu cupio, monumentum aliquod ejus erigere ac poſteris relinquere. Cujus deſiderii mei implendi occaſionem commodisſimam nunc nanciſcor. Editurus nonum meditationum mearum volumen, huic Riperianum iſtud de injuſta in homicidas indulgentia ſpecimen, quod tu olim tam mirifice illuſtraſti, inſero. Quod ſpecimen nunquam oculis meis ſubjicitur, ut inſtituti olim tecum colloquii ac certaminis recordatio ſimul in mentem non veniat, & animum meum tacita veneratione non perfundat. Conſtitui ergo, totum hoc volu-

lumen tibi dedicare, hancque dedicationem monumentum tuæ gloriæ meæque laudis facere. Si hic liber meus, ut ſpero, ad poſterorum ſæcula perdurat, hi aliquando cum admiratione legent, fuiſſe noſtra ætate in Haſſorum gente principem, qui ſuis victoriis Ruſſorum imperium firmarit, & extenderit, ſimul vero militare ingenium humaniſſimis literis mitigarit, bellicasque virtutes ſuas doctrina, tanto faſtigio conveniente, exornarit. Agent hi iidem mihi, quod ad augenda illa decora tua quid contulerim, gratias, laudesque meas inter tuas, quamvis longo intervallo, collocabunt. Ego autem, quam diu vivo, Deum venerabor immortalem, ut tu, lucidum Germaniæ noſtræ ſidus, porro gloria, proſperitate & bonis omnibus exſplendeſcas. Vale. Vitembergæ X. Calend. Octobr. anni cIↄ Iↄ CCXXXIX.

INDEX SPECIMINUM,

QUAE IN HOC VOLUMINE IX.

MEDITATIONUM

AD PANDECTAS

CONTINENTUR.

AD LIB. XLIIX. TIT. V. AD L. JULIAM DE ADULTERIIS COERCENDIS.

Spec. 576. de Lenitate in Adulteriis, Reipublicæ, & noxia & utili. pag. 1
Spec. 577. quousque Adulterium per conjecturas probetur? 23
Spec. 578. de Marito, justo Adulterii punitore, 39
Spec. 579. de Jure Conjugis in bona Conjugis adulterantis. 59
Spec. 580. Adulterii pœnam ex duabus saltem causis mitigari posse. 86
Spec. 581. de Pœna Stupri, arbitrio judicis relinquenda. 118

Spec 582. de Infamia Stupri abolenda. 144
Spec. 583. de Stupri judicio civili. 157
Spec. 584. de Stupro violento. 176
Spec. 585. de Concubinatu individuo. 200
Spec. 586. de Inceſtu. 220
Spec. 587. de Polygamia. 240
Spec. 588. de Lenocinio. 258
Spec. 589. de Sodomia. 275

AD LIB. XLIIX. TIT. VI. AD L. JULIAM DE VI PUBLICA

Spec. 590. de Vi publica. 285
Spec. 591. de Violatione ſecuritatis domeſticæ. 297
Spec. 592. Quod locus Vim publicam non faciat. 303
Spec. 593. de Raptu. 305

AD LIB. XLIIX. TIT. VII. AD L. JULIAM DE VI PRIVATA.

Spec. 594. de Vi privata. 326
Spec. 595. de Vi, quæ in Pignorationibus committitur. 339

AD LIB. XLIIX. TIT. VIII. AD L. CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

Spec. 596. Homicidium crimen irremiſſibile eſſe. 351
Spec. 597. de injuſta in homicidas indulgentia. 361
Spec. 598. de Corpore delicti in homicidio. 401

Spec. 599. quousque imbecillitas mentis homicidam excuset? 424
Spec. 600. de inculpata Tutela. 436
Spec. 601. de Cæde per iram. 487
Spec. 602. de Homicidio culpabili. 511
Spec. 603. de Voluntate nocendi, seu, ut male appellatur, Animo occidendi indirecto. 547
Spec. 604. de Armis letalibus. 561
Spec. 605. de Homicidio insidioso. 585
Spec. 606. de Vesperæ Siculæ fabula. 600
Spec. 607. de Duellis. 615
Spec. 608. de Crimine magiæ. 629
Spec. 609. de Veneficio. 655

AD LIB. XLIIX. TIT. IX. DE L. POMPEJA, DE PARRICIDIIS.

Spec. 610. de Parricidio. 678
Spec. 611. de Infanticidio. 698
Spec. 612. de Conscientia Parricidii. 724
Spec. 613. de Expositione Infantum. 733

AD LIB. XLIIX. TIT. X. DE L. CORNELIA DE FALSIS, ET DE SENATUS CONSULTO LIBONIANO.

Spec. 614. de Mendacio. 741
Spec. 615. de Falsis, quæ vulgus ignorat. 763
Spec. 616. de Falso literato. 801
Spec. 617. de pœnis Falsi. 820

Spec.

Spec. 618. de Falsa Moneta. 839

AD LIB. XLIIX. TIT. XI. DE L. JULIA REPETUNDARUM.

Spec. 619. de crimine Repetundarum. 847

AD LIB. XLIIX. TIT. XIII. AD L. JULIAM PECULATUS, ET DE SACRILEGIIS, ET DE RESIDUIS.

Spec. 620. de Sacrilegio. 859
Spec. 621. de Residuis. 875

AD LIB. XLIIX. TIT. XIV. DE L. JULIA AMBITUS.

Spec. 622. de Ambitu. 898
Spec. 623. de Simonia. 901

AD LIB. XLIIX. TIT. XV. DE L. FABIA, DE PLAGIARIIS

Spec. 624. de Plagio. 929

AD LIB. XLIIX. TIT. XVI. AD SENATUS CONSULTUM TURPILLIANUM, ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM.

Spec. 625. de Tergiversatione. 943
Spec. 626. de Abolitione Criminum. 953

SPECIMEN DLXXVI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVIII. TIT. V.

DE LENITATE IN ADVLTERIIS REIPVPLICÆ ET NOXIA ET VTILI

PVBLICE DEFENSVM

A

GOTTLOB CHRIST. KLVEGEL

CYGNENSI, NVNC JVRIVM DOCTORE

DIE III. ID. JVN. cIↃ IↃ CCXXXV.

I.

Indulgentia in adulteros vulgari errori, quod crimen hoc reipublicæ parum noceat, adſcribenda eſt.

II.

Refellitur is error, atque, tranquillitatem & ſecuritatem publicam adulterio maxime turbari, oſtenditur.

III.

Adulterium tamen, quod a marito in feminam innuptam committitur, minus atrox eſt eo, quod in maritatam.

IV.

Major caſtitas in feminis, quam in maribus, exigitur.

Conſideranti mihi frequentiam & impunitatem adulteriorum, ſæpe in mentem venit, quod torvus ille Scaurus apud *Juvenalem Satyra II. verſ.* 37. clamat:

- - ubi nunc, lex Julia, dormis?

Equidem apud Saxones adulterium impunitum plane ac inultum dimitti, nemo dixerit, qui ſcit, ſæpe tenues ac mediocres etiam homines propter adulteria in judicium trahi & acerbe vexari. At enim vero, præterquam, quod hæc calamitas hominum de plebe fere propria eſt, nec facile ad nobiles & in dignitate poſitos pertingit, hi ipſi etiam, quos accuſator vel judex ex officio corripit, certi quodammodo eſſe poſſunt, mortis pœnam ſibi non imminere. Poſt diuturnum enim judicium & aliquot interlocutiones vel ad jusjurandum admittuntur ac deinde abſolvuntur, vel, ſi ſeverior judex obtingit, relegatione, carcere, mulcta puniuntur, utrobique tamen magiſtratibus ſumtus, qui, ne quid diſſimulem, apud pleroſque judices præcipuus juſtitiæ finis ſunt, ſolvunt. Vltimo ſupplicio adulteros adulterasve adfectos fuiſſe, nemo recordatur, ut adeo pœna hæc præſcriptione immemoriali abolita videatur. Et ſancit tamen eam diſtricte *Auguſtus Elector in Conſtit* 19. *P* 4. tanta ſeveritate, quæ in aliis Germaniæ provinciis exemplum non habet. Ergo

- - ubi lex Auguſta quieſcis?

Qua

Qua de re ego ſæpe cum viris probis cordatisque locutus cauſſam ejus indulgentiæ requiſivi, ac animadverti, pleroſque adulterium pro crimine atroci & reipublicæ pernicioſo non reputare, ſed imbecilliori hominum naturæ imputare, ac propterea venia dignum credere. Ego autem adulterium inter atrociſſima crimina refero, & non tam domeſticam tranquillitatem, quam publicam ſecuritatem, lædere, atque propterea graviſſimis pœnis coërcendum eſſe, contendo. Quod ut oſtenderem, collegeram jam aliquot rationes, ac in chartam conjeceram, quum improviſo in *Barnabæ Briſſonii librum ſingularem ad legem Juliam de Adulteriis* incido, in ejusque *Præfatione* idem, quod pertractaram, argumentum exhauſtum jam reperio. Muto igitur confeſtim conſilium, & deletis his, quæ ipſe ſcripſeram, Briſſoniana, quæ meis profecto meliora ſunt, ſubſtituo. Ipſa dedicatio libelli memorabilis eſt. Inſcribitur illa Chriſtophoro Thuano Celio, Pariſienſis ſenatus præſidi, magni Thuani patri, tanquam qui leges contra adulteria inſtaurarit. Sic enim in ea Briſſonius: *Superioribus*, inquit, *temporibus hac Satyrici poëtæ querela aures noſtræ perſonavere, ubi nunc lex Julia dormis? Inſederat videlicet imperitorum animis ridicula quidem, ſed tamen quæ maximam ad nequitiam feneſtram patefecerat, opinio, adulterorum in Gallia impunita eſſe peccata, quæ paſſim corruptis moribus laudi jam duci, & in pretio haberi id vitii cœperat. Hanc tu Reipublicæ pernitioſam opinionem, editis non ita dudum de aliquot adulteris exemplis, eripuiſti, perfeciſtique, ut non tam puniendi voluntatem, quam accuſatores majoribus noſtris ante hac defuiſſe judicemus. Quod ſpectaculum quum maximus bonorum omnium plauſus conſecutus eſſet, hinc me laudum tuarum, ad quas hunc cumulum acceſſiſſe valde gaudebam, recordatione incenſum res admonuit, ut antiquam de adulteriis coërcendis ab Auguſto latam legem, quæ quaſi poſtliminio in uſum rediret, in ordinem digererem, & interpretatione adhibita illuſtrarem.* Hunc Briſſonii locum confirmat mirifice *Jacobus Meyerus in Annalibus Flandriæ lib. XV. folio 226: Adulteria*, inquiens, *pro ludo habebat nobi-*

bilitas, nec horum vindicem esse Deum cogitabant: Erant enim occæcati. Et alii quidem vulgares aut mediocres: At Aurelianus, Ludovicus nempe, quem Joannes Burgundio Parisiis anno 1407. occidit, (*proh dolor*) *vel primarias pudicissimas, illustrissimasque Regni matronas & Heroinas ausus est solicitare, quod illi lethale erat. Adhinniebat enim ad quamlibet formosam mulierem tanquam equus* (*inquit ille*) *admissarius. Talia a magnatibus in vulgus fluxerunt exempla. Quis enim cohiberet? quis puniret? Ante Natalem dominicum puniebantur acriter adulteri & adulteræ; nunc agunt sine metu, ludusque est adulterium. O Christiani!* Sequitur *Brissonii* opusculum ipsum, cujus hoc principium est: Probra, quemadmodum *Vlpianus in l. Probrum* 12. *de Verb. Sign.* scribit, quædam natura turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more civitatis. In illis adulteria numerantur, quibus abstinendum esse non tam scitis legum, quam naturali ratione dictante quisque intelligit. Nec enim, ut a *Cicerone* præclare scriptum est *lib. 2. de Legibus*, si regnante Tarquinio nulla erat Romæ lata lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delicto avocans, quæ non tum denique incipit lex esse, quum scripta est, sed quum orta est. Orta est autem simul cum mente divina. Argumento est consentiens in unum omnium populorum de adulterii turpitudine opinio, quæ pro certissima lege naturæ accipienda est. *Cic. 1. Tusc.* Nam ex quo primum a fero & agresti cultu ad humanitatem traducti homines certis inter se matrimoniorum legibus devincti sociatique sunt, qui prius incerto ac promiscuo coitu libidinem explebant suam: ex eo tempore vitio duci adulterium, legibusque prohiberi cœpit.

Fuit (ait *Horatius in art. poët.*) *hæc sapientia quondam*
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Et alias *lib. 1. Serm. Sat. 3.*

Oppida cœperunt moliri, & ponere leges,
Neu quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

Quæ res efficit, ut, quæ in jure civili errantes incesti crimine liberantur, adulterio commisso nullam mulieres excusationem habeant, *l. si adulterium* §. 1. *D. de Adulter.* propterea quod lege naturali: quam ignorare eas insita ratio non permittit, prohibitam rem admiserint. Id adeo ex eo vel perspicue apparet, quod est brutis quibusdam a natura datum, ut adulteria aversentur, &, quanto ea hominibus odio esse debeant, quibus possint, indiciis testentur. *Plin. lib. 8. c. 5. Solin. c. 38. Ælian. lib. 1. de Hist. animal.* Nec immerito certe, hujus vitii fœditatem in animis nostris lucere ipsam per se, communis parens voluit. Etenim ut omnia animo ac cogitatione percurras, adulterio fœdius crimen, atque hominum inter se societati perniciosius vix ullum reperies. Nam cetera quidem ferme omnia delicta propriæ turpitudinis finibus continentur: adulterium quoddam veluti vitiorum agmen trahit, &, ut *Diodorus Siculus* verissime scribit *lib. 1. Biblioth.* ad eam, quæ marito infertur, injuriam, corruptelam quoque, ac depravationem morum, prolis confusionem, matrimoniorum perturbationem adjungit. Nec vero ullum tantum scelus, ullum tam magnum facinus est, ad quod suscipiendum libido voluptatis violatæque pudicitiæ audacia non impellat. M. Catonem dixisse accepimus, *Quintil. lib. 5. cap* 10. Nullam adulteram non eandem veneficam esse: videlicet homo prudentissimus sentiebat, nullum esse scelus,

cujus non facile suspicio in eam caderet, quæ fide rupta, sacrique lecti genio contemto, adulterium admittere ausa esset. Multæ ipsis etiam visceribus vim afferre non dubitaverunt, *Juvenal. Satyr.* 6. medicamentisque conceptos ex adulterio partus abigere, ne materna adulteria in lucem editi liberi dissimilitudine formæ proderent. Quid dicam maritorum nece adulteria cumulata? Notæ sunt Candaulis Lydii, *Herod. lib.* 1. *Plato lib.* 11. *de Legib. Justin. lib.* 1. Vriæ, *lib. Reg.* 2. *cap.* 11. Agamemnonis, *Patercul. libro* 1. *Propert. lib.* 3. Fabii Fabriciani, *Plutarchus in Parallel.* Romani Argyropili Constantinopolitani Imperatoris, *Bapt. Egnat. in Epito. sua*, ex adulterio uxorum natæ cædes. Sed non est institutæ disputationis, quot ex hoc veluti fonte scelerum rivuli manarint, repetitis ab ultima antiquitate exemplis recensere. Maneat modo illud, quod paulo ante attigimus, adulterio vincula quodammodo divini atque humani juris revelli, arctissimisque nexibus adstrictam conjugum conjunctionem dissolvi, familias incerta stirpe confundi, parenti non suo illegitimas proles, eandem cum justis liberis partem laturas, adscribi. Quo quid fingi possit hominum generi odiosius, non video. Lacedæmonios quidem, quum acerbissima execratione adversus eos, quos vehementer odissent, uti vellent, inter cætera domus exitia, hoc imprecari solitos traditum est, *Suid. in verbo* δακνόμενος, *& in verbo* ἵππος ut eorum uxores adulteris delectarentur. Quamobrem bene sanxisse mihi Græciæ civitates videntur, quæ solos adulteros impune occidi permiserunt, non alia ratione, quemadmodum Xenophon in Hierone scribit, quam quod λυμαντῆρας αὐτὰς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι, in qua omnem vitæ suavitatem jucunditatemque positam esse judicant. Cui pene totius Græciæ communi constitutioni hoc sapientissimus Atheniensium legislator Solon addidit, *Æschines κατὰ*

τὰ τιμάςχον. *Demosthen. κατὰ Νεαίς*, ut, quæ in adulterio deprehensæ essent, mundo omni, ornamentoque muliebri detracto, matronarum cœtu, sacrorumque, quæ vel ancillis patebant, aditu prohiberentur, ne earum consuetudine honestæ matresfam. corrumperentur. Laudabilis & illa Thuriorum lex, *Plutarch. in lib. de Tranquill. animi*, quæ comœdiis alios quam adulteros traduci, nominatimque perstringi vetabat, quasi hæc una labes publica nota vindicanda esset. Hæc *Brissonius*. Objiciet mihi forsan aliquis, plerasque has rationes convenire quidem adulterio, quod in mulierem nuptam committitur, at non ei, quod a marito in innuptam. Fateor, & ob hoc ipsum judici, ejus generis adulteros indulgentius tractare, permitto. Nam, qui negant, majorem castitatem in feminis, quam in maribus, requiri, contra ipsam rectam rationem & instituta totius generis humani, quibus pudicitia & modestia præcipuum feminarum decus est, disputant.

V.

Lex Augustea contra adulteria apud Saxones severitate alias Germaniæ leges vincit.

VI.

Quam severitatem male nonnulli suggestionibus Annæ, conjugis Augusti, adscribunt.

VII.

Tribui eam oportet antiquis Saxonum institutis bonisque moribus, quibus, & antequam Christiani fierent, claruerunt.

VIII.

γυναικοκρατίας calumnia a memoria Annæ abstergitur.

Dixi in præcedente meditatione, *constitutionem Augusti, electoris Saxonis*, 19. *Part.* 4. quæ pœnas adulterii sancit, duriorem esse

esse legibus aliarum Germaniæ provinciarum. Adscribunt hanc legem vulgo suggestionibus & instigationibus Annæ, quæ conjux Augusti omnia apud maritum potuerit, cui *Peucerus in Historia carcerum*, *Part.* 1. *pag.* 113. γυναικοκρατίαν non obscure objicit. Ego vero, etsi preces & consilia Annæ, sanctissimæ & prudentissimæ matronæ, aliquid apud Augustum ponderis habuisse non negem, severitatem tamen legis Augusteæ in adulteros non ex indulgentia in uxorem, sed ex antiquissimis gentis Saxonicæ institutis, derivo. Saxones nempe, antequam etiam de Christo quid inaudirent, adulteria ac stupra pessime oderant, & atrocius, quam alii Germaniæ populi, coërcebant. Testes habeo locupletissimos, *Bonifacium*, Germanorum apostolum, & *Wernerum Rolevinkium de Antiquorum Saxonum situ & moribus*, *lib.* 1. *cap.* 7. quorum hic apud *Leibnitium tomo III. Scriptorum Brunsvicensia illustrantium pag.* 615. *sq* sic scribit: *Refert sanctus* Bonifacius, *episcopus & martyr*, *qui Germanorum gentem ad fidem convertit*, *de quibusdam bonis virtutibus Saxonum antiquorum*, *& quendam Regem Angliæ in quadam epistola hortatur*, *ut exemplo ipsorum se corrigat*, *sic scribens: Domino charissimo Echelhardo* Bonifacius *archiepiscopus legatus Germanicus Romanæ ecclesiæ perpetuam in Christo charitatis salutem. Audivimus te eleemosynis intentum*, *furta*, *& rapinas prohibere*, *& pacem diligere*, *defensoremque pauperum & viduarum esse*, *& inde Deo gratias agimus. Quod vero legitimum matrimonium spernis*, *si pro castitate faceres*, *esset laudabile*, *sed quia in luxuria*, *& adulterio*, *& cum sanctimonialibus voluptates exerces*, *vituperabile est & damnabile. Quapropter*, *fili charissime*, *pœnitentiam age*, *& meditare quam turpe sit*, *ut tu*, *qui dono Dei dominaris*, *ad injuriam ejus*, *sis libidinis servus. Audivimus præterea optimates pene omnes sordido tuo exemplo legitimas uxores deserere*, *& adulteras sanctimonialesque constuprare. Quod cum sit ab honestate peregrinum*, *doceat vos*

aliena

alienæ gentis institutio. Nam in antiqua Saxonia, ubi nulla est Christi cognitio, si virgo in paterna domo, vel maritata, sub conjuge fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremant, & super fossam sepultæ corruptorem suspendunt, aut cingulo tenus, vestibus abscissis, flagellant eam castæ matronæ, & cultellis pungunt, & de villa in villam sic missæ occurrunt novæ flagellatrices, donec interimant. Si ergo gentes, Deum ignorantes, zelum castimoniæ habent, quid tibi convenit, fili charissime, qui Christianus es rex? Parce ergo animæ tuæ, parce multitudini populi, tuo pereuntis exemplo, de cujus animabus rationem redditurus es. Recogita quæso, quam terribilem vindictam in antecessores tuos exercuerit Deus, culpæ (quam in te arguimus) conscios. Nam Celredum prædecessorem tuum stupratorem sanctimonialium, & ecclesiasticorum privilegiorum fractorem, splendide cum suis comitibus epulantem, spiritus arripuit malignus, & sine confessione, ac viatico salutari, animam extorsit. Nairedum quoque regem Doirorum & Berniciorum, earundem culparum reum, ita effrenem egit malignus idem spiritus, ut regnum & juvenilem ætatem contemptibili morte amitteret. Obtestamur & obsecramus te, ut recorderis, quam fugitiva sit præsens vita, & delectatio spurcitiæ carnis, per quam æterni cruciatus emuntur, & quam ignominiosum sit, ut brevis vitæ hujus mala exempla in perpetuum posteris relinquas. Hæc Bonifacius. Ex hoc solo unico ac veridico testimonio facile potest quivis animadvertere, quanta districtione cætera vitia apud eos plectebantur, quoniam hoc unum, quod ex sui lubricitate veniam aliqualem habet, tanta solebat vindicari severitate. Hujus aliqua vestigia in quibusdam castis matronis vidi, quæ nedum filias, sed etiam famulas summa diligentia custodiebant, nec eas dormire sinebant in tali loco, ubi faciliter ad eas accessus pateret. Scio, quosdam majores filiabus suis ita severum exhibuisse vultum quotidie, ut terrorem eis incuterent, sicque ipsarum castam famam zelasse, ut in flumen potius eas jactassent, quam constuprari permisissent. Sed & virgines seriosissimæ extiterunt,

& ad omnem affatum inhonestum ita excandescentes, ut Lucretiæ filias putares. Si vero inferioris status, sive puella sive famula, in stuprum aut adulterium corruisset, secreto eam virgis, & quidem acerrime flagellabant, convitiis, placentisque ex putredinibus ovorum factis eas reficientes, sic autem eas in amaritudinem adduxerant, ut aut mori solatium foret, aut post primum partum nullas deinceps proles gignerent. Quæ autem contra amicorum consilium maritos ducerent, sic exosæ fiebant, ut ad nuptias ipsarum non solum non venirent, sed nec eas quidem inter cognatas recognoscerent. Frequens apud eos objurgatio talis habebatur, quando scilicet filium aut filiam viderunt infamibus viciis inclinatos esse, his scilicet aut similibus verbis comminando: Vis ut te levem in stabulo sepeliamus? Crebro etiam dixerunt, hoc sese ex antiquorum traditione accepisse, qui contumaces proles potius interimerent, quam scandalum amicis proveniret intolerabile. In qua sententia hoc me magis confirmat, quod in ditionibus Saxonicis Ernestinis leges contra adulteros latæ Augusteis fere duriores sint. Vide **die Fürstl. Sächßl. Altenburgische Landes-Ordnung** *P. 2. cap. 4. tit.* 10. item **die Ernestinische Landes-Ordnung** *P. 2. cap. 4. tit.* 10. Præterea Peucerus, Annæ infensissimus, γυναικοκρατίαν ei per calumniam objicere videtur. Augustus per se severus ac constans fuit, nec Annæ instigationibus, ut maleficos puniret, opus habuit. Anna quoque preces & blanditias apud maritum, non ut animum ejus asperiorem redderet, sed ut mitigaret, adhibuit. Utriusque characterem optime describit Nicolaus Selneccerus in **Churfürst Augusti Leich-Predigt** apud *Thomam Stybarum in Part. II.* **Der Historischen Erzehlung und Leychpredigten** *fol.* 152. b. atque historiola maxime memorabili firmat: **Ferner ist kundt, was S. C. G. für ein Ernst mit strafen gebraucht, und sich schwerlich vom verursachten Zorn wenden lassen. Nu tregt sichs zu, das dermaleines, ein fürnemer Man, eines fürnemen Ge-**

Geschlechts gefangen wird, das Weib rennet und leufft, auff das sie ihren Man wiederumb möchte erledigen, und thut manchen Gang und Fußfall vergebens. Entlich bittet sie auch umb Fürbit bey mir, als damals Hoffprediger, da ich nun, als beyde Churfürst und Churfürstin, Gottseliger Gedechtnüs, bey einander gewesen, kommen, und die Christliche Fürbitt gethan, giebt der Cuurfürst eine ernstliche Antwort, und saget: Wenn jener Herr rc. ihn also hette, er würde ihn längst am lichten Galgen haben hengen lassen. Darauff sprach ich: Ach Gnade gehet für Recht: Wenn GOtt mit uns also wolt handeln, wer wolt doch Gnad erlangen, und selig werden? Darauff tritt die fromme Gottselige Fürstin ihrem Herrn mit ihrem Heupt unter den Bart, und spricht mehr nicht, denn diese Wort: Ach Herr. Darauff S. C. G. mir sobald befiehlet, den *Secretarium Valerium* zu foddern, welchen ferner zu schreiben, den Gefangenen loß zu lassen, auferlegt worden. Das hat diß Wort, Gnade gehet für Recht, und: Ach Herr, ausgericht.

IX.

Germani veteres non solum adulteria & stupra, sed tactum etiam impudicum, quin liberiorem saltem, severe punierunt.

Laudavi supra veterum Saxonum castimoniam, ac in coërcendis adulteriis & stupris severitatem. Sed ab hujus laudis societate non excludi prorsus oportet ceteros Germaniæ populos. Horum quoque vetustæ leges summam pudicitiæ ac castitatis curam indicant, ac mulieres non contra stupra saltem & adulteria, sed tactum etiam impudicum, quin liberiorem saltem, sancitis gravibus pœnis muniunt. Memorabiles sunt apud *Lindenbrogium lex Salica tit. 22. de Eo, qui mulieri ingenuæ manum strin-*

ſtrinxerit; & lex Ripuariorum tit. 39. *de Eo, qui ingenuæ mulieri manum vel brachium ſtrinxerit.* In quas binas leges ſic breviter commentatur *Lindenbrogius in ſubjecto Gloſſario p.* 1433. *Inter notas laſciviæ amoris, & in Venerem proclivis, hæc manuum tactio eſt: ut & illud, quod ibidem additur,* manum ſuper cubitum mittere. *Vid. quæ ad Terentii Heautontimor Act.* 3. *Scen.* 3. *notavimus.* Similem in modum has leges explicat *Daniel tome I. de l' Hiſtoire de France pag.* 608. *in Notes chronologiques pag.* 232: *A l' occaſion,* inquiens, *de ce, que fit Autharis en touchant la main de Theodelinde, je rapporterai le* 22. *titre de la Loy Salique, qui eſt conçu en ces termes:* De eo, qui mulieris ingenuæ manum ſtrinxerit. *Dans cet article celui, qui aura ſerré la main d' une femme libre, eſt condamné à l' amende de quinze ſols d' or:* Si quis homo ingenuus fœminæ ingenuæ manum aut digitum ſtrinxerit, D C. Denariis, qui faciunt ſol. XV. culpabilis judicetur. *Le reſte de l' article deſcend encore en un plus grand detail à cet égard: ce qui montre, que ſi les François ont aujourd' hui plus de politeſſe qu' alors, ils n'ont pas à beaucoup près tant de reſerve, ni tant de modeſtie.* Diſplicet tamen hæc interpretatio *Eccardo,* qui *in notis ad tit.* 23. *legis Salicæ pag.* 49: *Stringere,* ait, *hic ſignificat ligare, loro vel reſte conſtringere. Errat itaque Lindenbrogius, qui de laſciva contrectatione vel tactione exponit. Strang & ſtrick nobis eſt lorum, reſtis, Belgis ſtreng & ſtring, Anglo-Saxonibus ſtreng. Belgis hinc ſtringen, ſtrengen, ſtringere, conſtringere, arctare, & Germanis ſtricken, ligare, impedire, colligare. Capitulare Caroli M. Anni* 802. *c.* 8: *Vt nullum bannum vel præceptum Domini Imperatoris nullus omnino in nullo marrire præſumat, neque opus ejus ſtricare vel impedire. Anonymus in Gahmuret:*

Die helm lör bald dar brachten.
Damit ſi ſtrickt ſin helm.

Wins-

Winsbecke: Oder da der helm gestricket ist.
Henrich von Ofterdingen P. IV. Heldenbuchs:

Da traf in herr Laurin.
Do man die helm gestricket.

Historia trium Regum c. 26: Do stricket sy die dreissig pfennig mit dem weyrauch und mit den mirren in ein tüchlein. *Hinc entstricken est solvere.* *Wolfram von Eschenbach Part. II. Heldenbuchs:*

Do entstrickte si den herren
Die frowe lobesan.

Agitur ergo hoc in Titulo de violenta & illicita manuum mulierum ligatione, quæ fit animo eas violenter stuprandi, vel alias ipsis nocendi; & ad vocem: *Mammillam capulaverit;* addit: *h. e. amputaverit. Nec nostro seculo latronibus & barbaris militibus insuetum mulieribus violenter compressis mammas incidere, vel plane abscindere.* Parum profecto verisimilitudinis hæc habent, sed erat hic viri, olim collegæ mei, ac mihi ex diuturna & familiari consuetudine notissimi, mos, ut conjecturas suas audacissimas, plerumque ex lusu verborum haustas, lectoribus & auditoribus, tanquam indubias veritates, & certissima argumenta, obtruderet. Hic certe dissentiendi a Lindenbrogio caussam nullam habet. Et vanam esse conjecturam suam, poterat ipse animadvertere, si cogitasset modo, primum, eam verbis legis, *digitum aut manum instrinxerit*, non convenire, quum digitum mulieri stupri caussa ligari ridiculum sit; deinde, de pœnis eorum, qui mulieres stupri ac adulterii caussa rapiunt, aut ligant, jam ante in *titulo* 14. & 15. fuisse actum, denique ex eadem *lege Salica a Carolo M. emendata*, quam ipse *Eccardus pag* 150. subjicit, *tit.* 22. lucidissime apparere, ibi de simplici contrectatione agi. Sancitur quippe *ibi in* §. 3. & 4. pœna in eos, qui

 mu-

mulieri ſuper cubitum manum miſerit, vel mamillam ſtrinxerit, quod de ligando & amputando intelligi nulla ratione poteſt.

X.

Inquiſitio adulterii, per quam bene concordantia matrimonia turbantur, inconſulta eſt.

XI.

Quando partis innocentis intereſt, ne calamitas & turpitudo domeſtica manifeſtetur, judicem connivere, & delata ad ſe adulterii indicia diſſimulare oportet.

XII.

Publico tamen ſcandalo & continuationi delicti per inhibitionem familiaritatis occurrendum eſt.

Idem ego, qui ſupra judici ſeveritatem in adulteros tantopere præcepi, nunc repente conſilium muto, atque eidem, in eodem crimine indulgentiſſimum eſſe, permitto, quin etiam impero. Quæ hæc, inquis, malum, inconſtantia & levitas eſt? Ut ab hoc convitio me purgem, rem paulo altius repeti oportet. Dixi ſcilicet ſupra, adulterium ideo potiſſimum graves pœnas mereri, quod per illud ſalus & tranquillitas publica turbetur. Eſt hoc utique verum, ſed ita tamen, ut reſpublica non tam directo, quam oblique, offendatur, & quaſi per latus privatorum petatur. Igitur ſi privati injuriam ſuam muſſitant, atque conſultius ſibi eſſe credunt, ſilere, quam calamitatem ſuam domeſticam in lucem proferre, omniumque ludibrio exponere, tranquillitas publica magis lædetur, ſi judex invito ſuccurrat, opemque & officium obtrudat. Multi, quibus adultera conjux eſt, nequeunt tamen ſine illa vivere, aut ex divortio certam ſibi & rei ſuæ familiari perniciem, aut exiſtimationis jacturam, immi-

minere animadvertunt. Crudelis tunc erit profecto judex, qui inquirendo latens adulterium in lucem protrahit, &, puniendo adulteros, magis innocentem maritum punit. Funeſtam hanc juſtitiam fore, jam tum olim Romani veteres viderunt. Itaque in legibus ſuis paſſim, inprimis in *L. 26. L. 29. pr. & §. 4. ad legem Juliam de Adulteriis*, probatam a marito uxorem inquietari, & quieſcens ac bene concordans matrimonium turbari, vetant, marito patientiam ſuam prætextu incredibilitatis adumbrare permittunt, atque eum, qui uxorem alienam propter adulterium in judicium trahere vult, ad hanc accuſationem non admittunt, niſi prius maritum lenocinii accuſaverit. Quæ in his legibus de accuſatione conſtituuntur, eandem in inquiſitione rationem habent, atque ad magiſtratus quoque pertinent, qui ſæpe lucri, quod ex inquiſitione & pœna ſperant, avidi ſecreta privatarum domuum nimis diligenter perquirunt, & adulterium, quod tegi partis innocentis maxime intererat, cum hujus exitio, aut ſaltem damno maximo, manifeſtant. Quod JCti Vitembergenſes quoties ex actis, quæ ad eos mittuntur, animadvertunt, ſolent in judicando indulgentiſſimi eſſe, teſtimonia, ſuſpiciones & indicia elevare, & ſæpe ream abſolvere, gaudentique marito ſuo reddere. Ita illi menſe Decembri anni cIↄ Iↄ CCXXIX. judicarunt: Kommen Paul und Catharina in Verdacht, eines mit einander getriebenen Ehebruchs. Ob nun wol Georg, Chriſtian und Johanna unterſchiedene verdächtige Umſtände, inſonderheit, daß Paul die Catharina entblöſſet, und ſich mit ihr verſchloſſen, beyde auch, ingleichen der Catharinen Ehe-Mann, verdächtige Reden geführet, angeben, und die Catharina ſelbſt ihre freye Auffführung nicht ableugnen kan, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob hätte wider beyde die Inquiſition erkannt werden ſollen. Alldieweil aber die Zeugen, laut deren

ren Aussagen, mit beyden Inculpaten in Widerwärtigkeit leben, mithin nicht omni exceptione majores seynd, hiernächst alle von ihnen angegebene Umstände auf indicia remotiora hinaus laufen, ferner ein Theil derselben, in Ansehung, daß Paul öfters in seines Gärtners Wohnung zu gehen Ursach und Gelegenheit hat, hinweg fällt, weiter der Catharinen Ehe-Mann mit seiner Frauen in guter Einigkeit lebet, und sich, daß er sie vor unschuldig halte, erkläret, und denn die Rechte verbieten, wohl gerathene und ruhige Ehen durch die Beschuldigung eines Ehebruchs ohne höchst-wichtige Ursachen zu stöhren: So ist wider Pauln und die Catharine, in Ermangelung stärckern Verdachts, weiter nichts fürzunehmen, jedoch sind beyde, weil sie durch ihren allzufreyen Umgang gegenwärtige Untersuchung veranlasset, alle dadurch verursachte Unkosten und Gerichts-Gebühren zu bezahlen schuldig. Ex eadem ratione medici Lipsienses, apud *Zittmannum in Medicina forensi, casu* 15. *pag.* 54. partum quinque mensium, quem maritus agnoscebat, tanquam legitimum admiserunt. Objicis forsan, scandalum tamen tollendum, nec, ut delictum continuetur, ferendum esse. Fateor. Sed adest remedium. Imperet scilicet judex suspectis, ut omni familiaritate imposterum abstineant, ac contra sua mandata venientibus graves pœnas minetur. Ipse ego sic mense Decembri anni cIↄ Iↄ CCXXVI. judicavi: Es wird vor allen Dingen der Denunciatin Ehe-Mann, ob er seine Frau wegen Ehebruchs mit dem Corporal in Verdacht habe, auch deshalb ehemalen geschlagen, ingleichen bey dem Rittmeister geklaget, nicht weniger, was es mit der dem Angeben nach, mit seinen Willen unternommenen Zerbster Reise vor Bewandniß habe, befraget, und, da desselben Antwort wider die Denunciatin ausfiele, gegen sie, dem Inquisitions-Processe gemäß, mit Vernehmung auf Artickel, eydlicher Abhö-

hörung der Zeugen und Confrontation verfahren, hingegen, da der Mann sie entschuldigen solte, in Ansehung, quod bene concordantia matrimonia turbari non oporteat, zwar wider sie weiter nichts vorgenommen, ihr jedoch aller fernere Umgang mit dem Corporal schlechterdinges, unter der Verwarnung, daß sie widrigen Falls gleich zur gefänglichen Haft gebracht, in die Inquisition gezogen, und nach Befinden mit Leib- und Lebens-Strafe beleget werden solle, untersaget, auch die Bezahlung der Unkosten auferleget.

XIII.

Facilius excusatur judex, qui in infligendis adulterii pœnis indulgentior est, quam qui in decernendo divortio adulteris parcit.

XIV.

Adulterium plene non consummatum nunquam ultimo supplicio, sed extra ordinem & diversimode secundum gradum, ad quem conatus pervenit, punitur.

XV.

Sufficit tamen adulterium attentatum ad decernendum divortium.

Equidem multa accidere possunt, quæ, ut judex indulgentia & misericordia erga adulteros etiam secundum leges utatur, efficiunt. Istam tamen facilitatem ad pœnas saltem restringi oportet. Quando autem de divortio quæstio est, peccat profecto judex & de alieno liberalis est, qui parti adulteræ injuriam innocenti conjugi factam contra hujus voluntatem condonat, ac, innocentem porro cum parte fœdifraga vivere, cogit. Nihil est profecto crudelius, nihil, quod magis cum recta ratione

& juribus etiam scriptis pugnet. Certe nec principi, beneficia in alterius injuriam tribuere, fas est, *L. 4. C. de Emancipationibus liberorum*, longe minus ergo magistratibus. Quæ quum ita sint, potest aliquando magistratus ultimum supplicium remittere, ac fustigationem, exilium, carcerem, mulctam, imponere, atque nihilominus divortium decernere. Rem luculento exemplo illustrabo. Consentiunt omnes, ultimum supplicium aliter locum non invenire, quam si adulterium plene, immissione seminis, sit consummatum. Itaque, si hæc non accessit, pœna extraordinaria infligitur; in qua determinanda gradum, ad quem conatus pervenit, spectare solemus. Nam si omnia perfecta fuerunt, atque saltem, semen immissum fuisse, non constat, exilium aliquando cum fustibus, aliquando simpliciter, vel in perpetuum, vel ad tempus, decernitur. Mitius vero agitur cum his, qui ne quidem ad membrorum genitalium commixtionem pervenerunt. Hi carcere saltem, aut mulcta, etiam in Saxonia, ubi tamen adulteria & stupra pecuniariter puniri interdictum est, coërcentur. Sic e. g. JCti Helmstadienses mense Decembri anni cIↃ IↃ CCXXV. responderunt: Ist Dorotheen wegen eines mit Carln ihr beygemessenen Ehebruchs die ewige Landes-Verweisung zuerkannt worden. Ob sie nun wol dessen, daß Carl sie würcklich fleischlich erkannt, und wenigstens sein männliches Glied in ihrem Leibe gehabt, überführet, und so gar geständig zu seyn scheinet, immassen es nicht allein Carl dergestalt fol. 32. 43. 52. 71. 98. 248. 249. angiebt und wiederholet, sondern auch Inquisitin selbst fol. 114. Carls Aussage einräumet, und fol. 250. gar, er habe seine Geilheit an ihr ausgeübet, doch so, daß er ihr den Saamen nicht beygebracht, gestehet. Alldieweil aber Inquisitin diese letzte Worte nicht selbst gesprochen, sondern nur, als sie ihr Frag-

Frag-weise vorgeleget worden, bejahet, und in ihren defensionibus beständig dergestalt erkläret, daß Carl sie auf den Stuhl geworfen, und entblösset, auch sein männlich Glied an, jedoch nicht in ihren Leib gebracht habe, sondern an der Vollziehung dieser gottlosen That verhindert worden sey, hiernächst Carl selbst seine, die Inquisitin anfänglich ziemlich gravirende Aussage, fol. 112. und 113. also ausgeleget und fast verändert, daß sie mit dieser der Inquisitin Erklärung ziemlich übereinkommt, diesemnach Inquisitin weiter nicht überzeuget ist, als daß sie Carln, wie er ihr Beyschlaf angemuthet, zwar etwas widersprochen, jedoch nicht ernstlich widerstanden, sondern sich von ihm nach einer kleinen Wegerung auf den Stuhl werfen und entblössen, auch sein männliches Glied an ihren Leib kommen lassen, ohne daß Immissio membri, viel weniger seminis erfolget, mithin das Delictum eigentlich nur in einer geilen Betastung und in conatu verblieben, ferner gedachte Inquisitin auch dadurch, daß Carl ihre Obrigkeit gewesen, und sie durch seine Autorität geschröcket, in etwas zu entschuldigen ist, endlich der einiger massen gethane Widerspruch dazu kommt; So wird sie mit der erkannten Landes-Verweisung verschonet, inzwischen, und da sie nach den von ihr selbst angeführten Umständen fol. 250. sich nur pro forma gewehret, und keinen rechten Ernst gebrauchet, 4. Tage lang im Gefängnisse mit Wasser und Brodt gespeiset, oder um 6. Thaler bestrafet, auch zu Erstattung der sowol vorher, als durch diese abermal geführte Defension, verursachten Unkosten angehalten. V. R. W.

XVI.

Sola familiaritas mulieris nuptæ cum viro alieno, si honestatis leges excessit, punitur.

XVII.

Quin & joci impuri puniuntur.

Quod supra dixi, attentatum adulterium extra ordinem puniri, nunc porro eo extendo, ut propter solam familiaritatem ac consuetudinem cum nupta aliena, si ea leges honestatis & decori excedat, pœnam irrogandam putem. Vide *articulum Carolinum* 178. verbis: **Mit etligen scheinligen Wercken, die zu Vollbringung dergleichen Missethat dienstlich seyn mögen.** Et sic JCti Helmstadienses mense Septembri anni cIↃ IↃ CCXXII. responderunt: **Hat Inquisitin sich eydlich gereiniget, und, daß sie mit Andreas Töpcken nicht geehebruchet, geschworen. Nun vermeynet zwar ihr Defensor, es bleibe nichts, als indifferente Dinge, gegen sie übrig, folglich müsse sie völlig loß gesprochen, und ihr so gar der Regress wegen der Injurien und Schäden wider die Denuncianten vorbehalten werden. Alldieweil aber Inquisitin sich ärgerlich und unanständig aufgeführet, indem sie, als eine honette Frau und eines Doctoris Ehe-Weib, bey einem vollgesoffenen Kerl allein in der Stube geblieben, ihm die Schuh ausgezogen, und ihn sich in ihr Bette legen, auch daselbst eine gantze Nacht liegen lassen, mithin durch diese Facta überflüßige Ursach zur Denunciation und erfolgten Inquisition gegeben, ja dergleichen unzüchtiger Umgang und Familiarité einer Ehe-Frau mit einem fremden Ehe-Manne billig einige Strafe verdienet; So wird Inquisitin annoch 3. Tage lang in leidlichem Gefängnisse mit Wasser und Brodt gespeiset, und zu Erstattung aller Unkosten angehalten.** Quin JCti Vitembergenses mense Martio anni cIↃ IↃ CCXXXIV. etiam jocos impuros punierunt: **Christoph Pinckert wird wegen des von ihm eingestandenen unzüchtigen Schertzens 4. Tage mit Gefängniß oder um 2. A. Schock bestraft.**

XVIII.

XVIII.

Lex divina, quæ adulteria morte punit, universalis non est.

XIX.

Potest ergo legislator adulteria mitius, etiam simplici mulcta pecuniaria, punire.

XX.

Consultum tamen est, ut delinquens, si non relegetur, e loco, in quo deliquit, exire jubeatur.

Pro illustratione harum thesium sententiam, a præside mense Septembri anni cIↄ Iↄ CCXVI. nomine theologorum & jureconsultorum Helmstadiensium exaratam, hic adjicio: In Sachen Annen Catharinen, gebohrne Ernstin betreffende, erkennen Bürgermeister ꝛc. zu Friedberg, auf vorgehabten Rath auswärtiger Theologen und Rechts-Gelehrten ꝛc. Daß die Ernstin, vorkommenden Umständen nach, gegen Erlegung einer nach ihrem Vermögen einzurichtenden Geld-Busse, von weiterer Inquisition und der sonst verwürckten Leibes-Strafe zu entbinden, derselben auch der Aufenthalt in der Nachbarschaft hiesiger Stadt nicht zu verwehren. Doch muß sie die verursachte Unkosten insgesamt bezahlen. V. R. W. Rat. Decid. Der gröste Zweifel bey gegenwärtiger Sache könte daher gemacht werden, daß die Ernstin nicht allein einer bößlichen Verlassung ihres Ehe-Mannes völlig überzeuget, und durch die von ihrer Mutter angeführte ohnedeß zweifelhafte Entschuldigungen davon nicht befreyet wird, sondern auch wegen eines mit dem zugleich entwichenen Sergeanten begangenen Ehebruchs sich sehr verdächtig gemachet. Da nun unterschiedene Theologen, *Lutherus tom. 2. Altenburg. fol.* 214. *Bugenhagius apud Lutherum tom.* 6. *Vitemb. p.* 285. *b.* 286. *a. Petrus Martyr Loc. com. class.* 2. *cap.* 11.

II. *p.* 248. *Tarnovius de Conjugio lib.* 3. *cap.* 35. *p.* 946. auch Rechts-Gelehrte, *Dambouder in Praxi crim. cap.* 89. *p.* 317. *Matthæi de Criminibus ad lib.* 48. *tit.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. in den Gedancken stehen, es sey die *Leviticorum XX*, 10. und *Deuteronom. XXII*, 22. auf den Ehebruch gesetzte Todes-Strafe ein allgemeines göttliches, das gantze menschliche Geschlecht verbindendes Recht, worinnen zu dispensiren oder zu agratiiren der weltlichen Obrigkeit nicht frey stehe, so gewinnet es das Ansehen, ob sey der Magistrat zu Friedberg, vermöge angeführten göttlichen Gesetzes, schuldig, das ihm anvertrauete Rach-Schwerdt wider besagte Ernstin zu gebrauchen, dieselbe durch Steg-Briefe zu verfolgen, und, da man ihrer habhaftig werden solte, nach vorhergegangenen Inquisition und völligen Uberzeugung ohne Gnade am Leben zu strafen; Alldieweil aber oft gemeldetes göttliches Gesetz von Todes-Strafe der Ehebrecher keine von den insgemein erforderten Merckmaalen legis positivæ universalis hat, indem es weder den das gantze menschliche Geschlecht vorstellenden Patriarchen gegeben, noch im neuen Testamente wiederhohlet, noch auf alle Völcker gerichtet ist, viel mehr *Leviticorum caput XVIII.* welches man sonst pro sede juris divini universalis achtet, zwar *commate* 20. den Ehebruch auch verbietet, gleichwol von der Lebens-Strafe nichts gedenket, diesemnach die erst angezogene loca nur pro lege particulari und forensi zu achten seynd, deren Verbindlichkeit sich auf die Christen und andere Völcker nicht erstrecket, wannenhero andere sowol geistliche, *Augustinus tom.* 6. *Operum de Adulterinis conjugiis lib.* 2. *c.* 15. & 16. *Calvinus Institut. lib.* 4. *c.* 20. *n.* 16. *Zentgravius in Summa juris divini Sect.* 2. § 7. als weltliche DD. *Carpzovius Quæst. crim.* 61. *n.* 65. *sq. Struvius de Delictis c.* 12. *Obs.* 10. *Bergerus in Disquisitione, utrum a principe temperari pœna adulterii possit, Part.* 2. mit besserem Beweise ausführen, daß der Obrigkeit, solche

nur

nur in lege divina particulari gegründete Todes-Strafe zu erlassen, zu verwandelen, ja gar aufzuheben, frey stehe; So haben wir einmüthig dafür gehalten, es könne der Ernstin gar wohl, gegen Erlegung einer nach ihrem Vermögen eingerichteten Geld-Busse, darüber so dann der Obrigkeit die Disposition frey stehet, die fernere Inquisition und anderweite Strafe erlassen, ihr auch, zwar zu Verhütung des Aergernisses ausser der Stadt, jedoch in der Nachbarschaft, sich aufzuhalten, wol vergönnet werden.

SPECIMEN DLXXVII.

AD LIB. XLVIII. TIT. V.

QVOVSQVE ADVLTERIVM PER CONJECTVRAS PROBETVR

PVBLICE DEFENSVM

A

FRIDERICO LEOPOLDO KLVGE

VITEMBERGENSI

IPSIS CAL. JVL. cIↃ IↃ CCXXXV.

I.

Solæ adulterii suspiciones, si modo graviores sunt, ad decernendum divortium sufficiunt.

II.

Ad ultimum vero supplicium irrogandum ne quidem vehementissimæ sufficiunt.

III.

III.

De effectu indiciorum & suspicionum in judicio criminali quatuor regulæ constituuntur.

Ad sententiam divortii promulgandam sufficiunt suspiciones, non aliæ tamen, quam violentæ & certæ, quales nempe in *cap.* 12. *X. de Præsumtionibus* recensentur, quod nempe testes firmiter asserant, se solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, multis locis secretis & latebris ad hoc commodis, & horis electis, vidisse. Vide *Besoldum P.* 3. *Consil.* 110. Simillimum prorsus exemplum ex responso JCtorum Helmstadiensium mense Octobri anni cIↄ Iↄ CCXXVII. exarato adnectam: Wir haben die uns zugefertigte Acta, die darinn vorkommende Umstände, die beygelegte Attestata, und sonderlich die Aussagen der von beyden Seiten vorgeschlagenen Zeugen, auch dasjenige, was Klägerin und Beklagter sowol münd- als schriftlich zugestehen, mit gröstem Fleisse durchlesen, und, nachdem wir alles genau überleget und gegen einander gehalten, so viel gefunden, daß 1) Klägerin ein sehr wildes freches Mensch sey, 2) dieselbe mit jungen Kerlen, und hauptsächlich mit dem verdächtigen Döring, sehr frey gelebet, und überaus grossen Argwohn einer mit dem letzten getriebenen Unzucht von sich gegeben, indem sie 3) mit selbigem und zwey anderen Mannes-Personen eine Wallfahrt vorgenommen, auf solche Wallfahrt keine andere Weiber mit nehmen wollen, auf dem Wege des Abends mit Döringen sich von den andern Gefehrten abgesondert, und einen absonderlichen Fußsteig gegangen, zwey Nächte unter Weges geblieben, sich neben ihm auf der Streue und dem Heue, zum Aergernisse der Wirthin, geleget, und sich so gar vor seine Braut ausgeben lassen, 4) von solcher Zeit an bis zu der Geburth des jetzo streitigen

gen Kindes justement 9. Monath abgelaufen, 5) Klägerin auch ausser dieser Wallfahrt den Döring im Hause öfters bey sich gehabt und die Thüren verschlossen, auch 6) einmal, da sie durch vieles Klopfen die Thüre zu eröfnen gezwungen worden, gantz confus und zerstöret, und nicht, wie sie es entschuldigen will, allein im häußlichen Habite hervor gekommen, und Döringen auf der Werckstatt liegen lassen, 7) ihrer eigenen Zeugin Aussage nach ein böses Geschrey von ihrem unzüchtigen Wandel gegangen. Bey solcher Bewandniß, und da Beklagter beständig vorgiebt, der Klägerin das letzte mal im zwölften Monathe vor ihrer Niederkunft beygewohnet zu haben, entstehet die Frage: Ob die aus ob angeführten und andern, zum Exempel von der Aehnlichkeit des Kindes mit einem Kinde des Dörings, vorkommenden Umständen fliessende Muthmassungen hinlänglich seynd, die Ehe-Scheidung zu erkennen? Dieses halten wir nun allerdings davor, in Erwegung, daß, wenn man in Ehe-Scheidungs-Sachen ein Zeugniß von würcklich getriebener Unzucht erfoderte, der Beweiß gantz unmöglich fallen würde, also nothwendig ist, in dergleichen Beschuldigungen, wie es auch in andern Civil- und Criminell-Sachen geschiehet, starcke conjecturas und vehementes suspiciones zuzulassen, immassen solches ausdrücklich in Jure Canonico dergestalt verordnet, und dem Gewissen und Gutachten eines verständigen Richters anheim gegeben wird, zu urtheilen, ob die vorhandene Indicia und argumenta hinlänglich seyn, und denn die oben gedachte Muthmassungen gewiß so starck seynd, daß wol keine stärckere leichtlich vorkommen können, darwider die contraire Meynung einiger Rechts-Lehrer, als ob keine Ehe-Scheidung statt finde, es sey denn consummatio adulterii völlig erwiesen, in keine Betrachtung kömt, indem selbige den göttlichen Rechten keines weges gemäß ist, und mit ob gedach-

ten canonischen Rechten ausdrücklich streitet. Diesemnach haben wir voriges Urthel zu bestätigen um so viel weniger Bedencken getragen, da wir den zugleich dem Beklagten auferlegten Eyd, wenn die Sache zuerst an uns gekommen wäre, nicht einmal erkannt, sondern schlechter dings auf die Ehe-Scheidung gesprochen haben würden. Zwar wendet Klägerin ein, es wären die oben angeführte Indicia nicht völlig, sondern per testes singulares und suspectos, erwiesen. Dieser Zweifel würde von einer Erheblichkeit seyn, wenn der Umstände und argumentorum nicht gar zu viel wären, welche zusammen genommen einen vollkommenen Beweiß machen, da zumal der gröste Theil derselben schon vollkommen erwiesen ist. Adde *Specimen nostrum CCCXIII. de Divortio ob adulterium, medit.* I. Istac tamen suspiciones, quamvis violentissimæ, ad irrogandum ultimum supplicium haud sufficiunt. Indubitata tunc & luce clariora indicia desiderantur in *L. ult. C. de Probationibus*, nec præsumtiones sufficiunt, *Cap.* 14 *X de Præsumtionibus*; nisi forsan in singulari illo *legis* 34. *C. ad legem Juliam de Adulteriis* casu. Ne quis tamen sibi persuadeat, suspiciones simplices ac indicia ambigua tunc, ubi de inquisitione & pœna irroganda quæritur, locum prorsus non invenire. Inveniunt profecto. Sed quousque? Id definire difficillimum est, quum jura ipsa hic nihil certi statuant, sed circumspectum atque discretum judicem motum animi sui ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora esse comperit, confirmare jubeant in *Cap.* 27. *X. de Testibus*. Ne tamen arbitrium judicis nimis vage erret, regulas illi ex recta ratione petitas præscribemus, atque exemplis illustrabimus. Prima hæc esto: Quando indicia adulterii nimis sunt remota, atque, ut plerumque fit, in sola familiaritate & frequenti conversatione inter personas suspectas fundata, subsistendum est judici, & nec

ad

ad inquisitionem, nec ad jusjurandum purgationis progrediendum, arg. *c. 15. X. de Præsumtionib.* sed familiaritas saltem illa & conversatio pœnalibus præceptis inhibenda. Sic JCti Vitembergenses mense Februario anni cIↄ Iↄ CCXXXIII. judicarunt: Dieweil die wider die Denunciaten abgehörte Zeugen wegen begangener Verbrechen, Feindschaft, Rachgierde auch Subornation ziemlich verdächtig seynd, hiernächst keine Indicia propinqua, sondern fast lauter remota, und zweifelhafte zweydeutige Umstände, anzugeben wissen, ferner die Meyerin, nach der Defensional-Zeugen Aussage, ihrer Tugend und Wohlverhaltens halber, ein überaus grosses Lob hat, weiter die zwischen beyden Denunciaten verspürte Familiarität durch das, von der Meyerin Ehe-Manne, verstattete Quartier und Tisch, ingleichen den fol. 379. b. angemerckten Umstand, veranlasset worden, inzwischen doch überall, so gar aus der Denunciaten eigenem Geständnisse, erhellet, daß sie familiairer, als es der äusserliche Wohlstand und die im menschlichen Leben nöthige Vorsichtigkeit verstattet, mit einander umgegangen; So werden Ahasverus und die Meyerin zwar mit Vernehmung über Articul, auch dem Reinigungs-Eyde verschonet, jedoch zu Bezahlung aller Gerichts-Kosten angehalten, anbey, sich inkünftig alles familiairen Umganges und Zusammenkunft ohne Beyseyn andrer Leute zu enthalten, unter Bedrohung 20. Rthlr. auch nach Befinden härterer Strafe bedeutet. V. R. W. Altera regula: Quando graviora indicia, & similes iis, quæ in *Cap. 12. X. de Præsumtionibus* memorantur, suspiciones adsunt, ad inquisitionem & tormenta progrediendum est. Sic Theologi & JCti Helmstadienses mense Aprili anni cIↄIↄ CCXXVIII. responderunt: Bey der Frage: Ob gegen des Prætorii Tochter in puncto adulterii mit der Special-Inquisition zu verfahren, und sie mit gefänglicher Haft zu belegen? entstehet zwar daher ein

ein Zweifel, daß es allhier an einem corpore delicti mangele, und die Zeugen insgesamt nur blosse actus remotiores angeben, hingegen von einer würcklichen fleischlichen Vermischung nichts wissen. Weil aber in delictis carnis nicht allezeit testes de visu zu haben seynd, sondern aus starcken indiciis und argumentis der Schluß gemacht werden muß, auch allhier noch nicht von der Condemnation, sondern nur von der Inquisition die Frage ist, zu deren Anstellung die Aussage der Zeugen, daß Buvo der Prætoriin in den Busen und sie ihm wieder in die Hosen gegriffen, ein sattsames Indicium giebet, überdis gedachte Prætoriin durch die ergriffene Flucht sich nicht wenig verdächtig gemachet: So wird des Prætorii Tochter wegen des angeschuldigten adulterii mit der Special-Inquisition beleget, auch zu gefänglicher Haft gezogen, und können nachgehends, da sie die denunciirte Facta abläugnen solte, die vorhandene Zeugen mit dem Eyde beleget werden. Tertia regula: Quando personæ suspectæ per simplicem inquisitionem ad confessionem adulterii perpetrati adigi non possunt, judex tamen prævidet, ultimum supplicium, propter remissionem conjugis innocentis, vel ex alia caussa decretum non iri, sed pœnam extraordinariam in fine imminere, ad tormenta facile progredi non debet, ne remedium durius sit ipso, cui adhibetur, malo, & pœnam atrocitate superet. Quarta regula: In hoc, quem prædixi, casu, quo personæ de adulterio suspectæ nec plene convinci, nec ad confitendum induci, nec, si per tormenta ad confitendum adigantur, morte puniri possunt, sed tamen actuum illicitorum & libidinosorum satis convictæ sunt, jusjurandum purgationis facile decernendum non est, ob certissimum perjurium & alias, quas in *Specimine CXLII de Jurejurando purgatorio, medit. 9.* commemoravi, rationes, sed præstat, confestim pœnam extraordinariam, relegationem, carcerem, mul-

mulctam, imponi. Sic JCti Helmstadienses mense Octobri anni cIↄ Iↄ CCXXI. responderunt: Ist Inquisitin, Anna Höpffnerin, in Verdacht, daß sie, bey ihres verstorbenen Mannes Leb-Zeiten, mit Danieln die Ehe gebrochen. Ob nun wol dieserwegen überaus starcke Indicia gegen Inquisitin vorhanden, gestalt sie denn durch die Aussage unterschiedener eydlichen Zeugen, durch ihr eigenes Bekänntniß, und durch andere in Actis vorkommende Umstände, genugsam überführet ist, daß sie, des von ihrem Manne geschehenen, und von der Obrigkeit selbst geschärften und wiederhohlten Verboths ungeachtet, genaue und verdächtige Vertraulichkeit mit gedachtem Danieln gepflogen, in seinem Hause sich öfters sehen lassen, allda so gar zu Nacht-Zeit aus- und eingegangen, und, zu Fortsetzung dieses verbotenen Umganges, die Wohnung in des Daniels Neben-Hause, vermittelst eines mit dem Advocat Topffen getroffenen Schein-Contracts, genommen, überdis Inquisitin das allgemeine Gerüchte, davon die Zeugen fol. 32. und 33. ad art. 13. aussagen, wider sich hat, hingegen dasjenige, was sie in der Defension-Schrift von der Verfolgung der Stief-Kinder, dem üblen Tractamente des Mannes, und der aus Nothdürftigkeit genommenen Zuflucht zu Danieln anführet, sie nicht entschuldigen mag, indem die Stief-Kinder eben aus ihrer üblen Aufführung Gelegenheit nehmen müssen, den Vater zu warnen, dieser auch genugsame Ursach gehabt, sie durch härtere Mittel von der verbotenen Conversation abzuziehen, und Inquisitin nicht zu dem verdächtigen Daniel, sondern zu ihrem Manne die Zuflucht nehmen, und mit demselben sich vergleichen sollen, immassen auch der Inquisitin weder der Mangel eines Corporis delicti, als welches in gegenwärtigem Falle zu Anstellung der Inquisition hinlänglich genug gewesen, zu statten kommt, noch die von dem Manne auf dem Tod-Bette geschehene Remission sie von der

pœna publica völlig befreyen mag; Wannenhero es das Ansehen gewinnet, als sey Inquisitin, in Betrachtung ob gedachter starcken Muthmassungen, mit der peinlichen Frage zu belegen; Alldieweil aber die von dem Manne auf dem Tod-Bette geschehene Remission wenigstens so viel würcket, daß die ordentliche auf die Ehebrecher gesetzte Strafe, wenn auch Inquisitin des Ehebruchs gäntzlich überführet würde, abgehet, hiernächst keiner der abgehörten Zeugen einen actum proximum anzugeben vermag, mithin auf die Tortur zu sprechen etwas bedencklich fällt; So wird Inquisitin zwar mit der peinlichen Frage, auch der auf die Ehebrecher gesetzten ordentlichen Strafe verschonet, gleichwol, in Erwegung, daß sie das obrigkeitliche Verboth freventlich übertreten, ein allgemeines Aergerniß verursachet, und, durch ihre gottlose Aufführung dem Ehe-Manne grosses Hertzeleyd, ja, wie der dritte Zeuge ad art. 14. saget, vermuthlich den Tod zugezogen, nach abgeschwornen Uhrpfehden öffentlich aus der Stadt geführet, auf 3. Jahr lang verwiesen, und zu Erstattung der durch diese Inquisition verursachten Unkosten angehalten.

IV.

Confessio ficta in adulterio, ad irrogandum ultimum supplicium, non sufficit.

V.

Sufficit tamen ad decernendum divortium, sed cum majore circumspectione, quam in aliis caussis.

Fictam confessionem appellamus, quæ ex pertinaci contumacia elicitur. Eam ad irrogandum ultimum supplicium non sufficere, clarissime constitutum est in *articulo Carolino* 155. *& Decisione Electorali Saxonica* 77. Sufficit tamen illa ad decernen-

nendum divortium. Pœnam enim confessi & convicti Consistoria generaliter, atque adeo etiam in caussis divortii, receperunt; ut recte observant *Brunnemannus in Jure ecclesiastico lib. 3. cap. 2. §. 19. & Martini in Commentario forensi tit. 16. §. 1. n. 145.* Majore vero circumspectione in declarando divortio utimur. Nam, quum in aliis caussis confestim reum, sub pœna confessi & convicti in jus vocatum, sed contumacem, damnemus; tunc, quum ad divortium agitur, iteratam vocationem in jus decernimus, ac jacturam beneficii restitutionis in integrum denuo contumaci comminamur. Ita certe Consistorium Vitembergense mense Aprili anni cIↄ Iↄ CCXXXII: **Würde Beklagte binnen einer anderweiten Sächsischen Frist, welche ihr hiermit von der Rechts-Kraft dieses Urthels annoch zum Uberfluß, jedoch bey Verlust der ihr sonst in dieser Ehe-Sache zustehenden Restitution in integrum, eingeräumet wird, sich auf die erhobene Klage nicht einlassen und antworten, so wird sie pro confessa & convicta geachtet, und zu Bezahlung der gesetzten 5. Thaler Strafe, wie auch aller verursachten Unkosten, angehalten, Klägers Principal hingegen von der mit ihr getroffenen Ehe loß gesprochen, und ihm, sich anderweit christlich zu vereheligen, verstattet. V. R. W.**

VI.

Confessio adulteri, adulteræve, confitenti quidem nocet, sed non alteri parti.

VII.

Itaque hæc confessio sola neque ad inquirendum, neque ad reum in custodiam mittendum, neque ad jusjurandum purgationis decernendum, sufficit.

VIII.

VIII.

Vir honestus, quem adultera parturiens in ipso partu patrem infantis sui nominat, per hanc solam nominationem suspectus non redditur.

IX.

Nominatus, qui se a judice requiri & investigari animadvertit, si fuga sibi consulat, non peccat, nec per hoc se suspectum facit.

Regula, quam JCti apud *Carpzovium Quæst. crim.* 108. *n.* 58. ex *L.* 17. *C. de Accusationibus* exsculpunt: *Nuda inculpatio socii criminis, absque omni alia præsumtione, nec ad procedendum, nec ad inquirendum indicium facit, sive sponte deposuerit, sive ad interrogationem judicis responderit;* & quæ *articulo* 31. *Constitutionis Carolinæ* firmatur, maximam habet in adulteriis utilitatem. Sæpe mulier-cula vilissima virum honestum, nonnunquam herum suum, de adulterio secum commisso accusat. Si hæc sola nominatio reum facere potest, actum est profecto de securitate publica, & de virorum integerrimorum existimatione. Quapropter constanti judiciorum usu jamdiu receptum est, ex hujusmodi nominatione nullam contra virum honestum suspicionem nasci. Equidem nonnulli tunc huic nominationi fidem aliquam adjiciunt, quando illa a muliere parturiente, inter ipsos partus labores, facta. Tunc enim ajunt maximam esse præsumtionem, mulierem hujusmodi, dum in periculo vitæ & summis cruciatibus fuit, falsum non dixisse. At verius est, neque hoc casu quidquam adesse, quod, si alia indicia non concurrant, virum istum satis suspectum reddat, ut inquiri in eum, si factum neget, queat. Nam quod mulierem in vitæ discrimine constitutam verum dixisse præsumunt, nescio, an in mulierculas istius generis leves & ob stuprum commissum jam infames, ad-

eo-

eoque ſecundum *L. 3. pr. de Teſtibus* ſubleſtæ fidei, conveniat, maxime quum jura noſtra ne quidem domino morienti, ſervum criminis inſimulanti, ſine aliis argumentis fidem habeant, *L. 3. §. 1. de SCto Silaniano.* Accedit, quod ſecundum *Conſtitutionem Caroli V. art.* 31. delinquentis confeſſio de ſocio criminis, etiam in tormentis facta, non aliter fidem inveniat, quam ſi is, quem indicavit, aliis ſuſpicionibus & indiciis oneretur, **daß die beſagte Perſon alſo argwöhnlich ſey, daß man ſich der beſagten Miſſethat zu ihr verſehen möge.** Vide plura in *Specimine XIV. de Prægnantibus & puerperis, medit.* 4. Adde *Specimen CXLII. de Jurejurando purgatorio, medit.* 7. ubi, nec jusjurandum purgatorium nominato imponi poſſe, oſtenditur. Peccat ergo judex, qui nominatum, nullis aliis ſuſpicionibus oneratum, in cuſtodiam mittit, aut latentem, ut carceri includat, requirit. Ad hoc, ut reus in cuſtodiam mitti poſſit, magnæ ſuſpiciones & gravia indicia, quæ hic prorſus deficiunt, deſiderantur in *articulis Carolinis* 6. & 11. Incidunt tamen in hoc peccatum ſæpiuscule judices, ac nuda mulierculæ parturientis nominatione moti, nominatum cuſtodiæ mandaturi inveſtigant. Quod ſi nominatus animadvertit, optime facit, ſi fuga ſibi conſulat interim, lateatque. Neque per hoc ſuſpicionem contra ſe excitat. Fugitivus enim, ut recte Vlpianus in *L. 17. §. 3. de Ædilitio edicto* ait, ab affectu animi intelligendus eſt, non utique a fuga. Et hunc in modum JCti Vitembergenſes menſe Majo anni cIↄ Iↄ CCXXXV. reſponderunt: **Es iſt wider Johann Chriſtian Rollen noch zur Zeit, in Ermangelung mehrern Verdachts, nichts vorzunehmen, ſondern demſelben, auch ohne** ſalvo conductu, **ſich unter dem Amte frey aufzuhalten, unbenommen. V. R. W.** Rat. Dec. **Dieweil die bloſſe Beſchuldigung einer Ehebrecherin und Diebin keinen ehrlichen Mann graviren mag, hiernächſt die Flucht,**

bey verspührter Nachstellung, keine redliche Anzeigung machet; So ist nach Innhalt unsers Urthels billig erkannt.

X.

Nominatus ab adultera, tanquam correus, nominantem de calumnia recte accusat.

XI.

Istiusmodi accusatio tamen sæpe inconsulta est.

Vir honestus, quem muliercula adulterii insimulavit, existimationem suam, instituta injuriarum & calumniæ accusatione, recte vindicat, dummodo de innocentia sua certus sit. Nam si de hac dubitat, conquiescat potius & absolutione contentus sit. Novi ego, quibus instituta calumniæ accusatio funesta fuit. Promam hic exemplum. Vir honestus ac in dignitate constitutus a prostibulo quodam, aliis etiam vitiis maculato, adulter in ipso partu nominatur, sed, quum aliæ suspiciones contra ipsum non apparerent, absolutus fuerat. Qua absolutione elatus ille mulierculam vicissim corripit, de calumnia accusat, & de fuga suspectam, ne se judiciumque eludat, in vincula conjici petit, judici etiam dubitanti ac tergiversanti sumtus litis pollicetur. Annuit tunc judex, mittit mulierculam in custodiam, ac de calumnia interrogat. Rea, se juste virum illum adulterii insimulasse, respondet, factum ipsum luculenter & verisimiliter narrat, tres præterea testes, qui ipsam cum accusatore familiarissime viventem, ac in domo ejus libere ac licenter errantem viderint, nominat, & ut hi audiantur, flagitat. Tum demum accusator, in quem se labyrinthum per imprudentiam conjecerit, animadvertens, negat, contra se inquiri amplius testesque produci, & sic finitam

tam

tam ex parte litem retractari posse, detrectat quoque sumtus ad alimoniam reæ & litem porro necessarios. Verum in utroque capite contra ipsum judicatum est. Nam calumniæ accusatio novum crimen continebat, ad quod probandum sola absolutio non sufficiebat. Vide *Constitut. Crim. art. 61. ibi:* **Haben doch Richter und Ankläger keine Straffe verwürckt**, item *L. 3. C. de Calumniatoribus*, ibi: *Non, si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest justam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.* In hoc solo JCti Vitembergenses accusatori adsenserunt, quod eum ab impensis, in defensionem reæ faciendis, liberarunt. Ceteroquin sic mense Februario anni cIɔ Iɔ CCXXXIII. responsum fuit: Hat Inquisitin, da sie sowol summarisch, als Articuls-Weise, vernommen worden, ingleichen bey der Geburth ihres Kindes bekannt, daß sie mit dem Consistoriali Richtern, einem Ehe-Manne, sich zu unterschiedenen malen fleischlich vermischet, und derselbe Vater zu dem von ihr gebohrnen unehelichen Kinde sey. Nun findet zwar dergleichen so gar in Kindes-Nöthen vorgebrachte Beschuldigung, wider einen wohl angesehenen unbescholtenen Mann, keinen Glauben, arg. *L. 17. C. de Accusationibus, & art. 31. Constit. Carolinæ, Carpzov. Quæst. crim. 108. n. 58. Leyser in Medit. ad ff. Spec. 14. de Prægnantibus, med. 4.* und zwar allhier um so viel weniger, da Inquisitin hinlänglich überführet ist, ein freches, liederliches, lügenhaftes, diebisches, und an verdächtigen Orten herum laufendes Mensch zu seyn. Bey solcher Bewandniß, und da eben nicht abzusehen, was vorgedachter Consistorialis, welcher noch zur Zeit mit nichts gravirt ist, weiter zum Beweise seiner Unschuld beybringen, oder an Hand geben solle, gewinnet es das Ansehen, ob hätte Inquisitin ohne ferneres Interlocut, sowol des von ihr selbst zugestandenen Ehebruchs, als der falschen Bezüchtigung halber, nachdrücklich

lich bestrafet, und zum öffentlichen Widerrufe angehalten werden sollen. Alldieweil aber Inquisitin, das crimen calumniæ von sich abzulehnen, verschiedene verdächtige Umstände, auch Zeugen, insonderheit sub No. 1. die Margaretha aus dem Hospital, ingleichen sub No. 10. ad art. 13. die Amme und die Vieh-Magd, angiebt, und denn eine Obrigkeit die Defension der Inquisiten ex officio besorgen muß, der Consistorialis Richter auch, ob er sich gleich zu den übrigen Gerichts-Kosten verbindlich gemachet, gleichwol die Defensions-Kosten wider sich selbst herzuschiessen nicht schuldig ist, sondern deren Verlag der Obrigkeit billig überlässet; So wird, nach Anleitung des bereits sub No. 22. eingehohlten Urthels, Inquisitin zuförderst, ob sie, ausser den bereits oben genannten Zeugen, andere, zu Bestärckung des, mit ihrem vorigen Dienst-Herrn gepflogenen verdächtigen Umgangs angeben könne, befraget, und sodann mit deren Abhörung gebührend, allenfalls per requisitoriales, verfahren, auch dem Consistoriali Richtern, welcher inzwischen den Unterhalt der Inquisitin besorgen, und die übrige Gerichts-Kosten, ausser welche auf die Defension gehen, tragen muß, seine Nothdurft dabey zu beobachten, jedoch ohne die Sache dadurch im geringsten aufzuhalten, frey gestellet. Worauf, sowol der von ihm sub No. 1. gebethenen Satisfaction, als der Inquisitin Bestrafung halber, auch sonsten, ferner ergehet, was recht ist.

XII.

Quando de adulterio manifeste ac indubie constat, reum reamve absentes, siquidem hoc sine magno sumtu ac longa mora fieri nequit, citari necesse non est, sed potest confestim divortium decerni.

XIII.

Nec rescriptum principis tunc absolute desideratur.

Maxime singularis & periculosa plerisque videbitur doctrina *Carpzovii, in definitione ecclesiastica 69. libri III.* perhibentis, tunc, quum de adulterio vel bigamia desertoris, vel desertricis certo constat, non opus esse processu, sed dissolvi confestim matrimonium. Adeone igitur absens damnabitur non auditus, imo nec citatus quidem? Hoc profecto cum primis juris judiciarii principiis pugnat. Igitur Glossatores antiqui, si aliquando ab inferis revertentur, tantam festinationem aversabuntur, ac, suos in arte juris successores a prisca accuratione indignissime degenerasse, cum stomacho querentur. Dicent illi more suo, Carpzovium plus audere, quam Deum, qui Adamum in manifesto crimine damnare aliter, quam citatum & interrogatum, noluerit, atque ideo ipse præconem egerit, & in hortum veniens: Adam ubi es? clamarit. Atque tamen Carpzovii doctrinam, quantumcunque paradoxam, adsensu suo comprobavit summus senatus ecclesiasticus Dresdensis, atque secundum eam aliquoties rescripsit, testibus eodem *Carpzovio ibidem n. 12. & Beyero in Addit. ad hanc Carpzovii definitionem.* Videtur quidem in eo Beyerus a Carpzovio recedere, quod, quum Carpzovius dissolutionem matrimonii in hoc casu judici ecclesiastico simpliciter permittat, Beyerus rescriptum principis necessario desideret. At quid opus est rescripto, ubi sententia juri & æquitati conformis fertur? Rem exemplo illustrabo: Miles quidam gregarius & uxor opificis, ambo eodem die, ille ordines suos, hæc maritum, deseruerant, aufugerantque, ac diu, clam omnibus, delituerant. Post aliquot annos veteranus quidam ex Italia ab exercitu cæsareo in Saxoniam

revertitur, literasque affert mulierculæ desertricis, quibus illa patrem suum certiorem reddit, novum maritum suum nunc in Italia militare, se ei comitem ivisse, & liberos ex eo suscepisse, ac unum eorum non ita pridem funere extulisse, petere vero a patre, ut sibi anguste ac duriter viventi subveniat, & pecuniam submittat. Incidit hæc epistola in manus mariti deserti, qui eam ad magistratum defert, ac divortium sine mora decerni petit. Respondet magistratus, non posse hoc ante fieri, quam rea legitime, vel citatione in Italiam missa, vel edicto publico in tribus diversis provinciis proposito, ad caussam dicendam evocetur. Tum actor, tenues facultates suas his sumtibus ferendis impares, ostendit. Motus hac actoris inopia & iteratis precibus magistratus Consistorium Vitembergense mense Decembri anni cIↃ IↃ CCXXXVIII. consulit, ac responsum reportat, posse divortium sine citatione decerni, siquidem, literas illas a muliercula desertrice profectas fuisse, indubie constet. Nam si hoc doceri poterat, aderat certitudo, qualis in rebus humanis haberi potest, & citatio publica per edictum superflua saltem cerimonia, & vix ad notitiam reæ ob distantiam locorum perventura erat. Inutiles vero ambages & superflua solemnia in matrimonialibus aliisque consistorialibus caussis vetantur, *Clement. 2. de Judiciis.* Addam ipsa responsi verba: Dieweil die böſsliche Verlassung auf Seiten jetzt-gedachter Lehmannin sonder Zweifel ist, sie auch solche zum Uberflusse, ingleichen den begangenen Ehebruch, in dem Schreiben selbst bekennet, mithin beyde von ihr begangene Verbrechen, im Fall solcher Brief wahrhaftig von ihr selbst, oder auf ihr Geheiß geschrieben worden, genugsam erwiesen seynd, und es in diesem Falle nach *Carpzovii Lib. 3. Definit. ecclesiastica* 69. Lehre, und dem von ihm *No.* 12. angeführten Ober-Consistorial-Rescripte, keines langwierigen und kostbaren Desertion-Processes brauchet, zudem die Edictal-

Citation bey der weiten Entfernung des entwichenen Weibes und ihrem Aufenthalte ausser Teutschland nur vergeblich seyn würde; So ist vor allen Dingen genugsame Nachricht, daß Johanna Lehmannin den Brief geschrieben, oder schreiben lassen, entweder durch ihren Vater, welcher seiner Tochter Hand eydlich zu recognosciren angehalten werden kan, oder das eydliche Zeugniß des Soldaten, welcher den Brief aus Italien mit gebracht, ad Acta zu bringen, und wird sodann Lehmann ohne weiterem Processe von seiner entwichenen Ehe-Frauen, Johannen, geschieden, und ihm, sich anderweit christlich zu verehelige, verstattet. V. R. W.

SPECIMEN DLXXVIII.

AD LIB. XLVIII, TIT. V.

DE MARITO JUSTO ADULTERII PUNITORE

PUBLICE DEFENSUM

A

CAROLO ANDREA BURCHARDO

KIRCHHAYN. LUSAT. INFER.

D. II. SEPT. cIↃ IↃ CCXXXV.

I.

Maritus uxorem adulteram ac adulterum non impune solum, sed & juste occidit. Vide *L. 3. §. 3. de S. C. Silan.* verbis: *Justum dolorem exsequenti.*

II.

Discrimen, *quod jus Romanum antiquum inter adulterum vilem & honestum facit, jam diu sublatum est, ut adeo adulter, etiam in dignitate constitutus, legitime occidatur.*

Alber-

Albertus Riperus, qui admodum juvenis deceſſit, ſed binis tamen ſcriptis, quorum alterum ipſe ſub titulo *Moſes & Aaron*, alterum *de Lege ac legibus divinis poſitivis univerſalibus*, eo mortuo, frater illius edidit, aliquod in republica literaria nomen adeptus eſt, diſcipulus olim meus fuit, ac anno 1714. ſub me publice *de Injuſta in homicidas indulgentia* diſputavit. In hac lucubratiuncula, quam ipſe elaborarat, damnarat eorum opinionem, qui cædem adulteri adulteræve maritis permittunt. Ego, qui, pro ſolita in auditores meos facilitate, opuſcula eorum, ſi quæ mihi offeruntur, intacta fere relinquo, atque ſic, ut ſunt, edi patior, hanc tamen Riperi ſententiam admittere nolui, ſed in epiſtola ad illum ſcripta refutavi; quam epiſtolam, ſicut tunc perſcripſi, hic inſero:

Ex quo te, chariſſime Ripere, in diſciplinam & inſtitutionem meam tradidiſti, confeſtim ſingulari modeſtia & induſtria tua in optimam de te ſpem adductus fui. Nam quo diutius mecum fuiſti, magis in dies perſpicere cœpi elegantiam ingenii tui & mirificos, quos in jure noſtro feciſti, progreſſus. Non vana me loqui, omnes tui commilitones ſciunt, qui, quantum eruditione, eloquio & perſpicacia valeas, & ex privatis, quæ quotidie cum auditoribus meis inſtituo, colloquiis, & ex publicis, quibus ſæpiſſime nos exercemus, diſputationibus cognoverunt. Non tamen contentus his, quæ hucusque dediſti, doctrinæ tuæ ſpeciminibus, aliud etiam luculentius longe nunc edis. Selegiſti ſcilicet, me inſcio plane, argumentum elegans & ſingulare, atque, poſtquam id, nullo auxiliante, elaboraveras, mihi obtuliſti. Non diſplicuit mihi id ſcriptum tuum, voluique ab initio, ut ita, quemadmodum illud mihi exhibueras, in lucem prodiret. Sed quia tu ipſe deſiderabas, ut cura mea auctius & paulo ornatius ederetur, mutavi paucula, adjeci etiam non-

nonnulla, quæ tamen, ut totum opus abs te pertextum dici posset, non ipse elucubratus sum, sed tuo stylo exprimenda dedi. Atque sic scriptum hoc, quod nunc eruditorum oculis subjicis, absolutum est, de quo an juste tibi gratuler, alii æqui rerum æstimatores judicabunt. Non diffitebor tamen, me aliquam opinionem tuam, quam conquisitis magno studio rationibus stabilire conatus eras, non admisisse, quod in ea abs te dissentirem. Asserueras nempe, peccare maritum, qui adulterum cum uxore deprehensum occidat, improbaveras quoque lenitatem legumlatorum & JCtorum, cædem hujusmodi inultam dimittentium, maxime autem reprehenderas distinctionem prisci Romani juris, quod adulterum tunc saltem interficere permittit, si is vel leno, vel histrio, vel infamis, vel libertus, fuerit, *L. 24. pr. ad L. Juliam de Adulteriis*, in honestiore autem hoc vetat. Non desunt, qui tecum sentiant, inter quos nunc saltem *Perezium in Codicem tit. ad L. Jul. de Adulteriis, n. 23. & Zieglerum ad Grotium lib. 2. cap. 1. §. 7.* nomino. Animadverto quoque ex historiis, apud exteras gentes hujusmodi cædem impunitam relictam non fuisse. Memorabile inprimis est exemplum Jacobi Bresæi, Normandiæ Senescalli, quem ob hujusmodi facinus Ludovicus XI. Galliarum rex ad mortem damnatum non prius, quam solutis centum millibus thalerorum, dimisit. Digna res est, quam ex *Roberti Gaguini Annalibus*, & ex *Chronico scandaloso Ludovici XI.* copiosius referam. Die XIII. Junii anni MCCCCLXXVI. Bresæus cum conjuge, Carolina, Caroli Regis ex concubina filia, ad prædium aliquod suum profectus, postquam diem venationibus extraxisset, sub vesperam cubiculum separatum petit. In quo dum somno indulget, nocte concubia a servulo expergefactus monetur, uxorem cum Petro quodam Vergneo, nobili venatore, cubare. Quo nuncio inflammatus Bresæus, rapto ense, ad cellam, in qua conjux ja-

jacebat, accurrit, dejectisque foribus, adulterum, qui indusio tantum indutus erat, multis vulneribus confossum necat, uxorem vero, quæ in aliam cellam aufugerat, atque sub lecto liberorum communium se occultaverat, persequitur, inventam protrahit, atque supplicem gladio trajicit, & sic exanimatam relinquit. Similem historiam apud *Lipsium lib.* 4. *epistolica quæst.* 12. reperio. Verba ejus adjiciam: *Rem atrocem, & tragœdia, non epistola dignam! Nobilis ille juvenis, quem olim familiariter novimus, in Italiæ Neapolim venit. Non diu ibi vixerat, cum amavit ipse, dicam, an ultro adamatus est a nobili matrona. Nosti Italiam, nosti sexum:*

- - τίνα τρομέουσι γυναῖκες.

Certe accitum ab illa ferunt incautum juvenem. Venit, paruit, commeavit furtim, res mariti egit, &, quæ non opus est dicere. Non fefellit illa φώριος ευνὴ quendam e servis. Domino indicat. Dominus, condita ira, parat ultionem. Servare intente eundem hominem jubet, dum Mars esset cum Venere sua. Nec diu factum est, nunciatur marito adesse. Domum redit, irrumpit cubiculum comite illo servo: infelicem adolescentulum e lecto protrahit nudum ac jam vix vivum. In oculis conjugis multis ictibus confecit. Adjicitur deinde succidanea victima uxor ipsa. Cadavera nuda & lacera noctu in viam projiciunt: ipsi, priusquam luceret, se in pedes. Facile ex fuga, quam maritus hic capessivit, apparet, cædes hujusmodi nec in Italia inultas dimitti. At aliæ gentes rectius eas lege permiserunt. *Lysias Orat.* 1. *pro cæde Eratosthenis, & Demosthenes adversus Aristocratem*, ostendunt, lege Attica permissum, occidere non solum, qui apud uxorem, sed &, qui cum concubina, matre, sorore aut filia deprehenduntur. Apud Persas, qui uxorem una cum adultero perimit, novam insuper vestem præmii loco accipere, *Ad. Olearius Itin. Pers. l.* 5. *cap.* 22. memorat. Regio Hispanico jure, si *Covarruviæ tomo* 1. *P.* 2. *cap.* 7. §. 7. *n.* 26. fidem habemus, uxor adultera & adulter per sen-

ſententiam judicis ipſi marito traduntur, cum bonis ſuis, ut faciat, quidquid libuerit, etiam, ut eos occidat. Igitur jus quoque Romanum recte cædem adulterii in flagranti delicto deprehenſi permittit. Et quamvis differentiam inter vilem & honeſtum adulterum faciat, ea tamen deinde ſublata eſt in ipſo jure Romano. Apparet hoc ex *Novella* 117. *c.* 15. ubi indiſtincte maritus, qui ex gravi ſuſpicione adulterum occidit, nullum periculum ex hoc formidare jubetur. Accedit jus canonicum, quod in *c.* 3. *X. de Sententia excommunicationis* eum excuſat, qui in clericum etiam, cum uxore, matre, ſorore vel filia turpiter inventum, manus injecerit violentas. Et Carolus in *Conſtitutionis art.* 150. inter innoxias cædes, die aus unſtraͤfflichen Urſachen beſchehen, occiſionem adulteri refert, & clarius adhuc in *articulo* 142. cædem hujusmodi legitimam, rechtmaͤßig, appellat. Neque igitur opus eſt excuſatione, quam *Pufendorffius de Jure naturæ & gentium l.* 2. *c.* 5. §. 15. affert, quod ſcilicet leges hæ cædem iſtiusmodi non licitam faciant, ſed tantum actui vitioſo, affectuum humanorum & iræ violentiæ velificantes, impunitatem indulgeant. Puto enim, interfectionem talem etiam æquitatis & juſtitiæ regulis convenire. Egregie *Henniges in Grotium lib.* 2, *cap,* 20. §. 17: *Poſſunt*, inquit, *quandoque*, *utilitate publica ſic ſuadente, etiam privati executores juſtitiæ dari*, *neque has leges injuriam continere arbitror.* *Non videtur legislator*, *dum marito & patri adulterum occidere permittit*, *ſoli eorum dolori indulgere*, *ſed & eosdem conſtituere ad exequendum homines maleficos*, *qui ſceleribus pœnam & ultimum ſupplicium commeruere.* Scilicet quum adulterium atrociſſimum delictum ſit, quod, ut DD. ex *L.* 88. §. 16. *de Legatis* 2. colligunt, maritum graviore injuria afficit, quam ſi filium ejus quis occidat, pœnæ autem, legibus ſtatutæ, vix ſatis malitiam improbiſſimorum hominum coërceant, ſæpe etiam per inficiationem allasve

fraudes eludantur, acriore remedio opus eſt, quod præſente metu maleficos abſterreat. Nullum vero commodius eſſe poteſt, quam ſi marito poteſtas occidendi permittatur. Dum itaque hanc licentiam dant jura, non privatæ vindictæ quid indulgent, ſed publicam ei exercendam permittunt, atque ſecuritati publicæ proſpiciunt. Neque video, quamobrem maritus, dum jure hoc ſibi conceſſo utitur, peccet, tametſi ſuam ſimul injuriam, quæ cum publica conjuncta eſt, ulciſcatur. Ais vero, adulteri in flagranti delicto occiſi animam ſimul interire, quod chriſtianæ caritati repugnet. Sed Dei hæc judicia ſunt, ab hominibus non exercenda. Poterit hic animam facinoroſi iſtius modo, quem homines ignorant, ſervare. Et ſi etiam pereat, incertiſſimum tamen eſt, an adulter ille, ſi vel maxime ei peperciſſet maritus, ad frugem deinde fuiſſet rediturus. Igitur non muto ſententiam, ſed puto, adulterum cujuscunque conditionis, ſi in delicto deprehendatur, recte a marito occidi. Video, mecum ſentire JCtos Vitembergenſes, qui aliquando marito occiſori relegationis pœnam impoſuerunt, non ob cædem ab ipſo patratam, quæ innoxia fuiſſet, ſed quod in flagranti delicto eos non deprehendiſſet. Adjicio ipſum reſponſum: Hat Johann Conrad R. in gutem bekannt und geſtanden, daß er am 29. Octobr. abgewichenen Jahres dem Hauptmann Hans Ernſten von H. weil er ihn in groſſen Verdacht mit seiner Frau gehabt, auch alleine in den Kämmerchen bey ihr angetroffen, aus übermäßigem Eifer mit deſſen eigenen Degen einen tödtlichen Stich zugefüget, immaſſen derſelbe eine halbe Stunde hernach von ſolchem Stiche Todes verblichen. Ob nun wol Inquiſit anfänglich ein anders fürgewendet, dem Entleibten auch freundlich zugeſprochen, und aus der Haupt-Wache an ſein Ehe-Weib einen Brief geſchrieben, worinnen er, wie

wie der von H. um das Leben kommen, verständiget zu werden verlanget, aus welchen Umständen es das Ansehen gewinnen will, daß Inquisit letzteres Fürgeben falsch und erdichtet; Dennoch aber und dieweil derselbe, nachdem er den von H. mit seinem Ehe-Weibe in erwähntem Kämmerchen zischeln hören, und, als er aufgemachet, selbigen mit ihr darinnen angetroffen, wider den von H. ungleichen Verdacht zu schöpfen, gnugsame Ursache gehabt, zumaln da ermeldeter Hauptmann bereits, ehe er in Venetianische Dienste sich begeben, vom Inquisito, daß er sich der Conversation mit seinem Ehe-Weibe enthalten möchte, erinnert worden, also, daß er ihm den Stich aus Eifersucht zugefüget, der Wahrheit ähnlicher, als was er vormals zu seiner Defension vorgeschützet, in mehrerer Erwegung, daß seiner Frauen verdächtiges Leben, weswegen er auch bey Hofe und sonsten sehr geschraubet, und öfters ein Hanrey geheissen worden, bey ihm solche Eifersucht gar leicht erwecken können, bevorab, da aus des Ehe-Weibes eigenem Geständniß, welcher gestalt sie mit dem Entleibeten, ehe er in Moream gezogen, würcklich Ehebruch getrieben, gnugsam erhellet, daß sein geschöpfter Verdacht nicht ungegründet gewesen, worzu ferner kommt, daß, woferne angeregte Personen das Werck der fleischlichen Unzucht vor der vorgegangenen Entleibung nicht vollbracht, wie sich es doch aus dem nach dem Tode auf des Entleibeten Leibe gefundenen Saamen etlicher massen muthmassen lässet, dennoch aus den Umständen sattsam abzunehmen, daß sie dergleichen in Willen gehabt, und, wenn sie nicht verstöret worden, wol vollbracht haben würden, hiernächst gar wohl zu vermuthen, daß durch das freundliche Zureden Inquisit dem Entleibten die Furcht benehmen, und, daß selber nicht etwan aus desperation wider ihn etwas tentiren möchte, verhüten wollen, und endlichen der an sein Ehe-Weib geschriebene Brief nicht unfüglich damit,

daß solches aus verwirretem Gemüthe, und bey noch anhaltender Bestürtzung über den kläglichen Fall, geschehen, entschuldiget werden kan; So ist mehr gedachter Inquisit mit der ordentlichen Strafe der Todtschläger nicht unbillig zu verschonen, nichts desto minder aber, gestalten Sachen nach, und in Ansehung, daß er gleichwol sie in der bösen That nicht angetroffen, des Landes ewig billig zu verweisen. V. R. W. Hæc sunt, CARISSIME RIPERE, quæ me, ut ab ista sententia tua recederem, permoverunt. Quod superest, polliceor, me eodem, quem hucusque declaravi, amore in posterum quoque te amplexurum, nihilque omissurum eorum, quibus & studia tua amplificare potero, & te ipsum ornare. Vale etiam atque etiam. Helmstadii postrid. Calend. Mart. anni cIↃ IↃ CCXIV.

III.

Potestas occidendi adulteros maritis etiam in sacro codice datur.

Ipse sacer codex maritis jus privatim ulciscendi adulterium ac occidendi mœchum tribuit in *Proverbiis VI*, 26. 29. 34. 35. Ait nempe Salomon, eum, qui se alienæ uxori adjungit, quasi in retia & casses venatoris incidere, animamque & vitam perditurum, nec impune laturum crimen, quippe cui maritus, æstu & ira percitus, gratiam non sit facturus, nec pretium redemtionis aut munera accepturus. In quem locum optime commentatur *Grotius*, duplicem ulciscendi viam marito aperiens: *Sive*, inquiens, *ex dolore, deprehenso forte adultero; sive etiam re in judicium adducta, ubi convictus adulter non rependet crimen, quod fures interdum faciunt, sed statim capite luet.* Scio equidem, dissentire a Grotio *Cornelium a Lapide*, ac in ea opinione esse, *quod apud*

apud Judæos per se maritus adulterum occidere non potuerit, sed accusare eum apud judicem debuerit, a quo condemnabatur ad lapidationem; & provocare etiam ad *Numerorum V*, 12. *sqq.* Verum hic ipse locus *Numerorum V.* firmat magis Grotii explicationem, dum in *fine commatis* 13. ponit, mulierem, quæ in judicio adulterii insimuletur, in eo non fuisse deprehensam. Quæ quum ita sint, rectissime *Julius Clarus lib.* 5. §. *Homicidium n.* 50. refellit eos, qui in foro conscientiæ marito cædem uxoris adulteræ adulterive licere negant, atque, eum, etsi ex lege absolvatur, mortaliter tamen peccare perhibent.

IV.

Mariti jus occidendi uxores adulteras cum mœchis jam tum in libera republica Romana habuerunt.

A*erodius*, vir doctissimus, in *Pandectis rerum ab omni antiquitate judicatarum lib.* 8. *tit.* 1. *cap.* 1. dubitat, an unquam jure Romano mariti potestatem, uxores adulteras cum mœchis occidendi, habuerint, atque ad leges, quæ objici ei poterant, sic respondet: *Ea permissio magis erat ad terrorem, quam ut jure ipso competeret;* multa deinde ex antiquis auctoribus loca ad stabiliendam hanc sententiam suam trahit, non sine ingenio & eruditione. Omittit tamen unum, quo maxime se efferre potuisse, scilicet ex *Juvenalis Satyra X. versu* 311. *sqq.*

Majora expectant discrimina, fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet, quascunque mariti
Irati debent: nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat; exigit autem
Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori
Concessit. Necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat.

Vi-

Vides secundum Juvenalem eos, qui mœchos ferro necant, plus dolori suo indulgere, quam lex ulla dolori concesserit. Ipsum me hic locus aliquando, ut crederem, maritos potestatem necandi saltem in libera republica Romana non habuisse, sed sub Cæsaribus demum accepisse, induxit. Postquam vero deinde in *Gellii Noctium Atticarum lib.* 10. *cap.* 24. quem locum etiam non vidit *Aerodius*, incidi, mutavi sententiam. Ibi enim M. Cato, qui sine dubio in libera rep. scripsit, maritis jus, in adulterio uxores deprehensas necare, fuisse, scribit. Et *Seneca lib.* 1. *Controv.* 4. legem hanc tanquam priscam & jam diu notam memorat: *Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit.* Quid ergo ad Juvenalis locum respondebitur? Intelligendus ille est de iis, non qui simpliciter necant, sed qui cum cruciatu necant. Eo enim crudelitatis progrediebantur prisci Romani, ut mœchos domi suæ deprehensos ferro frustulatim conciderent, ad mortem usque flagellis cæderent & lancinarent, eis nates cinere calido depilarent, deinde raphanos & mugiles, incredibilis voracitatis pisces, in anum immitterent, &c.

V.

Maritus uxorem adulteram adulterumve, in turpitudine non deprehensos, occidens, peccat quidem, sed tamen extra ordinem saltem, non ultimo supplicio, punitur.

VI.

Pœna illa extraordinaria gravior leviorque erit, prout indicia commissi adulterii evidentia aut obscuriora fuerunt.

Et naturalis æquitas, & sacer codex, & leges humanæ privatam adulterorum cædem non aliter, quam si illi in turpitudine deprehendantur, permittunt. Vide *articulum Carolinum* 142 verbis: Rechtmässige Ursach gehabt, so einer einen unkeuscher Werck halben

ben bey seinem ehelichen Weibe fände, und darum gegen denselben Ubelthäter tödtliche Handlung fürnehme. Quid ergo, si cædes aliter facta sit? Peccare maritum & puniri etiam debere, nemo negabit. At qua pœna adficiendus erit? Judicis arbitrio tunc locus erit. Is vero pœnam exasperabit minuetve secundum gravitatem vel levitatem argumentorum, quibus maritus, ut adulterium commissum crederet, inductus est. Et in illo quidem, quod ex responso Vitembergensi in *meditatione I.* attuli, exemplo indicia evidentissima erant. Sed aliud *Vries in Gedenckbœck lib.* 5. atque ex eo *Ludolff* in der Schaubühne der Welt *P. IV. ad annum* 1665. *cap.* 1. *n.* 5. *p.* 214. habent, quod verbis *Ludolffi* hic adjiciam: Des Pabsts *Nepote*, *Sigismundo Chigi*, wolte an einem Abend eine ohnlängst verheyrathete junge Frau gemeinen Standes besuchen. Indem sie nun eben ihm die Haus-Thüre aufmachte, kam ihr Mann darzu, welcher den *Chigi* mit harten Worten anfuhr, dahero dieser veranlasset ward, seinen Dienern zu rufen, deren er eine grosse Anzahl bey sich hatte, welche auch den Mann nöthigten, sich zu retiriren. Als nun bey diesem Tumult das Volck zuliefe, machte sich *Chigi* mit seinen Dienern indessen unsichtbar. So bald der Mann dieses vernahm, verfügte er sich in sein Haus, und weil er leicht glauben konte, daß des Pabstes Vetter nicht in sein Haus kommen wäre, um mit seiner Frau den Rosen-Krantz zu beten, ließ er sich den Zorn und Eifersucht dergestalt einnehmen, daß er die Frau mit 17. Messer-Stichen ermordete, sein bestes Vermögen zusammen packte, und aus Rom sich heimlich entfernete. Hic maritus præter exilium etiam fustium ictum meruisset. Ex istis enim, quæ memorantur, suspicio quidem gravissima, voluisse uxorem adulterari, ac de loco & tempore cum Chigio convenisse, nascitur; at perpetratum crimen fuisse, nihil est, quod ostendat.

VII.

Maritus ei, quem adulterii cum uxore sua insimulat, domo sua interdicere potest.

VIII.

Si alter non paret, judex interdictum, addita pœna comminatione, confirmat.

Permittit Justinianus in *Novella* 117. *cap.* 15. *pr.* ei, qui aliquem uxoris suæ castitati illudere velle suspicatur, huic domo sua interdicere, sed adhibitis tot tamque ridiculis ceremoniis, ut omnium ludibrio se expositurus esset, si quis legis hujus beneficio uteretur. Numquid ergo marito non licebit, hunc, quem pudicitiæ uxoris suæ insidiari credit, domus suæ aditu, simpliciter sine testibus, sine scriptis & iteratis denunciationibus prohibere? Licebit utique. Nam quilibet dominus jure dominii alterum, ne fundum suum ingrediatur, prohibere potest, §. 12. *I. de Rerum divis. L.* 3. §. 1. *L.* 5. §. 3. *de Adquir. rerum dom. L. ult.* §. 3. *Quod vi aut clam. L.* 13. §. *ult. L.* 23. *de Injuriis.* Quod si is prohibitioni non paret, judex imploratus eam, addita pœnæ comminatione, confirmare debet. Missa sunt mense Julio anni ciɔ Iɔ CCXXXV. ad me acta, in quibus caupo quidam hominem, qui quotidie in popinam ventitabat, quemque uxoris suæ mœchum esse autumabat, porro ad se venire vetuerat. Sed ille, popinas publici juris esse ac neminem earum aditu arceri posse, ratus, ventitabat tamen; quæ res turbas & prœlia inter cauponem & uxorem ejus subinde excitarat. Pronunciavi itaque: Es werden Meyer und Hans Schultze, Ferchlanden eine Abbitte vor Gerichte zu thun, und alle Unkosten zu bezahlen, angehalten, anbey Meyer 4. und Schultze 2. Tage mit Gefängniß bestraft, übrigens Meyern, künftig weiter in Ferchlands Haus, oh-

ohne dessen ausdrückliche Erlaubniß, zu kommen, bey 5. Thaler Strafe untersaget. Etsi enim popina locus publicus sit, cujus ingressu nemo prohiberi debet, *L.* 13. §. 7. *de Injuriis*, judex tamen ex caussa hoc facere potest.

IX.

Uxor vicissim maritum adulterum ac pellicem occidere non potest.

X.

Si ergo id faciat, etsi ultimum supplicium remittatur, extra ordinem punitur.

XI.

Charlotta, Caroli Ludovici electoris Palatini uxor, Degenfeldiam pellicem recte occidisset,

XII.

Nisi ipsa divertendi a se caussam marito dedisset.

Eadem ratione, qua maritus occidere uxorem adulteram possit, vicissim uxori cædem mariti in adulterio deprehensi permittit *Frœlich in Comment. in Constit. crim. tom. II. pag.* 140. ac ad testimonium *Damhouderi cap* 80 *n.* 26. provocat. At *Damhouderus* nihil *ibi* de cæde mariti habet. Ait saltem in *n* 28: *Sicut marito permittitur, occidere mœchum in opere, pro defensione uxoris, d. l. Gracchus, & d. l. Marito, ita uxori permissum est occidere mœcham in opere pro defensione mariti, quia spiritualiter sunt uniti vinculo fœderis, uniti (inquam) in carne una, & unum corpus esse censetur, c. Admonere* 33. *q.* 2. *l.* 3. *ff. de libe. causs. tametsi sint, qui secus arbitrentur, uxorem non posse defendere maritum, sicut nec agere pro eo caussam, sed horum opinio certe non minus est ridicula, quam naturali ratione caussa. Nam si concubinis (ut mox infra) permittitur justa sui amasii defensio, ne perdat ipsum: multo magis ea defensio concedenda est uxoribus pro salute maritorum, ut eos scilicet justa ratione defendant, a quibus ipsarum pendet salus, gloria, & plerumque vitæ necessitas, teste Bald. in Repet.*

l. 1. C. Vnde vi. Et profecto nimium facilis est hac in parte *Frœlichius.* Jura, quæ adulteri cædem permittunt, solum de marito loquuntur, nullibi de uxore. Clarissime Cato apud *Gellium Noctium Atticarum lib. 10. cap. 24: De jure,* ait, *occidendi ita scriptum est: In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares, illa te (si adulterares) digito non auderet contingere, neque jus est.* Nec rationem habet *Petrus Mosellanus,* ut in margine loci hujus Gelliani adscripserit: *Adulterii lex iniqua.* Objicietur mihi forsan, quod Julianus in *L. 62. de Legatis* 3. ait, *semper* sexum masculinum etiam femininum continere. Verum hoc deinde Vlpianus in *L. 195. pr. de Verb. significat.* recte temperat, & pronunciationem sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum plerumque tantum porrigi dicit. Nam multos casus *Alciatus ad L. 1. de Verb. signif.* commemorat, ubi masculis vocatis mulieres non intelliguntur. Et inter hos casus hic præsens etiam est. Diversissima inter maritum & uxorem ratio intercedit. Minor longe injuria in uxorem ex mariti adulterio redundat, major ex uxoris adulterio in maritum. Maritus risui & ludibrio omnium exponitur; ejus familiæ soboles aliena inseritur; ipsi necessitas alendi spurios imponitur. Quæ omnia in uxore secus. Ego itaque, uxorem, quæ maritum adulterum etiam in ipsa turpitudine interficit, non quidem ultimo supplicio, nam dandum aliquid est iræ, sed tamen proxima ultimo supplicio pœna, adfici debere, contendo. Punienda etiam est, sed adhuc mitius, uxor, quæ pellicem occidit. Notum est ex annalibus superioris sæculi, quid Charlotta, Caroli Ludovici, Electoris Palatini, conjux, fecerit. Illa, ut maritum a Degenfeldiæ amoribus, quibus irretitus erat, abstraheret, improvisa marito, a prandio redeunti, occurrit, ac supplex cum liberis genibus ejus advoluta, sese in thorum recipi, flagitat. Et visa erat flexisse maritum, quum repente Degenfeldia intervenit, atque ad Electorem versa:

Do-

Domine, inquit, fidem mihi datam serva. Motus his verbis elector ab uxore aversus, obortis tamen lacrymis, recedit. Tum Charlotta furibunda ad conclave suum currit, ac rapto inde telo Degenfeldiam persequitur, trajecissetque, ni Hoënloicus comes, qui forte præsens erat, telum excussisset, & ictum, in Degenfeldiam directum, alio avertisset. Probavi ego hucusque semper hoc Charlottæ factum, & optavi, ut ictus non aberrasset, sed illa Degenfeldiam interfecisset. Non impune id saltem, sed & justum credidi olim. Charlotta enim, etsi marito alias subjecta, tamen, quum jus & æquum ab illo in hac caussa obtinere non posset, quod ad illam caussam legibus soluta fuit, potuitque magistratus ope destituta sibi ipsi jus dicere, injuriam sibi factam ulcisci, atque imposterum a se avertere. Sic hucusque ratiocinatus sum, quamdiu ea solum, quæ a partibus Charlottæ proponuntur, legi. Scripsit nempe illa ad Leopoldum, Augustum, de hoc negotio epistolam, qua factum totum ita narrat, ut ipsi maximam injuriam factum crederes. Reperitur hæc epistola in Lünigs Reichs-Cantzley, *Part.* 2. *pag.* 156. Sed longior illa est, quam ut integra hic inseri possit. Itaque nunc saltem, excerpta dabo ex *Parte* 28. der Deutschen *Actorum eruditorum*, *pag.* 330. *sqq.* Also klagt die Churfürstin, daß sie schon geraume Zeit, vor Ausbruch seiner Liebe gegen die Degenfeldin, eine nicht geringe Gemüths-Entfremdung bey ihrem Gemahl gegen sich wahrgenommen; Sie habe ihm einsmals einen schönen Neapolitanischen Apfel-grauen Hengst zum Neuen Jahre verehret, worauf er zur Antwort gegeben: Schatz, wir begehren hinführo solche Präsente nicht mehr, welche unsere Schatz-Kammer verringern; und das Pferd noch selbigen Tages an einen von Adel weggeschencket. Die von Degenfeld habe ihr dereinst einen Ring entwendet, welches ohne allen Zweifel eine abgelegte Sache gewesen, immassen der Churfürst kurtz drauf darnach gefragt,

und, als sie ihn nicht finden können, sich sehr argwöhnisch gestellt, so gar, daß er auf ihre Entschuldigung, er sey ihr von untreuen Leuten entwendet worden, geantwortet: Wer mögen doch diese ungetreue Leute seyn? vielleicht ist es ein junger Cavallier, welchem ihr ihn wohl selbst mögt am Finger gesteckt haben; ihr auch, da sie sich hierüber vernehmen lassen, wie ihr solches kein redlicher Fürst nachreden könne, gar mit Maulschellen gedroht. Sie gesteht, daß, als ihr der Degenfeldin Liebes Brief an den Churfürsten, so ein vertrauter Diener in seinem Gemache gefunden, überbracht, und solcher durch den Grafen von Eberstein verdolmetschet worden, sie sich aus verwirrtem Gemüthe verleiten lassen, dieses ihres Fräuleins Schränckchen aufzubrechen, darinne sie denn vollends auch des Churfürsten Briefe gefunden, welche alle von Wort zu Wort mit eingerückt sind. Wie sich nun die Churfürstin vorgenommen, ihrem Gemahl bey Gelegenheit zu verstehen zu geben, daß sie so weit in die Karte gesehen; also geschahe solches dereinst über der Tafel, in Anwesenheit des Marggrafen von Baden, da sie um ihre Traurigkeit befragt ward, und zur Antwort gab: Diejenigen, welche die Mägde mehr liebten als die Frauen, wären dran Ursache; allein ihr Gemahl versetzte ihr hierüber eine starcke Maulschelle, daß sie wegen erregten Nasen-Blutens wegzugehen genöthiget ward. Als auch der Marggraf sich deshalben vernehmen ließ: Signore Elettore, troppo e questo: sagte darauf der Churfürst: Mio fratello, Sign. Marchese, ma cosi a voluto. Doch vergliche sie der Marggraf noch denselben Mittag mit einander, und des Abends drauf, da vielleicht der Churfürst besorgte, sie möchte den gantzen Handel an ihren Bruder, den Land-Grafen von Hessen, berichten, kam er gar spät zu ihr, und fragte: Ob sie ihm diese Nacht Raum geben wolle, in ihrem Bette zu ruhen? Welcher Gelegenheit sie

sich

sich bedient, und an die Degenfeldin Rache begehrt, auch ihm ihren obbemeldten Brief vorgehalten; da er denn die geführte Correspondentz als einen blossen Schertz ausgelegt, das Fräulein vor unschuldig erklärt, und sie wider alles, was ihr disfalls begegnen könnte, zu schützen sich erboten, wobey es dasmal verblieben. Aber die Versöhnung währte nicht gar lange. Denn als die Churfürstin ihren Gemahl auf den Reichs-Tag nach Regenspurg begleitete, gab es daselbst neue Händel, so gar, daß sie auch nicht mit einander nach Hause reiseten, sondern die Churfürstin noch etliche Wochen länger verzog. Da sie nun zu Heydelberg wieder anlangte, und dem Churfürsten das Compliment machen ließ, antwortete derselbe dem Abgeschickten: Saget nur der kahlen Landgräfin, ich möchte mit keiner Landverderberin zu schaffen haben. Es ward auch ihr Gemach, so bald sie dasselbe betrat, mit 40. Mann von der Garde besetzt, und sie, als eine Gefangene, gehalten. Hierauf folgen die Briefe, welche sie darüber mit ihrem Gemahl gewechselt, und darinnen ihr der Churfürst die Ehe-Scheidung zumuthet, seine anderwärtige Vermählung mit mehr berührter Degenfeldin ankündigt, auch, nebst verstattetem Gebrauch des halben Schlosses zu Heydelberg, ihr so viel Geld, als zu ihrem Unterhalt nöthig seyn würde, reichen zu lassen, sich erbietet, wofern sie sich nur mit der neuen Gemahlin vertragen würde; welches alles sich die verlassene Churfürstin also muste gefallen lassen. Endlich wagte sie das letzte, und wartete, nebst ihren vom Churfürsten erzeugten Kindern, einmal vor der Tafel-Stube auf, that einen Fuß-Fall, und führte ihm zu Gemüte, wie man nach seinem gegenwärtigen Verfahren dereinst ihre Kinder vor Bastarte halten würde. Der Churfürst ward auch hiedurch ziemlich bewegt, bis die Degenfeldin dazu kam, und ihn mit den Worten: Signore Elettore, servate la parole di promessa;

sa; wieder abwendig machte, daß er die Hände übern Kopf zusammen schlug, und seufzend weggieng. Dieses verdroß die Churfürstin so sehr, daß sie aus ihrem Gemach eine geladene Pistole hohlte, und die Degenfeldin erschiessen wolte; da ihr jedoch der Graf von Hohenlohe das Gewehr aus der Hand nahm, und es zu einem Fenster hinaus loß schoß. Wenige Tage darauf kam der Hertzog von Würtemberg an den Pfältzischen Hof, und auf dessen Einrathen verfertigte die Churfürstin an den Kayser diese Bitt-Schrift. Qui, dum hæc legit, non mecum Degenfeldiæ mortem optaret! At nunc muto sententiam, postquam intellexi, Charlottam calamitatis suæ caussam ipsam fuisse, atque maritum, ut Degenfeldiam in locum ejus adscisceret, fere coëgisse. Potuisset profecto elector sine omni injustitiæ labe, etiam secundum divinas leges, Degenfeldiam legitimæ uxoris loco habere. Scribo hæc fide duorum magnorum virorum, qui ambo Caroli Ludovici electoris ministri per multos annos, intimæque admissionis & secretorum ejus participes fuerunt. Hi in libello anno 1693. sub titulo: **Die ausgelöschte Chur-Pfaltz-Simmerische Stamms-Linie**, edito, & apud *Tenzelium* in der *Curieusen Bibliothec*, andern *Repositorii*, siebendem Fache, *pag* 617. *sqq.* hæc narrant: Churfürst Carl Ludewig reisete nach Cassel, eine anständige Gemahlin an der Princeßin *Charlotte* suchend, welche aber Hertzog Friedrichen zu Würtenberg lieber gehabt hätte, und daher immer Aufschub suchte. Daran gleichwohl der Chur-Fürst sich nicht kehrend, *anno* 1650. den 20. *Februarii* zu Cassel die Heyrath vollzogen, und von der Zeit an, nebst der sorgfältigen Lands-Regierung, durch Comödien und andere Lustbarkeiten seine Gemahlin immer zu *divertir*en und zu mehrern Liebe gegen sich anzufrischen gesucht. Wogegen sie sich

aber bißweilen mürrisch erzeiget, und, wenn sie sich im Cabinet eingeschlossen, dem anklopffendem Ehe-Gemahl nicht aufmachen wollen, sondern ihn stillschweigend abgewiesen, ja ihm mit unziemlichen Worten begegnet, nichts destoweniger nahm sie der Churfürst mit nach Regenspurg, da Kayser *Ferdinand III.* ihn gantz gnädigst *tractir*et, und nebst Nachlaß vieler Römer-Monate, 36000. Gülden baar schiessen lassen. Die Churfürstin aber bezeigte sich mit öfftern auf die Jagd unterfangenem Reiten und sonsten, zum Mißfallen ihres Ehe-Herrn, und vermehrte solches bey selbigem nicht wenig, daß sie vom Pferde einsmahls einen fast schimpfflichen Unglücks-Fall gethan, wovon sie hernach den andern Printzen gantz schwächlich zur Welt gebracht, der gleich nach der Tauffe verschieden. Hierüber nahm sie eigenen Sinnes sich vor, der ehelichen *Cohabitation* eine geraume Zeit sich zu entschlagen, aus Vorwand, wie ihr ungelegen, ihren Leib durch viele Kindbette verderben und qvälen zu lassen. Der Churfürst wolte hierein nicht willigen, sondern ließ sie durch vertraute *Ministros* zur schuldigen Pflicht ermahnen: worinnen sich auch Baden-Durlach, hernach Würtenberg, und endlich Landgraff Wilhelm zu Hessen, doch alle vergebens, bemühet. Weßhalben sie der Churfürst zum letztem mahl durch den Hoff-Marschall von Landas ermahnen lassen, sich im kurtzen entweder anderster zu entschliessen, oder eines widrigen Ausganges gewärtig zu seyn. Weil nun die gebührliche Unterwürffigkeit nicht erfolget, *adjung*irte sich der Churfürst heimlich das unterm Hoff-Frauenzimmer befindliche Fräulein von Degenfeld, hernach gemachte Rau-Gräfin, des Vorsatzes, sich ihrer,

mit Verstossung der Churfürstin, hinführo *concumbendo* zu bedienen.

COROLLARIA.

I. Marito, cui uxorem in adulterio deprehensam occidere licet, multo magis domo ejicere licebit. Recte Browerus *de Jure connubiorum lib. 2. cap. ult. n. 5. Pontificium*, inquit, *jus, propter quamcunque dissidii caussam dimittere uxorem, neglecto Episcopi seu publico judicio, vetans, C. I. causs. 33. q. 2. C. 10. causs. 35. q. 6. ita intelligendum est, ut liceat marito quantum ad thori usum domo expellere deprehensam adulteram, & cujus flagitium notorium est; ne hujus præsentia illum in furorem adigat, utque ex recenti scelere tollatur occasio majoris mali: iram mariti ob uxoris adulterium sævientis dæmonem internum Chrysostomus appellat, sed aperiat tum ille consilium suum statim judici, & auctoritatem deposcat, ut post probatum publico judicio divortium jure ducere aliam ei liceat.*

II. Maritus, uxorem adulteram adulterumve occisurus, recte sibi satellites adjungit, quibus hoc impune est. Sic in simili casu judicatum fuisse, narrat *Cæpolla de Servitutibus urbanorum prædiorum, cap. 23. n. 10: Obtinui*, inquiens, *in civitate mea Veronensi: ubi est statutum, quod, si frater vel maritus, vel pater reperit aliquem cum sorore, uxore, vel filia male conversantem, possit eum impune occidere. Nam quum quidam sciens, unum male conversari cum sua sorore, congregavit duos amicos, & occidit eum; dixi, quod tam frater, quam etiam sui socii debeant absolvi, & ita per curiam judicatum fuit.*

III. Idem tamen *Cæpolla n. 11.* nec non *Julius Clarus sententiarum lib. 5. §. Homicidium n. 51.* dubitant, an maritus cædem hanc alii mandare possit, ac videntur magis in negantem sententiam propendere. Et illi quidem, qui cædem hanc non tam justam esse, quam impunem saltem & ob calorem iracun-

diæ

diæ excuſandam dicunt, merito dubitant. At nos, qui juſtam eſſe hanc cædem, atque marito per leges commiſſam credimus, marito exſequutionem hanc porro alii committere poſſe, adfirmamus.

IV. Romani maritis, mœchos cum uxoribus deprehenſos caſtrare, permittebant. Vide lepidas illas ſcenas in *Plauti Milite glorioſo actu V.* nec non in *Terentii Eunucho Actu V. ſcena* 4. Idem illis etiam in legibus permittitur, ſcilicet in *L.* 22. *§.* 3. *ad Legem Juliam de Adulteriis.* Adde *Valerium Maximum lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 13.

SPECIMEN DLXXIX.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
JVRE CONJVGIS IN BONA CONJVGIS ADVLTERANTIS
PVBLICE DEFENSVM AB
ALBERTO ANTONIO WERNERO SCHWARTZBVRGICO, NVNC JVRIVM DOCTORE
MENSE NOVEMBR. cIↄ Iↄ CCXXXV.

PRÆFATIO DISPVTATIONIS.

Hoc habet in ſe virtus eximium & plane ſingulare, ut, quamdiu mediocris eſt, levamen ab aliorum favore & ſuffragiis exſpectet, ſed, quo proprius ad faſtigium accedit, laude & commendatione aliena non indigeat, atque hanc

 etiam,

etiam, si offeratur, tanquam infra se positam renuat & adspernetur. Quæ dum considero, moveor, ut in hoc alloquio meo brevior hodie sim, quam alias esse consuevi. Paucissima saltem dicam. Sisto Vobis Wernerum, divæ sororis meæ filium, cujus studia ac mores Vobis, in quorum conspectu per aliquot annos vixit, ignota esse non possunt. Ipsi judicate, num dignus sit, quem ametis, ornetis, juvetis. Si talis est, ut spero, amate eum, ornate, juvate. Ego, quem rogavit, ne pudorem ejus laudatione mea onerem, nihil addo amplius. Ipse vos alloquetur, &, quæ a benevolentia Vestra exspectet, observantissime declarabit. Id unicum cogitate, me idem, quod ille flagitat, enixe precari.

I.

Jus Romanum conjugi ex bonis alterius conjugis adulterantis partem attribuit.

II.

Hoc jus adhuc hodie in illis locis, quæ leges Romanas quod ad successionem conjugum retinuerunt, servari oportet.

III.

Ad ea vero loca, in quibus conjugi superstiti amplior portio statutaria tribuitur, jus Romanum absurde trahitur.

IV.

In his itaque locis conjux innocens ex adulteri adulteræve bonis omnia consequitur, quæ, si adulter adulterave mortem obiissent, habuisset.

V.

Sic in Saxonia maritus uxoris adulteræ, non dotem solum, sed & paraphernalia, siquidem mobilia sint, lucratur.

VI.

VI.

Id quod illustri judicio comprobatur.

Inter pœnas adulterii nulla æquior eſt, quam quod bona adulteri adulteræve conjugi innocenti, vel tota, vel magnam partem, cedant. Ita enim & puniuntur malefici, & ſatisfit quodammodo parti læſæ. Sed quantum eſt, quod lucratur conjux innocens? In *Novella* 117. *c.* 8. §. 2. & *Novella* 134. *cap.* 10. uxori, cujus maritus ſeſe adulterio polluit, dos reſtituitur, ac donatio propter nuptias addicitur, ſi verò nec dos, nec donatio propter nuptias conſtituta ſit, ea pars bonorum, quam leges in *Novella* 53. *cap.* 6. & *Nov.* 117. *cap.* 5. conjugi ab inteſtato adſignant, datur; viciſſim marito dos, ac donatio propter nuptias relinquitur, ac ex reliqua uxoris ſubſtantia, quantum dotis tertia pars eſt, tribuitur, denique, quidquid ei in pactis dotalibus adſcriptum fuit, conſervatur. Hæc ita jure Romano conſtituta difficilem tamen in foro ad facta obvenientia adplicationem habent, ob mutatam inſigniter rerum faciem. Multi cum *Hahnio ad Weſembecium tit. Soluto matrimonio, n.* 4. *verſ. Propter adulterium, Engelbrechto ad π. tit. ad L. Juliam de Adulteriis*, §. 41. & *Schæpfero in Synopſi π. tit. ad L. Juliam de Adulteriis, n.* 20. hodie ajunt maritum omnia uxoris bona paraphernalia lucrari, ſed ſine lege loquuntur. Alii contra cum *Lauterbachio in Compendio juris pag.* 690. & *Bergero in Reſolutionibus legum obſtantium pag.* 947. negant, uxorem adulteram bona paraphernalia amittere; quorum ſententia jure canonico, quod in *cap.* 4. *X. de Donationibus inter virum & uxorem*, mulierem, quæ ob cauſſam fornicationis a viro receſſerit, dotem vel dotalitium repetere non valere, dicit, de paraphernalibus vero nihil addit, quin & ipſo jure Saxonico electorali in *Conſtit.* 21. *Part.* 4. verbis: Ihr

Einbringen und was ihr sonsten gebühret; firmari videtur. At enim vero ut hæc JCtorum pugna recte dirimatur, res paulo altius repetenda est. Jus nempe Romanum conjuges regulariter invicem a successione mutua excludit, atque duobus saltem casibus admittit, primum, quando pactis dotalibus superstiti quid adscriptum est, deinde, quando superstes inops, ni quid ex defuncti bonis lucretur, unde vivat, non habet, *Auth. Præterea C. Vnde vir & uxor.* His ergo conjugibus in casu adulterii satis laute prospexit Justinianus in legibus supra memoratis, secundum quas etiam adhuc hodie in electoratu Hannoverano multisque aliis provinciis ac civitatibus, ubi jus Romanum quod ad successionem conjugum observatur, judicari oportet. At si quis judex idem in Saxonia nostra, aliisque locis, ubi conjugi superstiti ex defuncti bonis amplius quid, plerumque sub portionis statutariæ nomine, attribuitur, faceret, is profecto contra mentem legum & ipsam rectam rationem peccaret. Minus scilicet consequeretur conjux, adulterio conjugis læsus, quam haberet, si adulter adulterava, nullo commisso crimine, mortem obiissent. Iniquissimum hoc merito vocat *Carpzovius P. 4. C. 21. def. 1. n. 9.* Nec iniquum saltem est, sed absurdum quoque. Quid enim ridiculum magis & absonum excogitari poterit, quam conjugem, qui quæve partem bonorum suorum alteri ex legibus debitam, etsi decies millies contrarium in ultima voluntate pactove constituerit, auferre aut minuere nequit, *Novella 22. cap. 33. Constit. Elect. Saxon. 7. P. 3.* ex adulterio suo hanc facultatem nancisci, & per delictum suum conditionem conjugis innocentis deteriorem facere. Quæ quum ita sint, in iis locis, in quibus conjugi ex defuncti bonis plus, quam leges Romanæ ex partis adulteræ bonis tribuunt, soluto matrimonio obvenit, regula facienda est, menti legum & juri na-

naturæ convenientissima, ut scilicet adulter adulterave pro mortuis reputentur, atque conjux innocens ea omnia, quæ post mortem adulteri adulteræve habuisset, consequatur. Ita egregie rem explicat *Barthius* von der Gerade, *Cap. V.* §. 85. Quum itaque in Saxonia nostra maritus omnia uxoris defunctæ mobilia lucretur, Sachsen-Spiegel *lib.* 1. *art.* 31. & *lib.* 3. *art.* 87. rectissime *Carpzovius P.* 4. *Constit.* 21. *def.* 1. concludit, eundem etiam uxoris adulteræ paraphernalia, siquidem mobilia sint, adquirere. Et exstat ejus rei illustre exemplum apud *Müllerum* in den *Annalibus* des Hauses Sachsen, *ad annum* 1593. *pag.* 212. *seq.* quod integrum verbis ejus hic commemorabo: Nachdem Hertzog Johann Casimir zu Sachsen-Coburg seine erste Gemahlin, Annen, und Ulrichen von Lichtenstein, wegen gepflogener unzulässlicher Conversation in Verwahrung bringen lassen, und zur Verhör, und genauen Untersuchung der Sache, einige Räthe, nahmentlich: 1) Johann Ernsten von Teutleben, zu Laucha, und wenigen Sömmern, Hof-Richtern zu Jena, und Cammer-Rath, 2) Johann Freunden, der Rechte D. Cantzlarn, 3) Hartmann von Wangenheim, zu Züngeda, 4) Paul Abten, und 5) Volckmar Schevern, Hof-Rath, nachmals auch Cantzlarn, deputiret, haben diese uff oberwehnten Tag, nebst einem in specie hierzu requirirten Notario, Nahmens Sigismund Heußnern, sich uff die Vestung Coburg, allwo bemeldter von Lichtenstein, jedoch ohne Fessel und Bande, gesessen, begeben, und denselben über sein bald anfangs bey dessen Arrestirung gethanes Geständnüß nochmahls ordentlich vernommen, welcher dann sein Verbrechen mit Erzehlung ein und anderer Umstände, und zwar auf eine sehr Christliche und bewegliche Weise, mit weinenden Augen, nochmahls gestanden, und bekennet, darbey vorgebende, wie der vormahls an dem Hofe zu Coburg gewesene Italiener, Hieronymus Scotus, wel-

welcher hierunter Teufflische Künste gebrauchet, hieran grosse Schuld, und diese böse Sache getrieben, und zuwege gebracht, mit angehängter Bitte, daß Ihme seine Verwürckung mit einer ewigen Gefängniß, auf seine Kosten, oder auf einem Gräntz-Hause gegen den Türcken abzubüssen, verstattet und nachgelassen werden möge. 17. Nov. ist obgenandte Hertzogin, welche, obigen schwehren Falls und Verbrechung halber, gleichfalls in dem Fürstlichen Residentz-Hause der Ehrenburg, in einem besondern Zimmer verwahrlich enthalten gewesen, durch oben benandte deputirte Räthe, wie auch M. Johann Düncklern, Superintendenten, und Melchior Bischoffn, Hoff-Predigern, Beyseyns obgedachten Notarii, vernommen, und über etzliche, so wohl aus der Hertzogin vorigem, als des von Lichtenstein Bekäntniß, und sonst formirte Articul befraget worden. Worauf die Hertzogin alle Articul mit Ja beantwortet, anbey hertzlich geseufftzet und geweinet, sagende, der Schelm Scotus hätte sie, als noch eine junge Fürstin, betrogen, und in dieses Unglück gebracht; Bäte um Gnade, und sonst um nichts mehr. 20. Nov. hat Hertzog Johann Casimir an das Consistorium einen Befehl ergehen lassen, und demselben der Hertzogin disfalls beschehenen Ubertritt mit dieser Bedeutung zu vernehmen gegeben, wie er derselben ferner ehelich nicht beywohnen könte, sondern unumgänglich veruhrsachet würde, sich von Ihr durch ordentliche in Geist- und Weltlichen Rechten versehene Mittel, gebührlicher Weise, scheiden zu lassen; weiln aber solche Ehescheidung anderer gestalt nicht, dann durch das Geistliche Consistorium geschehen könne, als solten sie, die Consistoriales, sich eines beförderlichsten Tages vergleichen, denselben so wohl der Hertzogin durch gebührliche Citation, als auch Ihme, dem Hertzoge selbst, zu erkennen geben, da Er so dann durch einen

Ge-

Gevollmächtigten den Termin besuchen, und seine fernere Nothdurfft vor ihnen fürbringen lassen wolte. Den 27. Nov. ist auf sonderbaren Fürstlichen Befehl, aus dem Consistorio zu Coburg, an die Superintendenten, zu 1) Heldburg, 2) Eißfeld, 3) Römhild, 4) Gotha, 5) Eisenach, und 6) den Pfarrer zu Pöseneck, die Verordnung ergangen, das gemeine Kirchen-Gebet, so viel die Hertzogin betrifft, hinführo dahin einzurichten, daß dieselbe nicht ausdrücklich mit benahmet, sondern ohngefehr uff diese masse: Vor unsern gnädigsten Fürsten und Herrn, Hertzog Johann Casimirn, zu Sachßen, und Seiner Fürstlichen Gnaden Herrn Bruder, Hertzog Johann Ernsten zu Sachsen, und seiner Fürstlichen Gnaden Gemahlin rc. und dann zum Beschluß, unter der gemeinen Personen Noth, für eine betrübte Person gebeten werden solle. Den 4. Dec. hat Hertzog Johann Casimir Moritzen von Heldrit zu Botstedt, Fürstlichen Cammer-Rath, und Hartmann von Wangenheim zu Süngeda zu vernehmen gegeben, wie die Consistoriales gebeten, ihnen in bewuster Ehescheidungs-Sache, um allerhand Ursachen willen, ein paar adliche Personen zu adjungiren, mit Begehren, sich mit den Geistlichen dahin zu vergleichen, daß solche Ehescheidung binnen zweyen Tagen gewiß verrichtet werden möge. Den 5. Dec. ließ Hertzog Johann Casimir zu Sachsen-Coburg obgedachte seine erste Gemahlin aus dem Residentz-Hause der Ehrenburg, uff die Vestung Coburg in anderweitige Verwahrung bringen. Den 7. Dec. ist von denen zu obiger Ehescheidung Verordneten, nachdem sie vorhero vom Hertzoge Ihrer Eyd und Pflicht so fern erlassen, zu behöriger Verfahrung, der 12. dieses pro Termino benennet, und solcher beeden hohen Fürstlichen Personen, um sich uff solchem vor Ihnen einzufinden, notificiret worden. Den 12. Dec. wurde das von denen verordneten und nie-

niedergesetzten Richtern gesprochene Urthel, in Beysenyn des Hertzogs hierzu bevollmächtigten Anwalds, D. Wolffgang Maßlitzens, wie auch der Herzogin, und Ihres aus solchem geistlichem Gerichte erwählten, und von Ambts wegen zugelassenen, so wohl zu dieser Sache seiner verwandten Pflicht erledigten Beystandes, obgedachten Moritzens von Heldritt, publicirt, Krafft dessen der Hertzog von Beklagter Hertzogin, der Ehe halber, vermöge göttlicher und weltlicher Rechte geschieden und ledig gesprochen, und anneben bemeldtem Hertzoge, vermöge der heiligen Schrifft, und nach dessen Gelegenheit, als dem unschuldigem Theile, sich anderweit ehelichen zu verheyrathen verstattet und freygelassen worden, und bleiben dem Hertzoge die eingebrachte Mitgifft und andere bona paraphernalia, nach Ordnung der Rechte, und gemeinen Schluß der Rechts-Lehrer billig, jedoch daß der Hertzog dargegen, und an statt der Paraphernalien, die Hertzogin mit nothdürfftigem Unterhalt zu versehen schuldig. Es ist auch nachgehends in dieser Sache ein Urthel zu Jena eingeholet, und die darinnen beniehmte Straffe von Hertzog Johann Casimirn in eine ewige Gefängniß verwandelt worden, worinnen auch die Fürstin in die 20. Jahr ihr Leben zugebracht. Neque jure Saxonico electorali aliud constitutum est. Nam, quæ in *Constit.* 21. *P.* 4. reperitur, vox germanica, **einbringen**, generalis est, ac ea omnia bona, quæ uxor marito, etiam quod ad usumfructum, adfert, scilicet paraphernalia, complectitur.

VII.

Maritus Saxo geradam uxoris, quam ea mortua ex lege, pacto vel statuto, lucraturus erat, etiam ex adulterio uxoris lucratur.

Post-

Postquam regulam in superioribus observationibus stabilivimus: quod, commisso adulterio, successio hereditaria ex parte conjugum quasi anticipetur, & innocens omnia, quæ superstes habuisset, consequatur; fluit inde sponte sua, maritum Saxonem uxoris adulteræ geradam, quam ex lege vel pacto post fata ejus habiturus fuisset, accipere, &, si jam possideat, retinere. Ita *Carpzovius P. 4. C. 21. def. 2. n. 7. 8.* & *Barthius* von der Gerade *cap. 5. §. 85. in fine.* Rem alio exemplo illustrabo: Vxor, quæ binas ex marito filias habebat, adulterii convincitur. Quærebatur, quid in gerada adulteræ juris esset? Responsum fuit, secundum *Constit. Elect. Sax.* 11. *P.* 3. bona omnia uxoris, quæ mobilia tantum erant, marito addicenda, deducta tamen pro filiabus tertia, tanquam legitima, sed in hanc geradam computari debere: Es wird zum Grunde gesetzet, daß ein ehebrecherisches Weib, als ob sie gestorben sey, geachtet werde, solchergestalt an Seiten des Ehemanns anticipata successio viventis sey, folglich es mit der Gerade ratione des Klägers eben also, als wenn die Beklagte jetzo gestorben wäre, gehalten werden müsse. Wie nun der Kläger, wenn die ehemalige Ehefrau gestorben wäre, die Gerade den Töchtern in das Pflichttheil eingerechnet hätte, so wird es nach der Ehescheidung auf gleiche Art gehalten.

VIII.

Conjux innocens donationes, sibi a conjuge adultero adulterave ante divortium factas, retinet & lucratur.

IX.

Eas vero, quas ipse sive ante nuptias, sive post nuptias fecit, revocat.

X.

Maritus utenſilia, quæ durante matrimonio comparat, ac uxori utenda & cuſtodienda ſine donationis mentione dat, donare non cenſetur, itaque ſoluto matrimonio ſimpliciter vindicat.

Videamus porro de donationibus, quæ ante divortium inter conjuges factæ ſunt. Equidem de his leges ſat claras, nempe *L.* 32. §. 10. 11. 12. 13. *L.* 35. *L.* 64. *de Donat. inter virum & uxorem*, habere videmur. At eæ leges de divortio apud Romanos nondum chriſtianos uſitato, quod ſecundum alleg. *L.* 32. §. 10. plerumque bona utriusque conjugis gratia aut etiam ex ira animi & offenſa ob leviores cauſſas fiebat, agunt, atque adeo ad divortium, lege Chriſti & jure canonico in aliam plane formam redactum, trahi nequeunt. Ergo iſtæ leges utiles nobis hic non ſunt, ſed ex aliis principiis quæſtionem decidi oportet. Ita ſcilicet tenendum eſt: Eæ donationes, quas adulter adulterave conjugi innocenti fecit, ratæ ſunt, & a conjuge innocente juſte retinentur, arg. *c.* 4. *X. de Donationibus inter vir. & uxor.* Convenit hoc optime theſi ſupra memoratæ: quod pars adultera pro mortua reputetur. At mors donantis conjugis firmat donationem, *L.* 24. *C. de Donat. inter vir. & uxor. Novella* 161. *cap.* 1. Quod autem ad eas donationes, quas innocens olim in nocentem contulit, attinet, hæ omnes ex capite ingratitudinis revocantur. Objicies forſan, adulterium inter cauſſas ingratitudinis, quas *lex ult. C. de Revocandis donationibus* recenſet, non reperiri, judicem vero alias, quam quæ hac lege præſcribantur, cauſſas ingratitudinis facere non poſſe. Hæc certe *Carpzovii in P.* 2. *C.* 12. *def.* 31. ſententia eſt, quam præter leges ab ipſo memoratas etiam *lex* 9. *C. de Revoc. donat.* verbis: *Ex cauſſis, quæ legibus*

gibus continentur, *fuisse constabit ingratam;* fulcire videtur. Non refellam hanc Carpzovii doctrinam, quamvis id a *Bachovio ad Treutlerum Vol. II. disp.* 19. *th.* 7. *lit. D.* & plerisque JCtis fieri animadvertam, sed accedam ad illam tantisper, dicamque, duas caussas ex illis, quas citata *lex ult.* ponit, huc pertinere. Primum atroces injuriæ in hac *L. ult.* admittuntur. Quæ vero potest atrocior injuria conjugi fieri, quam per adulterium conjugis? Captabit quis forsan vocem: *effundat;* quæ in *L. ult.* habetur, atque atroces injurias ad solas verbales restringet. Sed hunc ego ad *C. ult. X de Donationibus*, quod *legem ult. C. de Revocandis donationibus* explicat, & ad verba ejus clara: *Atroces injurias inferre præsumserit;* ablego. Ridiculus fuisset Justinianus, si injurias atroces verbis factas inter caussas ingratitudinis collocans, facto ipso illatas, longe atrociores, excludere voluisset. Deinde quidquid conjux sponsusve donat, pro fide conjugali firmanda donat. Si ergo hanc fallat infringatque is, qui liberalitatem accepit, conventionem, tacite donationi adjectam, non implet, atque ex hac quoque caussa revocationi locum facit. Sed, si etiam *legem ult. C. de Revocandis donationibus* non haberemus, habemus alias longe clariores. Et de iis quidem donationibus, quæ ante matrimonium consummatum inter desponsatas personas fiunt, in *L.* 8. §. 5. *C. de Repudiis*, *Novella* 22. *cap.* 15. §. 2. *Novella* 117. *cap.* 8. §. 2. apertissime constituitur, quod propter adulterium commissum amittantur. Eæ vero donationes, quæ in ipso matrimonio inter conjuges factæ sunt, soluto matrimonio, vel præmoriente eo, in quem collatæ fuerunt, irritæ efficiuntur, *C.* 8. *X. de Donat. inter vir. & ux.* Solvitur autem sine dubio matrimonium divortio, & præmori censetur conjux adulter adulterave, secundum ea, quæ sæpius di-

ximus. Materiam hanc exemplo illustrabo: Civis quidam, negotiator locuples, uxori suæ sponsus adhuc ornamenta magni pretii donarat, postea, factis nuptiis, multa alia egregia dona adjicit, inprimis autem utensilia plurima, vestem, lintea, lectos, supellectilem, vasa argentea, horologia, & alia, ut fieri solet, compararat, uxorique simpliciter, nulla donationis mentione adjecta, tradit. Comperta deinde ejusdem perfidia, ad divortium agit, ac donata ista dataque, quæ uxor adultera adhuc possidebat, repetit. Detrectat adultera restitutionem, ac exceptionem donationis opponit. Consultus privatim, donationes ex rationibus supra allatis juste revocari, respondi; in istis vero rebus, quæ sine mentione donationis datæ essent, simpliciter rei vindicationem locum habere, adjeci. Lintea enim, vestes, ornamenta, & alia omnia, quæ maritus uxori comparat, non donare, sed saltem utenda & custodienda dare censetur, quemadmodum JCti Vitembergenses apud illustrem *Wernherum in Dissertat. qua errores fori circa bona utensilia uxori a marito tradita emendantur*, responderunt, & ipse in *Specim. CCCXII. de Donationibus inter virum & uxorem medit.* 3. ostendi. Adjiciam responsi verba: Es erlöschen alle Schenckungen zwischen Ehegatten, nach klarer Vorschrift der Rechte *in cap. 8. X. de Donat. inter vir. & uxor.* so wohl soluto matrimonio, als durch den Tod dessen, welchem solche geschehen, ipso jure, und fallen an den Donatorem zurücke. Da nun so wohl die Ehe aufgehoben, alß die Beklagte pro mortua geachtet wird, so muß ja Kläger nothwendig seine Schenckungen zurücke nehmen. Sonsten könte auch noch obiter mit erinnert werden, daß diejenige Sachen, welche Kläger in stehender Ehe angeschaffet, und seinem damahligem Weibe zum Gebrauche ohne ausdrückliche Schenckung übergeben, niemalen derselben

Eigenthum oder Gerade-Stücken geworden, sondern dem Donatori verblieben. Dieses ist der analogiæ juris gemäß, wie ich in meinen *Meditationen ad ff. Specim.* 312. *de Donation. inter virum & uxorem, medit.* 3. deutlich gezeiget, und der Herr Reichs-Hof-Rath von Wernher in seiner daselbst allegirten Disputation noch weitläufftiger ausgeführet, auch nach solcher Meynung in unserm Collegio täglich gesprochen wird. Folglich werden solche angeschaffte Stükke weder zur Gerade, noch zu den Schenckungen gerechnet. Mit den vor der Ehe gethanen Schenckungen hat es wenigern Zweifel. Diese behält der Ehe-Mann per leges expressas.

XI.

Conjux innocens dotem vel donationem propter nuptias, post commissum adulterium constitutas, non lucratur.

Rem, quæ in facto contigit, narrabo: Maritus, qui in pactis dotalibus donationem propter nuptias non constituerat, adulterio se polluit, eoque perpetrato, ab uxore dotem accipit, eique vicissim donationem propter nuptias facit. Aperto flagitio, uxor divortium poscit & obtinet, repetit quoque dotem & consequitur, exigit denique donationem propter nuptias, sed repellitur a judice. Repulsa appellat, urgetque inprimis, in *Novella* 117. *C.* 8. §. 2. & *Nov.* 134. *C.* 10. uxori, cujus maritus adulterium commiserit, donationem propter nuptias simpliciter addici. Verum JCti Vitembergenses, ad quos acta ex Consistorio Magdeburgico mense Februario anni cIɔ Iɔ CCXXXII. mittebantur, confirmarunt sententiam. Scilicet in pœnalibus benignius interpretandum est,

*L.*155.

L. 155. §. 1. *de Regulis juris, cap.* 49. *eodem in* 6. Perdunt propter adulterium uxor dotem, maritus donationem propter nuptias. Oportet ergo jam in rerum natura esse, quod perdunt. Ad hoc, quod postea demum existere cepit, delictum antea commissum extendi nequit. Rationes decidendi JCtorum Vitembergensium sequentes erant: **Weil, was das Gegenvermächtniß betrift, Beklagter solches erst nach der Zeit, da er bereits die Ehe gebrochen gehabt, bestellet, auch durch der Klägerin Saumseligkeit in Bezahlung der versprochenen Ehe-Gelder eher zu bestellen verhindert worden, und nach Bestellung des Gegenvermächtnisses den Ehebruch, so weit es die Acten geben, nicht fortgesetzet, also die Strafe nach der Zeit des begangenen Verbrechens und nicht nach der folgenden einzurichten, nachdem zumal ex fol. 22. Actorum sub C. daß Klägerin bey Annehmung des Gegen-Vermächtnisses von dem begangenen Ehebruche schon wahrscheinliche Vermuthung gehabt, nicht undeutlich hervor scheinet; So ist der Abschied nothwendig zu bestätigen gewesen.**

XII.

Conjux adulter actionem rerum amotarum non amittit.

XIII.

Exceptione tamen rerum amotarum opposita restitutionem dotis non morari;

XIV.

Sed restituere prius dotem ac deinde res amotas repetere debet.

In

In eadem, quam modo memoravi, caussa maritus adulter ab uxore viciſſim res, conſtante matrimonio amotas, repetebat. Et judicarunt JCti Vitembergenſes: Es mag Klägerin, die ihrem Manne gehörige und in ihren Nutzen heimlich verwandte Gelder wieder zu bezahlen und auf den ihr darüber deferirten Eyd sich zu erklären, sich nicht entbrechen, da der Vorwand, daß sie durch diese Wiederklage an Zurückerhaltung ihrer Mitgift gehindert werde, durch die fol. 134. 138. und 145. befindliche Verordnungen abgelehnet ist. Rectiſſime, ut puto. Habuerunt ſcilicet JCti in judicando ante oculos iſta *legis un.* §. 5. *C. de Rei uxoriæ actione* verba: *Nec retentio ob res amotas neceſſaria eſt, quum pateat omnibus maritis rerum amotarum judicium.* Hic conjugibus, ſoluto quoque matrimonio, permittitur rerum amotarum judicium, ac interdicitur ſaltem ſub hoc prætextu retentio. Atque hoc ipſum providerat jam ante Conſiſtorium Magdeburgenſe, & marito, ut confeſtim dotem redderet, ſub mulctæ comminatione præceperat.

XV.

Conjux adulter jus agendi ex contractibus & pactis, quibus donatio nulla ineſt, non amittit.

XVI.

Inde tamen jus retentionis non conſequitur.

Diximus in meditatione IX. donationes, quas innocens conjux ante divortium in nocentem contulit, per adulterium irritas fieri, adeoque, ſi traditio nondum acceſſerit, exigi non poſſe. Cujus rei potiſſima ratio eſt, quod jura tam Romana, quam priſca Germanica in *Spec. Sax. lib.* I. *art.* 31. donationes inter conjuges vetent, atque accedente ſaltem donantis ſine revocatione morte robur accipere ſinant. Iſta vero ratio in aliis con-

contractibus & pactis cessat; quippe quæ, quatenus nulla in iis donatio latet, valent, *L. 5. §. 5. l. 52. pr. de Donat inter vir. & uxorem.* Quum itaque maritus adulter contra uxorem condictionem ex mutuo institueret, ab eademque dimidiam sumtuum in nuptias impensorum partem ex pacto peteret, JCti Vitembergenses mense Februario anni cIↄ Iↄ CCXXXII. responderunt: **Es mag sich Klägerin, die vor der Hochzeit von ihrem Manne entlehnte Gelder wieder zu bezahlen, und ihrem Versprechen in Ubernehmung der halben Hochzeit-Kosten nachzukommen, nicht entbrechen.** Additum tamen iterum fuit, nec sub hoc prætextu retentionem dotis exerceri posse; quæ res dubium non habet, quum generaliter retentio cesset, ubi nulla inter debita est connexio, *L. 5. C. In quibus caussis pignus, L. ult. C. Commodati.* Vide *Specimen CLXXV. de Retentione, medit. 5.*

XVII.

Maritus adulter non dotem solum, sed fructus etiam & usuras dotis, uxori restituere cogitur.

XVIII.

Fructus hi & usuræ ex eo die, quo maritus onera matrimonii ferre desiit, debentur.

XIX.

Matrimonium per adulterium facto ipso solvitur.

XX.

Igitur sententia divortii non tam solvit matrimonium, quam, solutum olim fuisse, declarat.

Uxor quædam, comperto mariti adulterio, domum ejus relinquit, ad consanguineos suos divertit, maritum in judicium trahit, adulterii accusat, convincit etiam, & post aliquot annorum judicium victricem sententiam, qua divortium decerni-

nitur, & reus ad dotem, quæ in pecunia numerata consistebat, restituendam damnatur, reportat. Illa vero, hac victoria non contenta, appellat, & inprimis, usuras dotis sibi adjudicatas non fuisse, queritur. Respondet maritus, non habere eam, de quo queratur, usuras nunquam deberi, nisi vel ex promissione, vel mora, vel lege, præter hos tres obligationis ad usuras fontes nullum dari, quod & in *Specimine CCXLIV. de Fontibus obligationis ad usuras medit.* 1. ostendi, se vero neque usuras unquam promisisse, neque in mora esse, neque legem, quæ usurarum solutionem sibi imponat, nosse, quin potius leges uxoris suæ petitionibus obsistere, nam in *L. un.* §. 7. *C. de Rei uxoria actione* maritum ad dotem, in rebus mobilibus consistentem, intra annum, ex quo solutum sit matrimonium, restituendam obligari, hunc annum ex die, quo decretum sit divortium, ne quidem adhuc præteriisse, ergo se nondum ad dotem reddendam, nedum ad usuras solvendas, cogi posse. Speciosa hæc erant, fateor. Sed JCti tamen Vitembergenses, iis non attentis, mense Februario, anni cIↄ Iↄ CCXXXII. suppleverunt, quod deerat priori sententiæ, ac condemnationem in usuras ex tempore, quo uxor a marito diverterat, adjecerunt. Dos scilicet ob hoc solum constituitur, ut ex fructibus ejus onera matrimonii sustententur, *L. 76. de Jure dotium.* Cessantibus ergo matrimonii oneribus, quorum præcipuum est alimentum uxoris, cessat omne mariti jus in dotem & fructus ejus. Deinde errabat reus manifeste in eo, quod matrimonium demum per sententiam divortii solutum crederet. Solutum illud fuerat confestim, fracta ab ipso per commissum adulterium conjugali fide. Desierat eo momento mariti jura habere. Quæ vero, interjectis aliquot annis, lata fuerat, divortii sententia, non tam solvebat matrimonium, quam, solutum jam olim fuisse,

 de-

declarabat. Itaque ſic nomine Regis Pruſſiæ judicatum fuit: Nunmehr aus den Acten und der Partheyen rechtlichem Einbringen ſo viel zu befinden, daß Beklagter die 200. Reichsthaler Ehe-Gelder von Zeit der erhobenen Klage bis zu deren Wiederbezahlung mit 5. pro Cent zu verzinſen ſchuldig. V. R. W. Rat. Decid. Dieweil Klägerin, wie Beklagter ſelbſt geſtehet, nach erfahrnem Ehebruche von ihm gegangen, und weiter nicht alimentiret worden, alſo von ſolcher Zeit, da dieſer die onera matrimonii nicht mehr getragen, und ſie ſich ſelbſt ernähren müſſen, auch die Nutzung ihrer Mitgift fordern kan; So iſt in dieſem Punckte voriger Abſchied billig erläutert worden.

XXI.

Maritus adulter uxori paraphernalia quoque bona reſtituere,

XXII.

Ac, ſi uxor id poſcit, juratus indicare cogitur.

Leges Romanæ, quæ maritum ſoluto matrimonio dotem reddere jubent, nihil tamen de bonis paraphernalibus addunt. Itaque in ea, quam in præcedentibus commemoravimus, ſententia judex maritum adulterum ſaltem ad dotem reddendam damnarat, omiſſa paraphernorum mentione, legum, ut videbatur, ſilentium imitatus. Conquerebatur igitur ex hoc etiam capite uxor, & juſte, ut JCtis Vitembergenſibus viſum eſt. Nam quod leges Romanæ de reſtitutione paraphernorum ſoluto matrimonio non agunt, hoc inde eſt, quoniam uxor jure Romano plenum paraphernalium rerum dominium retinet, perfecteque de iis diſponit, ac maritum quoque, ne illarum adminiſtrationi ſeſe immiſceat, prohibet, *L. 8. C. de Pact. conventis.* At enim vero univerſali Germaniæ conſuetudine, quemadmodum in

in *Specimine CCCII. de Discrimine bonorum uxoriorum medit.* 10. & 12. ostendi, a jure Romano hac in parte receditur, atque maritus & administrationem & usumfructum bonorum paraphernalium habet, ac uxorem, ne huic administrationi sese immisceat, prohibet. Obligatus itaque est ad eorum restitutionem jure Germanico. Quin imo ipsæ leges Romanæ tunc, quum uxor consentit, marito administrationem paraphernorum permittunt, *L. 9. §. 3. de Jure dotium*, *L. 31. §. 1. de Donat.* eundemque uxori heredibusve ejus rationes administrationis suæ reddere, *L. 95. pr. ad Legem Falcid.* & omnia, quæ ipsi ex administratione obvenerunt, restituere jubent, *L. ult. C. de Pactis conventis.* Quisquis vero aliena negotia & res administrat, ad edendum inventarium, vel juratam, quam vocant, specificationem, obligatur. Vide *Specim. LV. de Negotiis gestis, med.* 4. Objiciebat quidem adhuc maritus, usumfructum, quem jura Germanica sibi in paraphernis tribuant, non nisi morte sua perire. At enim vero ille ususfructus, qui alicui ob certam caussam ac conditionem competit, sublata caussa & conditione exspirat, §. 2. *I. per quas personas cuique adquiritur*, *L. 12. C. de Vsufructu.* Quamobrem ordo JCtorum Vitembergensium sic judicavit: Nunmehr aus den Acten und der Partheyen rechtlichem Einbringen so viel zu befinden, daß Beklagter dasjenige, was er sonst währender Ehe der Klägerin halber eingehoben, vermittelst Eydes anzuzeigen und heraus zu geben, und alle Schäden, welche sie, durch ihn erlitten zu haben, binnen 4. Wochen bescheinigen wird, zu erstatten schuldig. V. R. W. Rat. Decid. Dieweil Beklagter aus seinem Verbrechen kein lucrum ziehen, noch die von seiner gewesenen Ehe-Frauen über die Mitgift zugebrachte Sachen behalten kan, sondern solche mittelst eines ihm abgeforderten eydlichen Verzeichnisses heraus geben,

auch alle durch seinen Ehebruch der Klägerin zugefügte Schäden, wenn selbige binnen gesetzter Frist beygebracht werden, erstatten muß; So ist in diesem Punckte voriger Abschied billig erläutert worden.

XXIII.

Maritus uxoris, de cujus adulterio saltem ex evidentissimis præsumtionibus constat, dotem etiam lucratur.

Ad illustrandam hanc thesin præmittenda est species, quam habet *Mynsingerus*, JCtus eximius, in *Responso I. Decadis I.* Vxor nobilis marito extrajudicialiter confessa erat, sese cum famulo adulterium commisisse, at deinde hanc confessionem, quamvis aliquoties repetitam, tamen tanquam vi metuque extortam revocarat, ut adeo illa plenam probationem facere non videretur. Accedebat vero præter istam confessionem, quod sex testes sæpenumero ream & famulum diversis locis & temporibus convenire, osculari, contrectare sese, amplexari, & similia ad venerem præludia exercere, duo alii testes, ream & famulum in sylva sub tegmine solos, dimissis & ablegatis testibus, mansisse, eandem ream nudam cum famulo pariter nudo in eodem balneo lavisse, viderant, porro famulus mane ex cubiculo dominæ exsilire visus, item annulus reæ in ejus loculo repertus fuerat, &c. Quærebatur itaque, an propter tam evidentes has conjecturas ac præsumtiones maritus dotem lucraretur. Ait *Mynsingerus loco allegato*, cui & nos accedimus. Ad civilem enim adulterii persecutionem, cui & lucrum dotis inest, non requiritur plena probatio, sed sufficit, adesse graves conjecturas, imo de attentato solum constare, *cap.* 27. *X. de Testibus*, *cap.* 12. *X. de Præsumtionibus*, *Novella* 117. *c.* 8. Confer. *Specimen DLXXVII. Quousque adulterium per conjecturas probetur*, *med.* 1.

XXIV.

XXIV.

Conjux innocens conjugis adulteri adulteræve bona lucratur, tametsi hi non plene convicti, sed saltem ob contumaciam pro confessis & convictis declarati fuerint.

Interpretes nonnulli, ut adulteris patrocinentur, ac legem, quæ bona eorum innocenti conjugi addicit, eludant, cautionem suggerunt, improbam quidem, sed tamen illis, ut putant, salutarem. Consulunt nempe adultero adulteræve, a conjuge innocente accusatis, siquidem se condemnationem effugere non posse animadvertant, ut legitime in jus vocati non compareant, sed per contumaciam, se pro confessis & convictis declarari, sinant. Hæc ficta, inquiunt, confessio, etsi ad divortium decernendum sufficiat, accusatorem tamen vel accusatricem decipiet, ac spem bonorum, quam conceperunt, frustrabitur, quum pœnalia, tanquam odiosa, stricte sint interpretanda. Mirificum prorsus consilium ac simile ejus, quo olim rei criminum capitalium, ne bona sua confiscarentur, sibi ante sententiam mortem consciscebant, novoque crimine meritam pœnam declinabant, *L. 3. de Bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi consciverunt.* Sed vana est cautio, & justitiæ regulis contraria, atque adeo a JCtis Vitembergensibus merito reprobata, qui anno cIɔ Iɔ CCXXXVII. sic responderunt: Nunmehr aus den Acten und derer Partheyen rechtlichem Einbringen so viel zu befinden, daß, was die von Beklagter eingebrachte Dotem und Paraphernalia betrift, Klägers Suchen disfalls vor unstatthaft nicht, sondern jene des Klägern zugebrachten Ehe-Geldes und übrigen sämtlichen Einbringens vor verlustig zu achten. V. R. W. Rat. Dec. Ob wol scheinen möchte, daß voriges Urthel schlechterdings confirmiret werden sollen, da alle pœnalia stricte zu interpretiren

ren sind, und Beklagte eines würcklich begangenen Ehebruches nicht überführet, noch disfalls bey der wider sie anhängigen Inquisition condemniret worden, hierüber, daß die Sächsische Rechte von der pœna amittendæ dotis & reliquorum propter commissum adulterium abgehen, aus dem textu des Land-R. L. 1. Art. 5. ein Weib mag ꝛc. nicht undeutlich scheinen will, immassen daselbst mit ausgedruckten Worten zu befinden: **Ein Weib mag mit Unkeuschheit ihres Leibes ihre weiblige Ehre krencken, ihr Recht verleust sie aber damit nicht, noch ihr Erbe;** D. a. u. d. die Acta gar klar besagen, daß Kläger den Grund der Klage mit ausgedrückten Worten darauf gesetzet hat, daß Beklagte mit denen daselbst specificirten und andern Manns-Personen Ehebruch getrieben, sie auch ob contumaciam in dem Urthel fol. 168. pro confessa & convicta Rechts-kräftig geachtet worden, mithin einerley ist, ob sie das, so in der Klage angegeben, selbst eingeräumet, oder ob solches propter contumaciam vor geschehen erkannt worden, immassen denn denen Rechten nach verum atque fictum einerley Effect nach sich ziehen, besonders da gegenwärtig bloß de caussa civili gehandelt wird, gestalt die gröste Unbilligkeit seyn würde, wenn man einer ehebrecherischen Frauen, durch ihren Ungehorsam, als ein neues Delictum, ihre Condition zu verbessern, sich von der in den Rechten gesetzten Strafe zu befreyen, und den Ehe-Mann um dasjenige, was ihm die Rechte zu einiger Satisfaction der erlittenen groben Beleidigung zusprechen, hinterlistig zu bringen, verstattete, hiernächst dasjenige, so oben aus denen gemeinen Sächsischen Rechten des Land-Rechtes angeführet worden, keines weges von dem Falle, wenn ein Ehe-Weib Zeit-währenden Ehestandes an ihrem Ehe-Manne untreu wird, und Ehebruch begehet, wie es mit Wiedererstattung ihres Ehe-Geldes und anderen Einbringen gehalten werden

soll,

soll, handelt, sondern, wie ex antecedentibus klar erhellet, bloß von der Successione bey derer Ascendenten Verlassenschaft, und ob eine Weibes-Person durch Unkeuschheit ihres Leibes sich ihres Rechtes an solcher Verlassenschaft verlustig mache, redet; So ist 2c.

XXV.

Maritus uxoris adulteræ, quam impudice vivere, tempore nuptiarum sciebat, dotem non lucratur.

Sero, Vlpianus in *L.* 13. §. 10. *Ad legem Juliam de Adulteriis* ait, *maritus accusat mores, quos uxorem ducendo probavit.* Probo igitur judicium C. Marii, qui apud *Valerium Maximum lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 3. & *Plutarchum in vita Marii*, quum C. Titinius Minturnensis Fanniam uxorem, quam impudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam, dote spoliare conaretur, sumtus inter eos judex, in conspectu habita quæstione, subductum Titinium monuit, ut incepto desisteret, ac mulieri dotem redderet. Quod quum sæpius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronunciare: mulierem impudicitiæ ream sestertio nummo, Titinium summa totius dotis damnavit: præfatus, idcirco se hunc judicandi modum secutum, quod liqueret sibi, Titinium, patrimonio Fanniæ insidias struentem, impudicæ conjugium expetisse.

XXVI.

Mariti, adulterio uxoris læsi, heredes, si vivus ille conquestus non est, uxorem adulteram dote, aut, quam loco dotis petit, portione statutaria, privare non possunt.

Actiones pœnales, nisi lis cum defuncto contestata fuerit, ad heredes non transire, ex §. 3. *in fine I. de Oblig. quæ quasi ex delicto nasc. L.* 38. *de Reg. jur. L.* 28. *de Injuriis*, aliisque pluribus con-

constat. Idem ergo in actionibus civilibus, quæ ex adulterio nascuntur, locum habet. Pertinet huc responsum Jureconsultorum Vitembergensium hoc ipso anno cIɔ Iɔ CCXXXV. exaratum: Daß Beklagte, ihres Vorwendens ungeachtet, der Klägerin den ihr aus ihres Mannes Verlassenschaft und den nach dessen Tode daraus gehobenen Nutzungen, auch eingelaufenen Wittwen-Geldern und andern Einkünften, zustehenden Antheil, mittelst eines richtigen Inventarii oder eydlichen Verzeichnisses auszuantworten schuldig. Die beyderseits verursachte Unkosten werden gegen einander aufgehoben. V. R. W. Rat. Dec. Es ist bey diesem Processe die Frage: Ob Klägerin in Ansehen des starcken wider sie vorhandenen Verdachts, als ob sie bey ihres Mannes Lebzeiten mit Christoph Schoppen Ehebruch getrieben, von seiner Verlassenschaft, oder der ihr zustehenden Portione statutaria, welche sie statt des eingebrachten Guthes fodert, ausgeschlossen werden könne? Ob nun gleich der Ehebruch, wenn daraus nicht auf eine Leib- und Lebens-Strafe, sondern nur civiliter auf die Ehe-Scheidung und den Verlust der Mitgift, oder der statt der Mitgift geforderten statutarischen Portion, geklaget wird, auch durch starcke und sehr wahrscheinliche Vermuthungen bewiesen werden kan, und ein ungezweifeltes Corpus delicti eben nicht nöthig ist, *cap. 12. X. de Præsumtionib. cap. 27 X. de Testibus, Stryk. de Dissens. Spons. Sect. 5. §. 13. Bergerus in Oeconomia juris p. 120. & 128. n. 2. Leyser in Med. ad ff. Specim. 313. de Divortio ob adulterium, medit. 1.* immassen dieses insonderheit, daß eine Frau sich durch ein præsumtum adulterium ihrer Mitgift und statutarischen portion verlustig mache, gar weitläuftig von *Mynsingero in Responso* 1. *num.* 37. und *Bocero de Adulterio cap. 4. n. 13. seqq.* behauptet wird, und denn der aus den Inquisitions-Acten beygefügte Extract über alle Maassen starcke Anzeigungen

eines

eines von der Klägerin begangenen Ehebruchs zu Tage leget, da so gar Christoph Schoppe solchen begangen zu haben eingestanden, und deshalb bestrafet worden; Alldieweil aber der Verlust des Dotis oder der an dessen Stelle tretenden statutarischen Portion nur ein Accessorium und Folge der vorher gegangenen Ehe-Scheidung ist, gestalt dieses, daß die Ehe-Scheidung, oder wenigstens Absonderung, vorher gegangen, und keine Reconciliatio erfolget seyn müsse, in den Rechten, nemlich in *cap. 4. X. de Donationibus inter virum & uxorem*, ausdrücklich erfordert wird, gleichwol in gegenwärtigem Falle weder eine Ehe-Scheidung noch Sonderung jemalen geschehen, noch der Ehe-Mann, so lange er gelebet, einen Widerwillen gegen seine Frau blicken lassen, viel mehr aus seinem Absterben bekannter massen eine stillschweigende Remission alles ihm von seiner Frauen bey Lebzeiten angethanen Unrechts vermuthet wird, und diejenige Actiones oder Exceptiones, welche auf Rache abzielen, nach des Verstorbenen Tode von den Erben nicht angestellet noch vorgeschützet werden mögen; So ist nach Inhalt unsers Urthels billig erkannt worden.

COROLLARIA.

I. Regula, quod matrimonium adulterio solvatur, in favorem conjugis innocentis sine dubio facta est, nec in odium ejus vergere debet. Ergo si conjux innocens eam sibi nocere animadvertit, poterit hoc beneficio non uti. Fac itaque in iis terris, in quibus communio bonorum inter conjuges recepta est, ita, ut soluto matrimonio omnia æqualiter in duas partes dividantur, adulterium committi. Liberum ibi est conjugi innocenti, divisionem poscere, vel, si hanc sibi nocere animadvertat, omnia in statu, in quo constante matrimonio fuerunt, relinquere.

 II. Sen-

II. Sententia ex *Mullero* ſupra in obſervatione ſexta relata, quæ Duci, dotem non ſolum, ſed etiam paraphernalia uxoris adulteræ lucranti, ut eam aleret, imponebat, multum æquitatis habet. Jus quidem Romanum de hac alendi neceſſitate nihil diſponit, quum nec hoc jure maritus uxoris, adulterio ſe polluentis, bona paraphernalia lucretur. At enim vero quum hæc res jure Germanico, uti ſupra oſtenſum fuit, ſecus ſe habeat, ſimul marito adulteram omni patrimonio ſpoliatam alendi neceſſitas incumbit, ne alioquin reſpublica inde ſentiat incommodum.

III. Conjux innocens ex bonis, quæ lucratur, liberis legitimam, ſi eam aliunde non habent, ſed tamen poſt mortem demum partis adulteræ, ſolvere vel ſupplere debet. Sic JCti Vitembergenſes anno cIↃ IↃ CCXXXVII reſponderunt: Kläger iſt, wenn Beklagte künftig mit Tode abgehen wird, Intervenienten dasjenige, ſo ſie zu ihrem Pflicht-Theile aus dem übrigen Vermögen ihrer Mutter zu erlangen nicht vermögen, von den Ehe-Geldern und Einbringen abzuſtatten ſchuldig. V. R. W. Rat. Dec. Ob wol Beklagte aus der erſten Ehe leibliche Kinder hat, welche als Intervenienten bey dieſer Sache ſich anjetzo mit gemeldet haben, und daß ihnen, was in der *Novell.* 117. *Cap.* 8. §. 2. ingleichen in der *Novell.* 134. *Cap.* 10. §. 2. geordnet, zu ſtatten kommen müſſe, es das Anſehen gewinnen will; Alldieweil aber dasjenige, was in denen ob angezogenen beyden Novellen der Kinder halben verordnet, auf die Sächſiſche Lande dahero nicht füglich appliciret werden mag, da bekannt iſt, daß daſelbſt das Jus commune bloß in ſubſidium, und in ſo weit es denen moribus und legibus Saxonicis nicht zuwider, recipiret worden, nach letztern aber maritus uxoris heres mobiliaris iſt, mithin der ein-

eingebrachte dos und andere bona paraphernalia, welche in mobilibus bestehen, dem Ehe-Manne alleine gebühren, und er bloß, wenn die Kinder künftig aus andern hinterlassenen bonis ihre legitimam gantz oder zum Theil nicht erlangen mögen, solche aus denen ihnen zufallenden mobilibus denenselben abzustatten oder zu erfüllen verbunden ist, hierwider nichts thun mag, daß Beklagte noch nicht mit Tode abgegangen, sondern am Leben ist, angesehen sie des ihr beygemessenen adulterii halber pro confessa & convicta geachtet, und die Ehe vor aufgelöset und getrennet geachtet worden, sie auch das disfalls gesprochene Urthel auf ihrer Seiten Rechts-kräftig werden lassen, solches aber Klägern, als parti innocenti, an seinem einmal erlangten Rechte, und denen ihm zustehenden Nutzungen und Mobiliar-Succession keinesweges præjudiciren, noch Beklagte aus ihrem facto illicito ein lucrum erlangen mag, da zumal bekannten Rechtens ist, daß die Ehe bloß in favorem partis innocentis vor getrennet geachtet wird, die übrige effectus matrimonii aber, so favorem innocentis concerniren, keinesweges aufgehoben sind, dahingegen mehr gedachter Beklagten Kinder noch zur Zeit, und so lange jene noch am Leben sich befindet, legitimam zu prætendiren nicht befugt sind, da das Pflicht-Theil ein pars hereditatis, viventis aber nulla hereditas, anbey auch noch ungewiß ist, ob sie ihre Mutter überleben möchten; So ist von uns gesprochener massen billig erkannt worden.

SPECIMEN DLXXX.

AD LIB. XLVIII. TIT. V.

ADVLTERII POENAM EX DVABVS SALTEM CAVSSIS MITIGARI POSSE

PVBLICE DEFENSVM
A
CHRISTIANO FRIDER. DOERINGIO
TORGAVIENSI MISNICO
VII. CAL. MART. ANNI cIↃ IↃ CCXXXVI.

I.

Facilitas magistratuum & JCtorum, in excogitandis caussis, pœnam adulterii mitigantibus, legem de ultimo supplicio adulteris irrogando hucusque inutilem fecit.

II.

Duo saltem sunt legitimæ caussæ, pœnam adulterii mitigantes, singularis infirmitas humana, & favor conjugis innocentis.

III.

Princeps tamen ad has caussas non est alligatus, sed pœnam adulterii sine omni caussa lenire, quin & plane gratiam facere potest.

De caussis, quæ magistratus movere possunt ac debent, ut adulterantibus mitiorem, quam leges constituerunt, pœnam infligant, acturi, ante omnia soliciti sumus de via, qua incedentes, summam, quæ in vulgaribus commenta-

tariis regnat, confusionem vitare, ac infinitas auctorum inter se de hoc argumento disputationes, communesque contra communes, quin & singulares opiniones in ordinem redigere queamus. Plerique ex his, qui ante nos hoc argumentum tractarunt, nullam sibi certam regulam fecerunt, sed, quas alii ante ipsos finxerant, caussas retinuerunt, novasque ipsi ex suo ingenio addiderunt. Inde factum est, ut multitudine istiusmodi caussarum laboremus, ac nunquam adulterantes ultimo supplicio puniri videamus, sicque regula exceptionibus obruatur & infirmetur. Et malum quidem hoc in aprico, sed remedium tamen difficillimum est, quum lege certa deficiamur, quæ officium judicis dirigat, certisque limitibus circumscribat. Ergo, suo arbitrio rem totam relictam esse, sibi persuadent. Ita vero lex Julia non dormit saltem, sed plane intermortua est. Vt igitur paulisper in vitam revocetur, effrenam illam interpretum licentiam coërcebimus, mentemque legum sequuti, caussas omnes, ob quas pœna adulterii mitiganda sit, certis classibus regulisque complectemur. Paucissimæ brevissimæque hæ erunt. Permittimus scilicet magistratibus, ordinariam adulterii pœnam lenire, quando vel 1) singularis infirmitatis humanæ ratio apparet, vel 2) favor matrimonii & conjugis innocentis concurrit. Præter has duas caussas aliam non admittimus, judicesque, qui novas sibi excogitant, mitiores lege esse, contendimus. Judices, inquam, quo nomine principem non comprehendimus. Is quippe, quemadmodum in *Specimine* 576, *quo, lenitatem in adulteriis reipublicæ nocere & prodesse, ostenditur; medit.* 19. dictum, adulteria sine omni caussa mitius punire, quin pœnam plane condonare potest. Sed & illud non negamus, communes istas ac generales caussas, ob quas omnium delictorum pœnæ temperantur, etiam ad adulterium trahi oportere. Quas com-

communes adulterio cum aliis delictis caussas, si non omnes, saltem præcipuas, infra enarrabimus.

IV.

Prima in puniendo adulterio lenitatis caussa est infirmitas humanæ naturæ,

V.

Quæ sola quidem excusationem non præbet, sed tunc demum, si quid præterea, quod eam auget, ac victoriam de affectu & cupidine difficiliorem reddit, accedit.

Prima & præcipua caussa, ob quam durissima adulterii pœna leniri potest, est singularis humanæ naturæ infirmitas. Hanc nobis caussam, si lex civilis deforet, recta ratio suggerit. Sed audiamus etiam legislatorem civilem. Ita nempe Justinianus in *Novella* 74. *cap.* 4. *pr.* (*) *Novimus*, inquit, *licet castitatis amatores simus, nostrisque subditis hæc sanciamus, nihil tamen furore amoris esse vehementius, quem cohibere accuratæ est philosophiæ, quæ admoneat & lascivientem atque inquietam concupiscentiam contineat.* Scio equidem, quæ huic infirmitati humanæ opponi soleant. Inter alios *Pufendorffius de Officio hominis & civis lib.* 1. *cap.* 1. *§.* 12: *Quodsi*, ait, *ejusmodi stimuli animum concutiant, quos nulla ratio, quo minus erumpant, reprimere potest: via tamen est, ut citra peccatum velut depleri queant.* Ipse tamen in præcedentibus fatetur, magnam in superanda ejusmodi inclinatione occurrere difficultatem, sed eam splendore laudis, quæ victorem maneat, pensari. Isti autem victoriæ laudique reportandæ multi impares sunt. Succumbentibus itaque, si non

(*) Nihil est corruptius hoc loco, quemadmodum is in *Gothofredi* editione legitur, ut sensum plane non habeat. Vsus ergo sum meliore longe *Jo. Friderici Hombergkii zu Vach* versione, quæ cum fonte suo græco accurate convenit.

non omnino ignoſcendum, ſaltem eatenus parcendum eſt, ut pœna leviore imbecillitatem ſuam luant. Quotiescunque igitur adulter adulterave præter communem naturæ humanæ infirmitatem aliquid allegare poteſt, quod infirmitatem hanc auxerit, ac difficiliorem de amore & cupidine victoriam reddiderit, ultimum ſupplicium ſine crudelitate irrogari non poteſt. Qua regula nunc ſtabilita, facile erit judici, eandem ad facta obvenientia applicare. Nos ſaltem more noſtro aliquot exempla ſubjiciemus.

VI.

Qui blanditiis ac illecebris ad adulterium committendum inducitur, mitius punitur.

VII.

Illecebræ hæ meretricius mos in jure appellantur, ac propterea adulterii crimen in uxore, aliis ſe proſtituente, ceſſare dicitur.

Auguſti in *L. 22. C. ad legem Juliam de Adulteriis*, adulterii crimen in ea, quæ paſſim venalem formam exhibet, ac proſtitutam meretricio more vulgo ſe præbet, ceſſare dicunt. Cujus legis rationem hanc communiter reddunt, quod iſtiusmodi proſtibulum jam tum primo adulterio commiſſo vinculum conjugale ruperit, ac matrimonium diſſolverit, atque adeo is, qui cum polluta jam ab aliis uxore concumbit, in ſtupri magis, quam adulterii, crimen incidat. Et admitti poteſt hæc ratio, etſi aliquantulum dubia ſit, quum matrimonii vinculum, licet protinus commiſſo adulterio ſolutum, tamen, accedente demum judicis ſuper divortio ſententia, pro diſſoluto reputetur. Subeſt vero alia, ac, ut mihi videtur, gravior ra-

ratio, quæ in ipſa lege claris verbis: *Meretricio more;* exprimitur. Norunt videlicet omnes, hunc eſſe inprimis meretricum morem, ut juvenes incautos blanditiis aliisque artibus irretiant, ac ad concumbendum pelliciant. Nemo hunc morem melius ac elegantius deſcripſit *Salomone in Proverbiis VII, 5. ſeqq.* Adpoſite Argyrippus apud *Plautum in Aſinaria actu* 1. *ſc.* 2. *v.* 7. meretrices *perlecebras*, *pernicies*, *adoleſcentum exitium* vocat. Quamvis autem & hi, qui talibus illecebris ſuccumbunt, peccent, peccant tamen excuſatius, ac non omnimodam, ſed aliquam ſaltem, veniam merentur. Vide *Carpzovium Quæſt. crim* 61. *n.* 58 *ſeqq.* & *Schœpfferum in Synopſi ff. lib.* 48. *tit.* 5. *n.* 53. Et ſic Scabini Vitembergenſes menſe Julio anni cIↄ Iↄ CCXXXIII. reſponderunt: **Hat Inquiſit Benedict vor dem Scharf-Richter, jedoch noch in der Güte, daß er mit Louiſen in ihrem ledigen Stande Hurerey getrieben, ſolche Unzucht auch nach ihrer Verehligung mit ihr fortgeſetzet, bekannt, und dieſes Bekänntniß nachgehends zu zweyen malen auſſer dem Orte der Peinlichkeit wiederhohlet; So wird er zwar in Anſehung, daß die Louiſe ihn gereitzet und verführet, überdis der Louiſen unzüchtiges Leben noch in ihrem ledigen Stande Inquiſiten auf gewiſſe Maaſſe zu ſtatten kommet, mit der Todes-Strafe verſchonet, gleichwol im Gefängniſſe ſcharf mit Ruthen gezüchtiget, und des Landes ewig verwieſen, auch, da er etwas in Vermögen hat, zu Bezahlung der durch ihn verurſachten Unkoſten angehalten.**

VIII.

Imperium domeſticum pœnam adulterii in famulis mercenariis mitigat.

Pro-

Proxima a blanditiis & illecebris caussa pœnam adulterii mitigandi est imperium domesticum. Equidem *lex 157. pr. de Regulis juris*, quæ servis delinquentibus, si dominis obtemperaverint, ignosci jubet; ad famulos nostros mercenarios, quorum lene jugum cum durissimo servorum Romanorum jugo comparari non debet, commode trahi nequit; trahitur vero eatenus, ut eis non ignoscatur quidem, pœna tamen mitior imponatur, cujus rei exemplum in *Specimine DXXXIV. de Concursu superioris & inferioris in delicto, medit. 5.* de furto attuli. Eadem & major ratio in adulterio subest. Accedit scilicet imbecillitas humana & furor amoris. Sic Scabini Vitembergenses de ancilla, adulterium ab hero passa, mense Septembri anni cIↄIↄ CCXXXVIII. judicarunt: **Daß Inquisitin des eingestandenen Ehebruchs halber, weil sie von ihrem Dienst-Herrn geschwängert worden, mithin durch das imperium domesticum in etwas entschuldiget wird, mit der ordentlichen Strafe des Staupen-Schlages zu verschonen, jedoch mit Ruthen im Gefängnisse zu züchtigen, und des Landes auf ewig zu verweisen, anbey 6. Thl. 6. Gr. Gerichts-Gebühren samt dem Verlage zu bezahlen schuldig.**

IX.

Conjux, cui conjugis alterius factum occasionem adulterandi dedit, mitius punitur.

X.

Lenocinium tamen alterius conjugis conjugi adulteranti, & sic ex conspiratione peccanti, non prodest.

Maritus, cujus uxor lenocinium faciebat, & prostibula domi suæ alebat, cum aliquo horum prostibulorum adul-

terium committit, atque accuſatur. Lex eum ad ultimum ſupplicium depoſcebat. Nec uxoris lenocinium ei prodeſſe videbatur, arg. *l*. 14. §. 1. *ad L. Juliam de Adulteriis*, ubi mulier, cui vir adulterum ſubjecerat, nihilominus adulterii crimine teneri dicitur. Lenocinium ſcilicet marito lenoni jus quidem accuſandi & divortium petendi adimit, *L*. 47. *Soluto matrimonio*, *L*. 28. *C. ad L. Jul. de Adult.* pœnam vero publicam nec tollit, nec minuit, *L*. 2. §. 4. *ſeqq. ad L. Juliam de Adult.* Similiter *Auguſtus*, *Elector Saxo*, *in Conſtit*. 29. *P*. 4: **Und die Perſon, ſo ſich zu ſolcher Schande verkuppeln läſſet, wo ſie ehelich, ſoll, wie oben von dem Ehebruche geſegt, geſtrafft werden.** Nolunt ergo legumlatores, lenocinium conjugis, in adulterium conſentientis, conjugi adulteranti prodeſſe. Juſtiſſime. Nam adulterii crimen mutua hac in lenocinium conſpiratione atrocius efficitur, ac novo crimine augetur. At in ea, quam dixi, ſpecie uxoris lenocinium cum mariti adulterio connexum non erat. Namque illa meretrices non marito, quem ſibi fidum eſſe cupiebat, ſed populo, a quo lucrum aucupabatur, alebat. Attamen maritus, cui proſtibula illa quotidie ob oculos verſabantur, hac illecebra tentatus ſuccubuerat, ac per ea, quæ in antecedente meditatione dixi, aliquam veniam merebatur. Sic itaque JCti Vitembergenſes menſe Martio anni cIↄ Iↄ CCXXXV. reſponderunt: Inquiſit **wird, in Anſehung, daß ſein Ehe-Weib durch Aufnehmung liederlicher Weibes-Bilder Gelegenheit zu dem Ehebruche gegeben, des Landes nur auf 2. Jahr verwieſen, oder ſtatt deſſen 8 Wochen mit Gefängniß beſtrafet, übrigens zu Abſtattung aller verurſachten Unkoſten angehalten.**

XI.

XI.

Denegatio debiti conjugalis pœnam adulterii mitigat.

XII.

Pro denegante habetur maritus, qui debitum hoc ſponte non offert, ſed uxorem intactam jacere ſinit.

Denegationem debiti conjugalis legitimam eſſe lenitatis erga adulteros cauſſam, nemo facile negabit. At hic aliquid inter utrumque ſexum intereſt. Vxor ſcilicet debitum denegaſſe non aliter dici poteſt, quam, ſi poſcenti marito reſtitit, moremque gerere recuſavit. Vt ſponte ſe obtulerit, neceſſe non eſt; quippe quod cum verecundia & pudore, præcipuo ſexus fœminini ornamento, pugnat. At maritale officium eſt, uxorem de debito conjugali exhibendo interpellare. Quod ni fecerit, quamvis uxor nihil popoſcerit, ille pro denegante reputabitur. Jam olim *Juvenalis in Satyra VI. n.* 474. *ſeqq.* crudelitatem matronarum Romanarum in domeſticos ſuos deſcribens, præcipuam cauſſam eſſe dicit:

- - Si nocte maritus
Averſus jacuit: periit libraria, ponunt
Coſmetæ tunicas, tarde veniſſe Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere ſomni
Cogitur; hic frangit ferulas; rubet ille flagello,
Hic ſcutica ſunt, quæ tortoribus annua præſtent;
Verberat, atque obiter faciem linit. - -

Quum ergo aliquando uxor adultera accuſanti marito exceptionem denegati debiti conjugalis objiceret, atque maritus, nunquam illam id efflagitaſſe, replicaret, Scabini Vitembergenſes ſic men-

mense Martio anni cIↃ IↃ CCXXXIII. responderunt: Hat Inquisitin, eine Ehe-Frau, in Güte bekannt, daß sie mit einem anderen, als ihrem Ehe-Manne, sich fleischlich vermischet, mithin Ehebruch getrieben. Ob nun wol der Ehe-Mann, daß er seit einigen Jahren ihr nicht ehelich beygewohnet, also nicht Vater zu dem letzt-gebohrnen Kinde seyn könne, endlich ausgesaget, demnach das Corpus delicti seine Richtigkeit zu haben scheinet, hiernächst eben dieser Ehe-Mann, wie nicht sowol er sich der Inquisitin, als Inquisitin selbst sich seiner geäussert, vorgiebt, anbey, ihr das begangene Verbrechen zu verzeihen und ihr ferner ehelich beyzuwohnen, sich weigert, folglich es das Ansehen gewinnet, ob müsse Inquisitin mit der auf die Ehebrecher gesetzten Todes-Strafe beleget werden. Alldieweil aber dieser Ehe-Mann, ohngeachtet er bey ihr in einer Kammer geschlafen, seinem eigenen Geständnisse nach, die Leistung der ehelichen Pflicht ihr nicht angemuthet, folglich durch solche Aufführung und schlechtes Bezeigen grosse Gelegenheit und Anlaß, daß Inquisitin, als ein junges Mensch, in den Ehebruch verfallen, gegeben, und selbst auf gewisse Maasse ihr das Debitum conjugale entzogen, welches durch des Land-Richter Eilenbergs endliche Aussage, und die von Inquisitin vor dem Consistorio geführte Reden: Gehet die Krippe zum Pferde, oder das Pferd zur Krippe? noch mehr bestärcket wird; So wird Inquisitin zwar mit der Todes-Strafe verschonet, jedoch gestalten Sachen nach, und da sie ohnedeß eines durch die gebrauchte Artzeneyen intendirten Abortus wegen sehr graviret ist, mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen, und zu Bezahlung aller Unkosten angehalten.

XIII.

Aversio animi, quae ab initio matrimonii adfuit, legitima est mitigandi poenam caussa.

XIV.

Metus reverentialis aliusque levior sponsalia quidem & nuptias non rescindit, adulterium tamen deinde commissum aliquantulum excusat.

In eadem, quam modo memoravi, specie uxor adultera etiam hac excusatione utebatur, se toto animo a marito aversam, non sponte, sed patris auctoritate inductam, ac invitam, in nuptias tandem consensisse. Et verum hoc esse, constabat ex actis. Quamvis vero Pontifex, aequo durior, in *c. 28. X. de Sponsalibus* in femina etiam, quae dissolutionem sponsaliorum ob metum petit, talem metum, qui in constantem virum cadere potuit, desideret, atque adeo solus metus reverentialis nuptias irritas non faciat, *L. 22. de Ritu nuptiarum*, vide *Carpzovium lib. 2. def. ecclesiast. 30. n. 16.* judicem tamen in infligenda adulterii poena ad misericordiam movere debet. Itaque JCti Vitembergenses in supra memorato responso hoc quoque inter rationes mitioris sententiae suae posuerunt: **Daß Inquisitin ihren Ehe-Mann anfänglich gantz wider ihren Willen zu heyrathen von dem Vater angestrenget worden.**

XV.

Decrepita conjugis innocentis aetas poenam adulterantis mitigat.

Nulli magis misericordia digni sunt, quam quos decrepita alterius conjugis aetas ad adulterium perduxit. Parum abest, quin hos ab omni poena liberem, atque jam satis conju-

jugio ſuo punitos dicam. Iſtiusmodi enim conjugium aliquod ſupplicii genus eſt, proximum illi, quo Mezentius apud *Virgilium Æneid. VIII*, 485. *ſeqq.*

Mortua inhumanus *jungebat corpora vivis,*
Componens manibusque manus atque oribus ora,
Tormenti genus, & ſanie tabeque fluentes,
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.

Recte igitur JCti Jenenſes apud *Wildvogelium in Reſponſo* 120. adultero viginti annos nato, ſed qui uxorem ſeptuagenariam habebat, ultimum ſupplicium remiſerunt. Et Scabini Vitembergenſes menſe Septembri anni cIↄIↄ CCXXX. reſponderunt: Alldieweil des Inquiſiten Ehe-Weib nach ihrer eigenen Ausſage etliche und ſiebentzig Jahr alt, alſo viel älter, als Inquiſit, iſt, dieſemnach ſein Vorgeben, daß ſein Ehe-Weib bey erloſchenem calore nativo zum Beyſchlafe nicht mehr geſchickt ſey, groſſe Wahrſcheinlichkeit hat, welcher Umſtand bey Setzung der Strafe des Ehebruchs mit in Betrachtung gezogen wird; So wird derſelbe nach abgeſchwohrnen Urpheden des Landes ewig verwieſen, und zu Bezahlung der Unkoſten angehalten.

XVI.

Non ſolum malitioſa deſertio, ſed qualibet diuturna abſentia, etiam laudabilis, pœnam alterius conjugis, in adulterium prolabentis, mitigat.

XVII.

Ceſſat tamen mitigatio, quando deſertus vel deſerta deſertioni cauſſam occaſionemque dolo vel culpa dedit.

Malitioſa deſertio ex omnium confeſſione pœnam adulterii, a conjuge deſerto vel deſerta commiſſi, mitigat. Ve-

Verum malitiosæ desertionis vox hic paulo latius patet, atque omnem absentiam, etiam involuntariam, cui tamen absens dolo vel culpa caussam dedit, complectitur. Itaque Scabini Vitembergenses mense Martio anni cIↃ IↃ CCXXXIII. uxori, quæ, dum maritus, ære alieno obrutus, in custodia fuerat, adulterium commiserat, pœnam mortis remiserunt: **Dieweil der Ehe-Mann, als Inquisitin ihn zur Ehe genommen, sie nicht allein nicht ernähren können, sondern gar seiner bösen Haushaltung und üblen Verwaltung seines Amts wegen in gefängliche Haft gerathen, darinnen etliche Jahre verblieben, also seine Frau, wiederum zu ihrem Vater zu ziehen, veranlasset.** Quin imo absentia etiam laudabilis, si diuturna est, pœnam merito mitigat. Objicientur mihi forsan *Nov.* 117. *cap.* 11. *c.* 19. *X. de Sponsalibus*, *c.* 5. §. 4. *X. Vt lite non contestata*, ubi patientia & castitas iis etiam, qui pro juvenili ætate seu fragilitate carnis nequeunt continere, præcipitur. Verum ad hæc responsum jam fuit in *Specimine CCCXIV. de Malitiosa desertione*, *medit.* 1. Quapropter JCti Vitembergenses mense Julio anni cIↃ IↃ CC XXXVII. sic judicarunt: **Hat Catharina Sophia Rothin in Güte bekannt, daß sie währender Zeit, da ihr Ehe-Mann abwesend und am Rhein-Strohme Krieges-Dienste gethan, mit Friedrich Schmieden, und zwar wissentlich, daß er ein Ehe-Mann sey, Ehebruch und Ober-Hurerey getrieben, auch davon ein Kind zur Welt gebracht; So wird sie zwar, in Ansehung der Abwesenheit des Ehe-Mannes, mit der ordentlichen Strafe verschonet, gleichwol des Landes ewig verwiesen;** ac deinde mense sequente Octobri potentissimo regi, caussam tam mitis sententiæ requirenti, hanc rationem reddiderunt: **Die vornehmste Ratio Decidendi ist die Abwesenheit der Rothin Ehe-Mannes, welche von den Rechts-Lehrern,**

propter *Novellam* 74. *cap.* 4. *pr.* und nach der in gantz Teutschland eingeführten Praxi, in Ansehung der menschlichen Schwachheit, vor eine genugsame Ursache, die auf den Ehebruch gesetzte Todes-Strafe zu lindern, geachtet wird. Und, ob gleich der Rothin Ehe-Mann im Kriege, demnach rei publicæ caussa und laudabiliter absens gewesen, so bleibet doch die oben angeführte Ursache, nemlich die Heftigkeit des Affects und Schwachheit der unter solchem Affecte erliegenden menschlichen Natur, bestehen, weshalben Eurer Königl. Majestät Ober-Consistorium bey *Carpzovio in Jurisprud. eccles. def.* 170. *n.* 15. so gar den Processum malitiosæ desertionis wider einen in den Krieg gegangenen Ehe-Mann erkannt; Bey so gestalten Sachen werden Eure Königl. Majestät hoffentlich Ihnen unser Urthel allergnädigst gefallen lassen. Aliud foret in adultero adulterave, qui quæve ipsi desertioni vel absentiæ caussam occasionemque dedissent, quibus utique sua improbitas patrocinari non debet, quemadmodum JCti Vitembergenses mense Decembri anni cIↄIↄCCXXXI. responderunt: Haben beyde Inquisiten theils in Güte, theils vor dem Scharf-Richter bekannt, daß sie zu unterschiedenen malen mit einander Ehebruch und Ober-Hurerey getrieben, das Werck der fleischlichen Vermischung würcklich vollbracht, und er, Bredtschneider, seinen Saamen in der Hollmannin Leib laufen lassen; Ob sie nun gleich in ihren verschiedentlich übergebenen Defensions-Schriften anführen, daß beyde von ihren Ehegatten theils würcklich, theils durch Versagung des debiti conjugalis, verlassen worden, demnach vor ledig zu achten gewesen, also nur eine schlechte Hurerey, oder doch wenigstens kein Adulterium duplicatum begangen. Alldieweil aber allbereit in dem fol. 257. von uns abgefastem Urthel gezeiget worden, daß die zu Ablehnung des doppelten Ehebruchs

bruchs angeführte Verlassung der beyderseitigen Ehegatten den beyden Inquisiten beyzumessen sey, also zu deren Entschuldigung nicht gereichen könne; So wird Inquisit, Johann Paul Bredtschneider, daferne er bey seinem gethanen Bekänntnisse vor gehegtem peinlichen Hals-Gerichte nochmalen freywillig beharret, oder dessen wie Recht überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht.

XVIII.

Altera mitigationis caussa est favor matrimonii.

XIX.

Simplex ergo intercessio, seu remissio conjugis innocentis adultero adulterave non prodest;

XX.

Sed necesse, ut receptio in thorum accedat.

XXI.

Vxores vetulae, quae juvenibus nupserunt, in remittendo adulterio sunt difficillimae,

XXII.

Nec cogi ad hoc possunt.

XXIII.

Si tamen uxor decrepita sit, judex ex officio poenam adulterii temperat.

Sequitur altera, ob quam poena adulterii mitigatur, caussa, favor scilicet matrimonii. Interest reipublicae, matrimonia multiplicari, &, quae inita fuerunt, non facile disturbari.

bari. Antiquissimo jure Romano maritus, uxorem adulterii convictam & damnatam retinens aut reducens, in lenocinii crimen incidebat, *L. 9. C. ad legem Juliam de Adult.* si tamen suspectam retinebat, vel *non ob quaestum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem*, delinquere patiebatur, uxor haec ab alio adulterii accusari non poterat, *L. 26. & 29. §. 4. D. L. 2. & 30. ad legem Jul. de Adult.* At postea Justinianus in *Novella* 134. *cap.* 10. crimen lenocinii marito, uxorem adulterii damnatam reducenti, remisit, ac libertatem uxori adulterae, in monasterium detrusae, dedit, si recipere eam vir suus & copulari ei velit. Retinuerunt hoc priscum jus Christiani in *can.* 4. *seqq. XXXII. quaest.* 1. ac propterea intercessioni conjugis innocentis effectum mitigationis attribuerunt. Vera tamen mitigationis caussa non est intercessio haec, sed, ut dixi, matrimonii favor. Igitur, nisi intercedens remittensve conjux adulterum adulteramve in thorum recipiat, poena adulterii non mitigatur. Vide *Specimen CCCXIII. de Divortio ob adulterium, medit.* 9. Quae res in Electoratu Saxoniae minus dubii habet propter clara *Constitutionis* 19. *Part.* 4. verba: **dem Ehestand zu Ehren**; item *Decisiones* 82. & 83. Et receptio haec in thorum libera esse debet. Judicis hic nullae partes sunt, nisi ut blande cohortetur. Quodsi innocens in gratiam redire constanter recusat, judicem leges exsequi oportet. Animadvertimus ac miramur subinde, in remittendo omnium difficillimas esse vetulas mulieres, quae juvenibus nupserunt, atque ab his perfidiam patiuntur, ut ruptum adulterio matrimonium instaurent. Post multas preces, obtestationes & objurgationes aegre tandem, remittere se injuriam sibi factam, dicunt, sed habitare inposterum, versari, una cubare cum infido viro obstinate recusant. Indignamur saepe tantam pervicaciam,

ciam, ac, hominem florenti ætate & reipublicæ utilem pervicaciæ deliræ anus immolari, graviter ferimus. Memorabo exemplum: Vxor plus quam septuagenaria maritum, in ætatis flore constitutum, de adulterio detulerat, suggesserat ipsa testes, ac rem eo perduxerat, ut maritus capitis damnaretur. Additum vero fuerat sententiæ, uxorem ante omnia interrogandam, annon maritum in thorum recipere vellet. Interrogata negat incredibili obstinatione. Nondum tamen exsequitur sententiam judex, sed acta ad Scabinos Vitembergenses mittit. Hi in ambiguo hærebant diu. Nihil amplius exsequutionem sententiæ morari posse videbatur. Purificata illa erat, ut voce recepta, sed barbara, utar. Obversabatur ante oculos lex, quæ ultore ferro adulteros persequitur. Sed, uti

Nulla unquam de vita hominis cunctatio longa est,

Deliberabatur solicite, annon aliquod misero effugium pateret. Veniebat quidem in mentem, supplendum esse ex officio consensum mulierculæ, ac invitam adigendam, ut pauxillum, quod restaret, effœtæ ætatis cum juvene marito exigeret. Verum, re rectius cogitata, officium judicis tam longe extendere non audebant. Quum nihil superesset, relegebant adhuc semel apologiam, ac in ea percommode allegatum animadvertebant, uxorem istam obstinatam, exstincto calore nativo, ad coitum ineptam esse. Facile huic excusationi, quamvis probationes nullæ adferrentur, fides adjecta est, & remissum ultimum supplicium ex ratione supra commemorata, sicque mense Septembri anni cIↃ IↃ CCXXX. responsum fuit: Hat Inquisitens Ehe-Weib, als sie dem eingehohltem Urthel zu Folge vernommen worden, sich erkläret: Sie wolle ihm zwar sein Verbrechen verzeihen, habe es ihm auch längst verziehen, wür-

 de

de ihm aber ferner nicht ehelich beywohnen, und könne sich auch seiner nicht annehmen. Nun gewinnet es zwar das Ansehen, ob sey nach Schärfe der Churfürstl. Sächß. 19. Constitut. des IV. Theils die bereits erkannte Lebens-Strafe an Inquisiten um so viel mehr zu vollstrecken, als die Erklärung des unschuldigen Ehe-Weibes gar nicht auf Art und Weise, wie es angeführte Constitution, und die 82. Churfürstl. Sächß. Decision vorschreibet, geschehen. Alldieweil aber des Inquisiten Ehe-Weib nach ihrer eigenen fol. 26b. gethanen Aussage etliche und siebentzig Jahr alt, also viel älter, als Inquisit, ist, diesemnach sein Vorgeben fol. 281. daß sein Ehe-Weib bey erloschenem calore nativo zum Beyschlafe nicht mehr geschickt sey, ihn auch ferner nicht zulassen wollen, grosse Wahrscheinlichkeit hat; So wird derselbe nach abgeschwohrnen Urpheden des Landes ewig verwiesen.

XXIV.

Intercessio conditionata conjugis innocentis, si conditio non impleatur, effectum de jure non habet.

XXV.

Habet tamen effectum ex usu fori.

XXVI.

Qui usus fori eatenus sustineri potest, ut ultimum supplicium parti adulteræ remittatur.

XXVII.

Quatenus vero extenditur, ut intercedens matrimonium cum relegato continuare, eumque sequi cogatur, irrationalis est.

Leges istæ omnes, Romanæ, canonicæ & Saxonicæ, quas mo-

modo memoravi, conjugis innocentis interceſſionem ac declarationem de continuando conjugio liberam, claram ac puram deſiderant. Quid ergo de conditionata ſentiendum? Remiſerat nempe uxor marito adulterium ſub conditione, ſi princeps pœnam perpetuæ relegationis, quæ poſt interceſſionem ſtatuitur, in mulctam pecuniariam mutaret. Quum vero hoc impetrari non poſſet, quæſitum eſt, an interceſſio tamen effectum haberet. Contradicunt hic ſibi invicem Scabini Lipſienſes & Jenenſes. Illi apud *Carpzov. in Quæſt. crim.* 55. *n.* 76. conditione illa non obſtante, reum relegarunt, ac uxori interſcedenti neceſſitatem, illum ſequendi, impoſuerunt, ex ea ratione potiſſimum, quod conditio habeatur pro non adjecta, & per conſequens remiſſio ſeu condonatio evadat pura. Hi contra apud *Schilterum Exerc. ad ff.* 49. §. 94. marito ultimum ſupplicium irrogarunt, ex ratione, quod aut vitiet hæc conditio condonationem & reddat eam nullam, aut, ſi valet, tamen, ob non exiſtentiam & defectum ejus res ad pœnam ordinariam recidat. Ego quidem, *Carpzovii* & Scabinorum Lipſienſium ſententiam neque ex recta ratione, neque ex legibus, quas adferunt, defendi poſſe, exiſtimo. Contra rectam rationem eſt, ut, qui ſub conditione conſentit, atque adeo, ſi iſta conditio deficiat, re vera diſſentit, adverſus animi ſui ſententiam cum maximo detrimento ſuo conſentire fingatur. *Leges* vero 17. & 33. *de Condit. & dem.* item 135. *de Reg. jur.* quod falſa cauſſa & conditio impoſſibilis ultimis voluntatibus adjectæ pro non adjectis habeantur, inepte huc trahuntur. Igitur Scabinorum Jenenſium ſententia juſtior ac verior eſt. Attamen *Carpzovii* auctoritas in foro adhuc hodie prævalet. Mihi optimum videtur temperamentum *Griebn. in Tomo V. Opuſculorum Sect. IV.* §. 36. ut ultimum ſupplicium quidem remitti queat, conjux tamen ſub conditione intercedens

dens ad continuandum matrimonium & subeundam simul relegationem non adigatur. Profecto plus quam barbarum foret, tam duram legem innocenti imponi, eumque invitum in partem pœnæ venire.

XXVIII.

Tacita remissio conjugis innocentis, quæ ex morte ejus præsumitur, pœnam adulterii mitigat.

XXIX.

Huic tacitæ remissioni non obest, quod conjux innocens, dum vixit, injuriam, sibi per adulterium factam, ad animum revocare visus est.

Conjux innocens, si ante partis adulteræ supplicium moriatur, injuriam sibi factam remisisse atque intercessisse pro reo reave videtur. Quæ tacita remissio in humanitate fundamentum habet, utcunque ex *L.* 10. *C. de Rev. donat.* & *L.* 15. §. 14. *de Injuriis* probatur, in foris Germaniæ communi consensu recepta, atque in Electoratu Saxoniæ clara lege in *Decisione* 82. comprobata est. Dubitatum aliquando recordor, istane tacita remissio locum haberet, ubi satis constabat, conjugem innocentem, quam diu vixerat, perfidiam & injuriam sibi factam iniquissime tulisse, & ad animum maxime revocasse. Objiciebatur inprimis *lex* 7. *de Inofficioso testamento*, ubi querela inofficiosi, quæ morte exheredati aboletur, tunc tamen, quum exheredatus ante mortem agere comminatus est, ad heredes transmittitur. Verum argumentum a querela inofficiosi, quæ hereditatem persequitur & mere civilis est, huc, ubi simpliciter vindicta & pœna intentatur, trahi nequit. Magis huc pertinet exemplum actionis injuriarum, quæ, præparata licet quin

&

& instituta jam a defuncto, tamen morte hujus exspirat, *L.* 1. §. 1. *de Privatis delictis*, §. 1. *l. de Perpetuis & temp. act.* Sic itaque JCti Helmstadienses mense Augusto anni cIↄ Iↄ CCXII. judicarunt: Daß Sophia Glosemeyerin der Gerichte auf ewig zu verweisen. Rat. Decid. Sophia Glosemeyerin ist dessen, daß sie nach ihres Ehe-Mannes Tode mit Friedrich Glosemeyern, gleichfals einem Ehe-Manne, zwey uneheliche Kinder gezeuget, überdis allerley Mittel und Artzeney, um die unzeitige Frucht von sich zu treiben, gebrauchet, selbst geständig. Es seynd auch überaus starcke Muthmassungen vorhanden, daß sie bereits bey Lebzeiten ihres Mannes sich mit obgedachtem ihren Schwager fleischlich vermischet, und also einen zweyfachen Ehebruch begangen, gestalt denn gegen den Zeugen, welcher, daß sie solches selbst in seiner Gegenwart gestanden, aussaget, nichts erhebliches eingewendet wird, hierüber das bey ihr damalen in Diensten gestandene Gesinde, dessen Zeugniß in dergleichen Sachen nicht mag verworfen werden, *L.* 8. §. 6. *C. de Repudiis*, von unterschiedenen höchst-verdächtigen Actibus, dergleichen das Küssen, die nächtliche Conversation, Besuchung bey Abwesenheit Benjamin Glosemeyers, die nach abgelegtem Schwuhr betriebene Gewissens-Angst ꝛc. seynd, deponiret, wie denn auch aus der von dem verstorbenen Ehe-Manne bezeigten Eyfersucht, und, daß er sich dieserhalben mit Friedrich Glosemeyern unterschiedene mal heftig gezancket, ihn auch nicht mehr im Hause leyden wollen, dieser aber doch dahin gekommen, einiger Verdacht erwächset; Bey welchen Umständen es das Ansehen gewinnet, ob hätte bey so starcken Anzeigungen eines adulterii duplicati die Wahrheit zuförderst durch die Tortur heraus gebracht werden müssen; Alldieweil aber der Inquisitin Ehe-Mann bereits verstorben, diesemnach ihr die wider ihn begangene Untreue remittiret zu haben prae-

præsumiret wird / wodurch denn die ordentliche Strafe des Ehebruchs hinweg fället; So haben wir ein remedium extorquendæ veritatis allhier zu gebrauchen nicht vor nöthig geachtet, sondern sie alsofort wegen des gestandenen einfachen und wiederhohlten Ehebruchs, und tentirten Abtreibung der Frucht, deßhalben sie sich auch schon bey Lebzeiten ihres Mannes verdächtig gemachet, mit der ewigen Verweisung aus den Gerichten bestrafet.

XXX.

Conjux, qui cum conjuge adultera concumbit, adulterium facto ipso & tacite remisisse præsumitur.

XXXI.

Præsumtio hæc est juris & de jure, atque probationem contrariam non admittit.

XXXII.

Itaque, etsi concumbens reversales literas a parte adultera exegerit, quod coitus iste actioni ad divortium nocere non debeat, remissio tamen præsumitur.

XXXIII.

Tacita hæc remissio tunc locum non habet, quando concumbens adulterium ignoravit, etsi id publice notum fuerit.

XXXIV.

Conjux cum conjuge, cujus adulterium non scit, sed suspicatur, concumbens actionem ad divortium remisisse non videtur.

Theses istæ omnes supra jam in *Specimine CCLX. de Præsumtio-*

tionibus, *medit. ult.* & *Spec. CCCXIII. medit.* 10. & 11. tam lucide expoſitæ fuerunt, ut repetere dicta nolimus, ſed lectorem ad iſta loca ablegemus.

XXXV.

Inter rationes, ob quas remiſſio ex morte conjugis læſi colligitur, collocatur etiam præſumtio pietatis ac bonitatis.

XXXVI.

Iſta ratio producenda eſt ad conjuges viventes, quorum declaratio haberi nequit.

XXXVII.

Igitur conjuges etiam abſentes, vagabundi, furioſi & contumaces in reſpondendo, remiſiſſe præſumuntur.

Inter rationes, propter quas conjux innocens mortuus remiſiſſe injuriam ſibi per adulterium factam præſumatur, hanc collocat *Carpzovius quæſt. crim.* 55. *n.* 54. quod conjux pie ac bene agat, conjugi delictum remittendo, quilibet vero pie ac bene agere voluiſſe præſumatur. Generalis iſta pietatis ac bonitatis præſumtio, quæ vulgo ex *c. ult. X. de Præſumtionibus*, & *c. un. X. de Scrutinio in ordine* exſculpitur, quamque ſcholæ, tribunalia & collegia juridica univerſali plauſu jam diu receperunt, efficit, ut remiſſionem tacitam conjugis innocentis latius extendamus, atque in iis etiam conjugibus, qui vivunt, ſed quorum voluntas ſciri non poteſt, præſumamus. Fac ergo, conjugem innocentem abeſſe, fac, domicilium non habere, ſed per orbem terrarum vagari, fac, furere, fac, contumacem eſſe, & ad interrogationem reſpondere nolle. Omnibus his caſibus remiſſio atque interceſſio præſumitur. Ita certe JCti Vitembergen-

genses mense Januario anni cIↄ Iↄ CCXXXII, responderunt: Ist Inquisitin geständig, auch überführet, daß sie von ihrem noch lebenden Ehe-Manne weggegangen, mit einem anderen, Namens Ehrenpforten, geehebruchet, und ein Kind erzeuget; So wird sie zwar in Ansehung, daß ihres Ehe-Mannes Erklärung, ob er ihr vergeben wolle, weil er als ein Vagabond nirgends anzutreffen, in dubio vermuthet wird, mit der auf den Ehebruch gesetzten Todes-Strafe verschonet.

XXXVIII.

Favor matrimonii, etiam post adulterium contracti, pœnam mitigat.

XXXIX.

Tunc ne quidem remissione opus est.

XL.

Vir solutus, qui cum aliena uxore concubuit, pœnam adulterii ordinariam nuptias faciendo effugere semper potest.

Ait *Carpzovius in Quæst. crim. 55. n. 92.* remissionem ac intercessionem conjugis locum quoque habere in adulterio ante matrimonium initum perpetrato. Verum necesse hic non est, ut ad remissionem ac intercessionem confugiamus. Solus favor ac honor matrimonii, quod perpurgare vitia antecedentia dicitur, ad mitigationem pœnæ sufficit. Et, si rem accuratius consideramus, ineptum est, remissionem requiri. Cui enim injuria facta non est, remittere eandem nequit. At conjugi, ante cujus nuptias adulterium commissum fuit, injuria per hoc illata non est. Itaque JCti Vitembergenses in tali specie ne quidem necessum crediderunt, conjugem de remissione interrogari, sed pœnam confestim mitigarunt mense Martio an-

anni cIɔIɔ CCXXXV: Es wird Inquisit des Landes, jedoch in Faveur der von ihm nach der Zeit getroffenen andern Ehe, und damit diese letzte unschuldige Frau nicht gantz unglücklich werde, nur auf 2 Jahr verwiesen, oder statt dessen 8. Wochen mit Gefängniß bestrafet, übrigens zu Abstattung aller verursachten Unkosten angehalten. Quæ quum ita sint, ineptissimus erit advocatus, qui clientem suum, virum solutum, adulterii cum aliena uxore commissi reum, perire sinat. Consulat ei modo, ut uxorem ipse, si aliam reperire nequit, ex trivio & lupanari ducat. Tunc honor matrimonii eum contra leges proteget, ac meritissimo supplicio eripiet.

XLI.

Caussæ communes, propter quas aliorum criminum pœna mitigantur, etiam in adulterio locum habent.

XLII.

Huc maxime pertinet incertitudo circa corpus delicti.

XLIII.

Vnicus est in adulterio casus, quo corpus delicti indubium est.

XLIV.

Extra hunc casum usus fori & observantia collegiorum juridicorum ad corpus delicti in adulterio constituendum plura desiderat, quam leges ipsæ requirunt.

Præter duas, ob quas solas pœnam adulterii ordinariam legitime mitigari diximus, caussas, singularem nempe infirmitatis humanæ rationem, & matrimonii favorem, videmus quidem, etiam alias passim in sententiis judicum & responsis collegiorum juridicorum allegari, quas nec ipsi improbamus,

 sed

ſed juſtas eſſe agnoſcimus. At enim vero hæ reliquæ cauſſæ adulterio cum omnibus aliis delictis communes ſunt, atque adeo, ut hic peculiarem earum mentionem faciamus, neceſſarium non videtur. Sed, quia tamen nonnunquam in applicatione iſtarum generalium cauſſarum ad adulterium ſingulare quid obvenit, potiſſimas earum breviter perſtringemus, ac primo quidem loco de effectu corporis delicti dicemus. Notum nempe in vulgus eſt, ad ultimum ſupplicium deveniri in nullo delicto poſſe, ſicubi corpus delicti deſit, hoc eſt, delictum vere commiſſum eſſe, non indubie & tali, qualis in rebus humanis haberi poteſt, certitudine conſtet. Iſta vero certitudo nullibi plus difficultatis ac dubii habet, quam in adulterio. Vnicum *legis 6. de His, qui ſui vel alieni juris* caſum excipio, quando nempe uxor, cujus maritus aliquot annis abfuit, infantem enititur. Hanc adulteratam eſſe, nemo negabit. Extra hunc caſum ſemper incertitudo aderit. Nam etiamſi centum teſtes oſcula, impudicam contrectationem, concubitum in uno lecto, quin & ipſum coitum, viderint, commixtionem tamen ſeminis non viderunt, atque adeo conſummationem adulterii dubiam relinquent. Quod dubium ut extricetur, conſtans fori uſus ad decernendum in adulterio ultimum ſupplicium confeſſionem utriusque partis de conſummatione facta deſiderat. Etſi ergo ambo in abdito conclavi, nudi, una cubantes, fuerint deprehenſi, etſi etiam unus ex illis, immiſſum fuiſſe ſemen, fateatur, ſi tamen alter hoc non item dicat, corpori delicti quid deeſſe creditur, atque adeo ultimum ſupplicium non irrogatur. Pugnare hoc videtur cum *L. 19. pr. & §. 1. ad L. Juliam de Adulteriis*, ubi, ſubtracto licet per mortem vel alium caſum altero reo, accuſatio tamen contra ſuperſtitem permittitur, item cum verbis *articuli Carolini 6:* **So viel möglich, und**

und nach Gestallt und Gelegenheit einer jeden Sache geschehen kan. Et pugnat profecto. Sed observantia collegiorum juridicorum leges vincit, an injuria, alii viderint. Quapropter JCti Vitembergenses mense Julio anni cIↃ IↃ CCXXXVII. sic responderunt: Hat Catharina Sophia Rothin in Güte bekannt, daß sie mit Friedrich Schmieden, und zwar wissentlich, daß er ein Ehe-Mann sey, Ehebruch und Ober-Hurerey getrieben, auch davon ein Kind zur Welt gebracht; So wird sie zwar, in Ansehung des bey dem Corpore delicti sich ereignenden Mangels, mit der ordentlichen Strafe verschonet, gleichwol des Landes ewig verwiesen; & rationem tam mitis sententiæ reddere jussi, hanc reddiderunt: Was den Mangel des corporis delicti betrift, so ist eine in den allgemeinen Kayserlichen, *L. 1. §. 17 de Quæstionibus*, *L. 1. §. 24. de S. C. Silaniano*, öffentlichen Reichs-Peinlige Halß-Gerichts-Ordnung *art.* 6. und Churfürstl. Sächßl. Rechten, *Const. Elect.* 33. *p.* 4. und Churfürst Augusti Rescript vom Jahre 1579. bey *Carpzovio in Quæst. crim.* 107. *n.* 69. ausgemachte Sache, daß das blosse Bekänntniß eines Inquisiten, wenn es auch noch so umständlich wäre, die Lebens-Strafe, oder auch nur die peinliche Frage, zu erkennen nicht hinlänglich, sondern eine völlige Gewißheit, daß solches Verbrechen wahrhaftig begangen worden, nothwendig sey. Da nun bey einem Adulterio, sonderlich duplicato, nicht wohl eine andere Gewißheit zu haben, so erfordern die Rechts-Lehrer einstimmig zum corpore delicti das Geständniß beyder Delinquenten. Nachdem also in gegenwärtigem Falle Friedrich Schmidt das Verbrechen beständig läugnet, auch höher nicht, als zum Reinigungs-Eyde, graviret war, so blieb ja nichts, als der Rothin Bekänntniß, übrig.

XLV.

XLV.

Corpus delicti tunc saltem scrupulose investigatur, quando vel quaestio de reo habenda, vel ultimum supplicium irrogandum est.

XLVI.

Ad fustigationem igitur, relegationem, aliasve minores poenas, corpus delicti non desideratur.

XLVII.

Etiam sine corpore delicti ex indiciis saltem verisimilibus inquisitio specialis institui, & reus in carcerem mitti potest.

XLVIII.

Tale tamen verisimile indicium non est inculpatio correi.

Mense Octobri anni cIↃ IↃ CCXXXV. hæc species cum actis ad Scabinos Vitembergenses perlata est: Muliercula, meretriciam vitam agens, in vincula conjicitur, ac interrogata aliquot stupra & bina adulteria cum duobus maritis, in vicina provincia degentibus, commissa fatetur. Judex, cui mariti hi non suberant, alterum eorum, forte transeuntem, capit & de adulterio interrogat, negantem custodiæ mandat, dein acta ad JCtos Lipsienses mittit, qui mulierculam fustigari, maritum vero illæsum dimitti jubent, atque hunc etiam a restitutione expensarum judicialum liberant. Displicet hæc sententia & prostibulo & judici. Atque illa quidem in apologia sua inprimis defectum corporis delicti, quod neuter adulterorum crimen fassus sit, obtendit, judex vero acta cum hac apologia ad Scabinos Vitembergenses mittit, quæritque: An temperari oporteat pœnam, & annon alterum etiam maritum, si

si is forsan accedat, capi & de adulterio interrogari liceat. Negarunt utrumque Scabini, & primum quidem ex ratione, quæ in *Specimine D L X I. de Corpore delicti, medit. ult.* pluribus explicata est: **Weil nemlich das Corpus delicti, oder eine unfehlbare Gewißheit zwar bey Erkennung der Peinlichkeit und Todes-Strafe, *L.* 1. §. 17. *de Quæstionibus*, *L.* 1. §. 24. *de S. C. Silaniano*, keinesweges aber bey Anstellung der Special-Inquisition, als welche eben auf investigationem corporis delicti mit abzielet, nothwendig ist.** Alterum plus dubii habebat. Si enim ad inquisitionem & carcerem decernendum corpus delicti non desideratur, ut dixi, constans mulierculæ accusatio sufficere videbatur. At enim vero, etsi corpus delicti hic non requiratur, requiruntur tamen legitimæ suspiciones, qualis confessio, etsi constans, scorti istiusmodi non est, quemadmodum in *Specimine X I V. de Prægnantibus*, *medit* 4. & in *Specimine C X L V I. de Jurejurando purgatorio*, *medit.* 7. ostensum. Itaque sic responsum fuit: **Daß Inquisitin in ihrer Defension etwas, so ihr zu statten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen es bey dem fol. 142. befindlichem Urthel gelassen, und Inquisitin die weiter verursachte Unkosten zu bezahlen angehalten, übrigens die angeschriebene Gebühren auf 16. Reichsthaler 16. Groschen gemäßiget werden. Dahingegen ist wider den Kuh-Artzt Wernern, in Erwegung, daß die blosse Beschuldigung einer wegen vieler Verbrechen anrüchtigen Weibes-Person keinen unbescholtenen Mann graviren mag, nichts vorzunehmen. V. R. W.**

XLIX.

Compensationem, qua alias paria delicta tolluntur, jus quidem Romanum in adulteriis non admittit;

L.

Jus tamen canonicum & usus fori admittit.

Compensationem mutuorum delictorum & quasi delictorum jura nostra admittunt, quemadmodum in *Specimine CLXXIII. de Compensationibus*, *medit.* 1. dictum. Sic negligentia cum negligentia in *L.* 10. *pr. de Compensationibus*, furtum cum furto in *L.* 10. §. 2. *eodem*, dolus cum dolo in *L.* 36. *de Dolo malo*, injuriæ cum injuriis compensantur. At de mutuis adulteriis dubitari poterat. Certe Vlpianus in *L.* 13. §. 5. *ad legem Juliam de Adulteriis* compensationi mutui criminis locum clare denegat, atque adeo exceptionem a regula facere videtur. Sed mitior Vlpiano Innocentius III. in *c. penult.* & *ult. X. de Adulteriis* regulam, quod *paria crimina compensatione mutua deleantur*, claris verbis ad adulteria extendit, secundum quæ & JCti Vitembergenses mense Januario anni cIↄIↄ CCXXXII. responderunt: Ist Inquisitin geständig, auch überführet, daß sie von ihrem noch lebenden Ehe-Manne weggegangen, mit einem anderen, Namens Ehrenpforten, geehebruchet, und ein Kind erzeuget; So wird sie zwar, in Ansehung, daß ihr Ehe-Mann selbst Ehebruch getrieben, mithin, da diese mutuelle Verbrechen gegen einander aufgehen, seine Erklärung, ob er ihr vergeben wolle, weiter nicht nöthig, mit der auf den Ehebruch gesetzten Todes-Strafe verschonet, gleichwol mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen, und, so weit ihr Vermögen hinreichet, zu Bezahlung aller durch diese Inquisition verursachten Unkosten angehalten.

LI.

Diuturnus carcer pœnas omnes atque adeo & pœnam adulterii mitigat;

LII.

Tunc tamen non mitigat, quando reus propter dolum vel culpam suam diu in reatu fuit.

Diutino reatu & carceris squalore pœnas sublevari, generaliter constitutum est in *L. 25. pr. de Pœnis.* Ergo hoc etiam ad adulterii pœnam pertinet, non aliter tamen, quam si quis citra culpam suam vincula diu perpessus est. Nam si inficiatione vel alio modo effecit, ut longius detineretur, misericordiam non meretur. Quamobrem JCti Vitembergenses adulterum adulteramque, qui ambo ultra annum compediti jacuerant, in pari delicto inæqualiter mense Decembri anni cIↄ Iↄ CCXXXI. punierunt: Haben beyde Inquisiten theils in Güte, theils vor dem Scharf-Richter bekannt, daß sie zu unterschiedenen malen mit einander Ehebruch und Ober-Hurerey getrieben. Ob sie nun gleich in ihren verschiedentlich übergebenen Defensions-Schriften anführen, daß das ausgestandene lange Gefängniß eine Linderung der Strafe zuwege bringen müsse. Alldieweil aber Bredtschneider das Gefängniß durch sein halsstarriges Läugnen, Variiren und Verschweigen der vornehmsten Umstände, selbst verlängert, und so gar, daß auch die Mit-Inquisitin so lange sitzen müssen, verursachet; So wird Inquisit, Johann Paul Bredtschneider, daferne er bey seinem gethanen Bekänntnisse vor gehegtem peinlichen Hals-Gerichte nochmalen freywillig beharret, oder dessen, wie Recht, überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht;

bracht; Margaretha Hollmannin hingegen, in Ansehung, daß sie nach dem von ihr bereits den 18. Mertz 1731. fol. 266. gethanem Bekänntnisse bloß Bredtschneiders halben ohne ihr Verschulden noch drey viertel Jahr lang sitzen müssen, folglich das langwierige Gefängniß ihr nach Vorschrift der Rechte bey der nur in lege humana gesetzten Strafe des Ehebruchs billig zu statten kommt, mit Staupen-Schlägen des Landes auf ewig verwiesen.

LIII.

Minor ætas justa est mitigandæ pœnæ caussa.

LIV.

Saxones etiam in delictis anno demum quinto & vigesimo majores fiunt.

Potest judex & non potest minoribus delinquentibus aliquid de pœna remittere, *L.* 37. §. 1. *de Minoribus*, *L.* 16. §. 3. *de Pœnis*, *L.* 108. *de Regulis juris*, *artic. Carolin.* 179. Quoniam tamen hæc mitigationis caussa adulterio cum aliis delictis communis est, quemadmodum sat ample dictum in *Specimine D XXXII. de His*, *qui ex mentis imbecillitate delinquunt*, *medit.* 4. lectorem eo remittimus, atque hic saltem monemus, Saxones quidem in negotiis civilibus anno primo & vigesimo majores fieri, at in criminibus non item. Durum quippe foret, insigne hoc beneficium, genti Saxonicæ datum, in ejus detrimentum detorqueri. Itaque Scabini Vitembergenses mense Octobri anni cIↄ Iↄ CCXXXV. mulierculæ Saxonicæ, XXIII. annos natæ, quæ cum marito alieno adulterata erat, publicum virgarum ictum, ad quem jam damnata erat, remiserunt, ac castigationem in carcere substituerunt: Daß Inquisitin M. in Ansehung ihrer jungen

gen Jahre, statt der erkannten Staupen-Schläge, mit Ruthen im Gefängnisse zu züchtigen. V. R. W.

LV.

Præscriptio tollit pœnam adulterii.

LVI.

Diuturnitas temporis, etsi præscriptioni quid desit, mitigat pœnam adulterii.

Præscriptione, hoc est, lapsu quinquennii, & aliquando vicennii, crimen adulterii plane aboleri, ex *L.* 29. §. 6. *D.* & *L.* 28. *C. ad legem Jul. de Adult.* item *Constit. Elect. Sax.* 19. *P.* 4. nec non *Decis. Elect. Sax.* 84. satis notum est. Verum sola diuturnitas temporis, post commissum delictum præteriti, etsi præscriptio vel nondum completa, vel interrupta sit, judicem ad mitigandam pœnam movere debet. Quod generaliter in omnibus delictis locum habere, ostensum in *Specimine DXV. de Præscriptione criminum, medit.* 3. atque exemplo adulterii propterea mitius puniti illustratum est.

COROLLARIA.

I. Conjux innocens, ut fraus omnis evitetur, non in scriptis, sed præsens coram actis, intercedere, aut, quod intercedere nolit, declarare debet.

II. Quum sæpe conjux innocens, in judicio comparere, ac voluntatem suam declarare, detrectet; contumacia ejus sic optime coërcebitur, ut citationi comminatio; silentium ejus pro intercessione reputatum iri; inseratur. Sic JCti Vitembergenses mense Januario anni cIↃ IↃ CCXXXVI. responderunt:

runt: Daß das Ehe-Weib nochmalen, die ihr fol. 51. angesonnene Erklärung persöhnlich zu thun, unter der Verwarnung, daß ihr Aussenbleiben oder Stilleschweigen vor eine würckliche Verzeihung und beyfällige Erklärung geachtet werden solle, vorzuladen.

SPECIMEN DLXXXI.

AD LIB. XLVIII. TIT. V.

DE POENA STVPRI ARBITRIO JVDICIS RELINQVENDA

PVBLICE DEFENSVM

A

MART. GOTTLOB SCHLOMACHIO

MENSE FEBRVARII ANNI cIɔ Iɔ CCXXXVI.

I.

Vniformes stupri pœnæ dissuadentur.

II.

Præstat, in puniendo stupro, quin & in pœnitentia publica decernenda, rationem personarum haberi, seu justitiam distributivam exerceri.

III.

Oportebat etiam circumstantias spectari, ac inprimis illam personam, quæ alteram corrupit, gravius, quæ corrupta est, lenius puniri.

Prima doctorum juris ad tirones suos recitatio in explicando discrimine inter justitiam commutativam & distributivam solet occupari; sapienti mehercule consilio, scilicet.

cet. Teneræ quippe mentes, dum in primo ſtatim aditu ac veſtibulo res tam obſcuras, quæ poſt longam meditationem vix ſub intelligentiam cadunt, audiunt, ſacro quodam horrore perfunduntur, creduntque, totam jurisprudentiam noſtram Sibyllinis vaticinationibus ſcatere. Poterat totum illud de juſtitia commutativa & diſtributiva myſterium verbis humanis, quæ ratio facile comprehenderet, enunciari. Feci id ipſe aliquando, ac in *Specimine I. de Juſtitia, medit.* 3. oſtendi, totam rem ad hanc quæſtionem redire, an in adminiſtranda & exercenda juſtitia rationem aliquam perſonarum haberi, & uni propter opulentiam vel dignitatem plus minusve, quam alteri, tribui oporteat. Sed moneo omnes ſedulo, ne temeritatem meam imitentur. Similia quippe tunc fata cum C. Flavio, repoſitum in penetralibus pontificum civile jus apud *Livium lib. 9. cap. ult.* evulgante, expertus, ac gravia & longa collegarum odia paſſus ſum. Sed quidquid de verbis ſit, re carere non poſſumus, & adhiberi aliquando juſtitiam diſtributivam, quæ rationem perſonarum habet, oportet. Nullibi autem magis, quam in pœnis. Equidem judex in his infligendis, ſi determinatæ ſint a principe, legem præſcriptam ſequi nullamque perſonarum rationem habere debet, niſi infamiam incurrere velit, *L. 8. §. 2. C. ad L. Jul. de Vi publ.* At, ſi lex arbitrio judicis pœnam committat, æquum eſt, ut perſonam ſpectet, & in eodem crimine digniori mulctam aut aliam coërcitionem imponat, pauperem vero vel viliorem fuſtibus cædi jubeat. Vide *L. 16. §. 3. de Pœnis, L. 4. §. 1. de Incendio, ruina.* Quin imo, ſi quæ etiam JCti in jurisprudentia legislatoria & conſultativa partes ſunt, legumlatoribus auctor ſemper ero, ut in decernendis pœnis perſonarum dignitatem & opulentiam ſpectent, nec in pari crimine nobilem & plebejum, pauperem ac divitem, æqualiter puniant.

niant. Dici non poteſt, quam ſit illa pœnarum æqualitas re ipſa inæqualis, ac ſæpenumero funeſta aut ſaltem noxia. Exempli loco nunc ſtuprum erit. Creditum fuit a multis JCtis, crimen hoc optime repreſſum iri, ſiquidem ex regulis jurisprudentiæ commutativæ æqualibus pœnis coërceretur, ac nobilitas aut opulentia rei nunquam ſpectaretur. Itaque multæ leges ſtuprum uniformiter puniunt. In plerisque Saxoniæ inferioris locis mulcta pecuniaria, quam vulgo die Hurenbrüche vocant, recepta eſt. Ea in civitate quadam, in qua olim vixi, decem thaleris definita, ſtupratoribus, quibus anguſta domi res erat, ſat gravis & terribilis videbatur. At, qui numis abundabant, facilitatem legum, tam benigne ſecum decidentium, aperte ridebant, ac nonnunquam L. Neratium, hominem illum, ut *Gellius in Noctibus Atticis lib.* 20. *cap.* 1. loquitur, egregie improbum, & immani vecordia, imitabantur, qui, quum in legibus XII. tabularum de injuria punienda ſcriptum eſſet: *Si injuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ ſunt;* pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare. Eum ſervus ſequebatur crumenam plenam aſſium portitans; & quemcunque depalmaverat, numerari ſtatim, ſecundum duodecim tabulas, quinque & viginti aſſes jubebat. Contra in Electoratu Saxoniæ ſtuprum carcere quatuordecim dierum punitur, atque pœnam hanc pecunia redimi, ſeveriſſime interdicitur, ſaltemque in *Conſtit.* 27. *Part.* 4. exaſperari & ad fuſtium ictum extendi permittitur. Iſte immutabilis carcer viles animas parum movet, at hominibus, in luce & dignitate viventibus, morte ipſa luctuoſior videtur, qui omnia faciunt, ut pœnam eludant. Et nobis quidem, JCtis & magiſtratibus, ſecundum has leges uniformiter reſpondendum ac judicandum eſt. At, ſi a legislatore in conſilium adhiberemur, diſſuaderemus forſan

ſan uniformitatem hanc, & judici laxius arbitrium permitteremus, ut & rationem perſonarum habere poſſit, & circumſtantiarum. Illa tantum abeſt, ut iniqua ſit, ut ſacerdotibus etiam catholicis in decernenda pœnitentia præcipiatur. Adpoſite Atto, Vercellenſis epiſcopus, in Capitulari apud *d' Achery in Spicilegio tom. I. pag.* 411. *cap.* 90: *Non debet*, inquit, *presbyter injungere pœnitentiæ leges ſine aliquo reſpectu perſonæ.* Nec minus circumſtantiarum rationem haberi oportet. Deferuntur ſæpe ad me uno tempore rei plures, ſtuprator adultus & callidus, in iſto delicti genere exercitatus, puella ſimplice poſt longas inſidias potitus, & hæc ipſa juvencula, honeſto genere nata & caſte educata; e contrario virgo vetula ac libidinoſa cum adoleſcentulo, vix pueritiæ annos egreſſo, quem illa blanditiis ac illecebris corrupit. Iſtæ quatuor perſonæ difformiter peccarunt, ſed tamen in locis, in quibus certa ſtupri pœna eſt, uniformiter puniuntur. Verum ubi determinatio pœnæ judicis arbitrio permittitur, pœnæ gradus ſecundum doli & culpæ gradum ſtatuitur. Ferebantur menſe Novembri anni cIↃ IↃ CCXV. ad JCtos Helmſtadienſes ex civitate, in qua ſtupri pœna arbitraria erat, acta, in quibus curator puellam, fidei ſuæ commiſſam, ſtupraſſe, atque adeo, ut *Ovidius lib. 9. Metamorph. v.* 120. loquitur, depoſitum fefelliſſe, præterea plurima indomitæ libidinis ſpecimina edidiſſe, convictus erat. Curatoris hujus crimen longe atrocius erat, quam puellæ. Diſſimillimas igitur utrique pœnas inflIximus, curatori ſcilicet fuſtium ictum & perpetuum exilium, arg. *L. un. C. Si quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit*, quam legem, de tutore ſolum agentem, recte ad curatores extendunt *Damhouderus in Praxi rerum criminal. c. 94. n. 9. in f.* & *Carpzovius in Quæſt. crim.* 69. *n.* 43. puellæ autem alternative carcerem vel mulctam:

Daß Christoph Brüggemann, nach abgeschwohrnen Urpfeden, mit Staupen-Schlägen des Landes auf ewig zu verweisen, Anna Maria Heinemannin aber 14. Tage lang im Gefängnisse mit Wasser und Brodt zu speisen, oder 8. Reichsthaler Strafe zu erlegen schuldig sey; wie denn auch die letztere zu Erstattung der halben durch diesen Inquisitions-Procefs verursachten Unkosten und Gerichts-Gebühren angehalten wird. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil die vorkommende Umstände das Delictum überaus schwer machen, indem nemlich Inquisit der Inquisitin Vormund gewesen, und dieselbe durch die über sie erlangte Auctorität verleitet, hiernächst sein ruchloses Gemüthe dadurch, daß er unterschiedene mal des Sonntages unter der Predigt nackend mit ihr in der Stube getantzet, an den Tag geleget, nicht weniger andere unflätige Dinge, wohin das Abschneiden der Haare von ihrer Schaam zu rechnen ist, begangen, diesem nach haben wir bey solchen überaus harten Umständen auf keine gelindere Strafe, als welche in unserm Urthel enthalten, sprechen können. Die Inquisitin aber ist, weil der Vormund sie verführet, zu Gefängniß oder Geld-Busse, ingleichen zu Erstattung der halben Inquisitions-Kosten, verdammet worden.

IV.

Famulus, qui heri filiam vel sororem stuprat, gravissime peccat.

V.

Itaque ante omnia inquisitioni subdendus est.

VI.

Pœna ad fustigationem,

VII.

VII.

Quin aliquando ad ultimum supplicium extendi potest.

VIII.

Is etiam, qui puellam, in convictu vel aula Principis viventem, stuprat, gravius punitur.

Dicere modo cepi de exasperatione pœnarum stupri, quam & *Constit. Elect. Sax.* 27. *Part.* 4. permittit, ac personas & circumstantias spectari jubet. Inter quas circumstantias nulla majorem attentionem meretur, quam si famulus filiam vel sororem domini vitiat. Quæ res pessimi exempli est, ac domesticam, & cum hac publicam, securitatem turbat. Igitur hujusmodi stuprator fustium ictu, ad quem usque progredi supra memorata *Constit.* 27. permittit, dignissimus est. Et, quum fustium ictus apud nos infligi non soleat, nisi solemnis inquisitio antecesserit, inquisitionem ante omnia decerni oportet. Decrevi hanc mense Decembri anni cIↄ Iↄ CCXXXV. hunc in modum: **Weil, seines Herrn Tochter zu beschlafen, und sich dessen noch, in der Absicht, diesen zur Einwilligung in die Heyrath zu zwingen, überall zu berühmen, ein grobes und Inquisitions-mässiges Verbrechen, auch, da es nicht ernstlich bestrafet würde, von gefährlicher Folge ist, so wird Bardorff, da er sich unter dem Amte Belzig betreten liesse, in Haft gebracht, auf Inquisitional-Artickel befraget, und dem Inquisitions-Processe gemäß weiter gegen ihn verfahren.** Quin imo, si maxima inter dominum & famulum inæqualitas intercedit, ad ultimum supplicium perveniri posse credo. Certe suprema curia Parisiensis, quam Parlamentum vocant, anno 1582. Claudium Tonartum, scribam Ballii præsidis, quod heri filiam vitiasset, ad laqueum damnavit, & quidem, ut in *Journal du*

Regne du Roy Henry III. pag. 78. dicitur: *à la poursuite des parens & alliez de la fille, pour expier la honte faite à leur famille & aussi pour l'exemple & la consequence;* quæ res minus dubii habet, si quis principis sui natam vel sororem stupret, illustremque domum opprobrio compleat, id quod in 1. *F.* 5. §. *item si fidelis*, & 2. *F.* 24. §. 2. *versu: Rursus* inter felonias refertur. Solus certe convictus Principis puellas in eo viventes sacrosanctas reddit. Vidimus ergo gravissime punitos, & qui talibus puellis stuprum obtulissent, & ipsas puellas, nec profuisse illis, quod in *Menagianis Tom. I pag.* 328. *seq.* dicitur: *C'est une charge extremement difficile à exercer à la Cour, que celle de Fille d' Honneur.*

IX.

Stupri fraudulenti pœna augeri, & ad mortem extendi potest.

Stupri pœna ad mortem usque extendi potest. Exemplum habet *Stumpffius* in der Schweitzer-Chronica, *lib.* 10. *c.* 8: Im jar des Herren 1533. hat ein pfarrer zu Cläuen ernstlich wider die Evangelischen, oder Luthrischen genennt, geprediget, ist darneben entzündt worden in liebe eines jungen, schönen vnd züchtigen töchterlins eines Burgers, welchem er offtermals, so es für die statt zu seines vatters milchtrog gangen, jm seines bösen willens zeüerhelffen angemütet, das jm aber das töchterlin abgeschlagen hat. Zeletst hat der verrücht mann ein blaw tüch mit güldin sternen auß der kirchen genommen, sich damit bekleidet, die arm und bein bloß mit Blut besprengt, und vor der statt verborgen, dem töchterlin abermals vnerkennt begegnet, mit einem weyssen dünnen tüch sein angesicht verhengt, und sich gegen dem töchterlin dargeben, als ob er Maria die müter Gottes

tes seye, vil gesagt was künfftig übels über die statt Cläuen gon werde von wegen des Luthrischen glaubens, hat dem meitlin vil befolhen d'statt zeverkünden, feyrens, fastens vnd bättens, zc. Auch under anderem underricht, wie es villycht offtermals hievor an diesem ort von einer heiligen person vmb etwas gebätten, vnd das bißhär abgeschlagen hab, das solle es aber hinfür nit mer abschlahen, sonder derselbigen person zu willen werden, so werde es ein kind ewiger säligkeit: doch sölle es zů diesem letsten stuck still schweygen, zc. Bald hat das töchterlin die gantz statt erfüllet, wie jm vnsere Frauw erschienen, vnd was sy der statt verkündt habe. Auff das die eynwoner beschlossen habend aus forcht drey tag zefeyren. Darzwüschend ist das torecht meitle dem bůben zewillen worden, hat gewent Gott darmit ze dienen, so hat es den Teufel hofiert, zc. Diese bůberey ist auß Gottes anschicken bald offenbar, und der ellend mensch erstlich mit gericht enthauptet, vnd darnach zů äschen verbrennt, zc. Justum fuit hoc supplicium. Ista enim improbissima fraus plus est, quam vis, arg. *L. 1. §. 3. de Servo corrupto.*

X.

Stuprum cum persona non christiana, atrocius, quam alia stupra, crimen non est,

XI.

Nec in jure Romano gravius punitur.

XII.

Primi Judæi pœnam mulieris non Judææ, cum Judæo concumbentis, ad mortem extenderunt.

XIII.

Quos imitati Christiani tale stuprum inter adulteria, sodomias, apostasias & hæreticas pravitates retulerunt, ac igne & amputatione virilium punierunt.

XIV.

Ridicula contra hunc rigorem cautio.

XV.

Inter protestantes liberum judicis arbitrium est, an & quomodo pœnam ordinariam stupri hoc casu augere velit.

Concubitus personæ christianæ cum non christiana, seu, ut vulgo loquuntur, infideli, nihil, si rectam rationem spectes, in se habet atrocius; quodque graviorem, quam alia stupra, pœnam mereatur. Peccant illi tanquam homines, nec in illo amoris ac libidinis furore de religione cogitant. Quemadmodum igitur christianus & judæus, qui simul perpotant, furantur, rapinas exercent, tumultuantur, contra remp. conspirant, propter hanc societatem criminis gravius non puniuntur, ita nec in stupro caussam video, augendæ ob religionis differentiam pœnæ. Et profecto ridiculum est, dissimilitudinem sacrorum in solis stupris ac adulteriis spectari & puniri. Nullum ejus rei vestigium in prisco jure Romano reperitur. Ex omnibus gentibus primi Judæi hic aliquid singulare statuerunt. Sic scilicet de illis *Tacitus historiarum lib. 5. cap. 5: Aucta*, ait, *Judæorum res; & quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promtu, sed adversus omnes alios hostile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, projectissima ad libidinem gens alienarum concubitu abstinent, inter se nihil illicitum.* Et Maimonides apud *Seldenum de Jure naturæ & gentium juxta disciplinam Ebræorum, lib. 5. cap. 13. pag. 642.* testa-

ſtatur, feminæ ethnicæ, cum Judæo concumbenti, ultimum ſupplicium irrogatum fuiſſe, Judæum vero duntaxat vapulaſſe. Atque hujus pœnæ originem ſeu exemplum ex ſacra de Midianitibus, quibuscum Ebræi coiverant, hiſtoria, *Numerorum XXXI*, 15. 16. ſumunt, ſine ratione, ut ex inſpectione ejus hiſtoriæ patet. Quidquid ſit, internecinum hoc Judæorum in diſſentientes a ſua religione homines odium poſtea ad chriſtianos tranſiit, effecitque primum, ut matrimonium cum perſona non chriſtiana tanquam adulterium damnaretur, *L. 6. C. de Judæis*. De ſtupro vero nihil ſancitum. Aucta deinde cum temporum caligine ſuperſtitione, auctum quoque eſt illud odium, ac in tantum furorem erupit, ut tale ſtuprum & pro adulterio & pro apoſtaſia reputaretur, atque igne puniretur. Sic ſcilicet in *Speculo Suevico c.* 347. habetur: *Vnd iſt das ain chriſtenmann pey ainer Judin ligt, oder ain Jud bey aim chriſten Weyb, die ſind des vberhures ſchuldig, vnd man ſol ſi paida vber ainander legen, vnd ſol ſy prennen, wann der chriſtenmann hat chriſtenlichs glaubens verlangent.* Galli vero, adhuc longius progreſſi, iſtiusmodi ſtuprum ſodomiam eſſe, crediderunt, & chriſtianum, qui judæam concubinæ loco habuerat, tanquam ſi cum cane ſe commiſcuiſſet, concremarunt apud *Boerium in Deciſione* 316. *n.* 5. Itali tamen paulo mitiores apud *Oldadrum de Ponte in Conſilio* 333. *n.* 3. judæo, qui cum chriſtiana muliere rem habuerat, ſaltem virilia incidi juſſerunt. Atque adhuc hodie pontificii ſtuprum cum perſona non chriſtiana inter atrociſſima crimina referunt, & cognitionem de eo crudeli iſti tribunali, quod inquiſitio & ſacrum officium vulgo appellant, vivosque immolare homines ſolet, adſcribunt. Cujus rigorem ut evitent Hiſpani, ac ut conſcientiæ ſuæ teneriori conſulant, egregiam adhibent cautionem, atque mulierem talem, nondum chriſtianam, ante

te ſtuprum baptizant. Scribo hoc fide auctoris, Galli quidem, ſed catholici tamen, cujus hæc in *tomo V. du Recueil des Voyages au Nord pag.* 15. *ſeq.* verba ſunt: *Les Eſpanols ſur tout ſont incomparablement plus foibles, que nous, ſur ce chapitre; ce n'eſt pas la honte, qui peut les tenir, ils n'en connoiſſent gueres dans des actions naturelles; & à l'egard du remors, pluſieurs ont trouvé le moyen de s'en delivrer, en batiſant la Sauvageſſe ſitôt que l'accord eſt fait. L'ayant ainſi arrachée à l'eſclavage du Démon, le reſte leur paroit une bagatelle; la chaleur du climat excuſe leur incontinence, & leurs Caſuiſtes les raſſurent. Ne croyez pas, Madame, que j'avance ici rien d'inventé, la plaiſanterie ſiroit un peu trop forte.* Proteſtantes JCti priſcum hunc majorum ſuorum rigorem, non quidem penitus deſerere auſi, temperarunt tamen, atque in locum ignis & caſtrationis fuſtium ictum cum perpetua relegatione ſubſtituerunt apud *Carpzovium Quæſt. crim.* 76. *n. ult.* Sed ego ex ſupra dictis rationibus hanc quoque pœnam duriorem eſſe credo, atque cum *Oldrado de Pote Conſil.* 333. *n.* 3. & *Wernhero in Vol. IV. Part.* 6. *Obſervat. forenſ* 417. judicis arbitrio permitto, quomodo ſolitam ſtupri pœnam extra ordinem augere velit.

XVI.

Antiqui Romani ſcortationem non ſolum non punierunt, ſed inter virtutes retulerunt, atque tanquam caſtimoniam & pudicitiam laudaverunt.

XVII.

Hodie vero ſcortatio gravius, quam ſimplex ſtuprum, punitur.

Romani veteres ſtuprum, quod cum honeſta femina committitur, ſeveriſſime, ſcortationem plane non punierunt. Sed

Sed hoc quidem omnes norunt. Plerique tamen, ſcortationem a Romanis improbatam & pro peccato reputatam, ac ſaltem toleratam fuiſſe, exiſtimant. Ego vero, priſcos Romanos nec improbaſſe ſcortationem, ſed inter virtutes retuliſſe & laudaviſſe, contendo. Credebant ſcilicet, ſupra vires hominis, præſertim adoleſcentis, eſſe, Venere prorſus abſtinere. Itaque pro libidine exſtinguenda duo remedia præſcripta erant; matrimonium & lupanar, quorum alterutrum eligi oportebat ab his, qui caſtimoniæ laudem appetebant. Maritus igitur, qui uxore ſua, & cœlebs, qui meretriciis amoribus contentus, nuptas alienas & puellas ingenuas non tangebant, caſti purique appellabantur. Quapropter multi etiam honeſti viri lupanaria in prædiis ſuis exercebant, *L.* 27. §. 1. *de Hereditatis petitione;* & de Catone cenſorio, ſeveriſſimo morum exactore, hæc narrat *Horatius lib.* 1. *Satyra* 2. *verſu* 31. *ſeqq.*

Quidam notus homo, quum exiret fornice: Macte
Virtute eſto; inquit ſententia dia Catonis.
Nam ſimulac venas inflavit tetra libido,
Huc juvenes æquum eſt deſcendere, non alienas
Permolere uxores.

Atque idem Cato deinde, quum eundem juvenem fixam quaſi in lupanari ſedem habere animadverteret: *Adoleſcens,* inquit, *ego te laudavi, quod interdum huc venires; non quod hic habitares.* Erant quidem ſubinde & apud Romanos, qui meretricios amores in adoleſcentibus damnarent. Verum his reſpondet *Cicero in Oratione pro M. Cœlio n.* 48: *Si quis eſt,* inquiens, *qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet: eſt ille quidem valde ſeverus: negare non poſſum: ſed abhorret non modo ab hujus ſæculi licentia, verum etiam a majorum conſuetudine atque conceſſis; quando enim hoc non factum eſt? quando reprehenſum? quando non permiſſum? quando denique*

fuit, *ut*, *quod licet*, *non liceret?* Adde eundem *n.* 42. ubi juventutem parere quidem voluptatibus, ſed tamen parcere pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne incurrat in alterius domum atque famam, ne probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat, jubet. Hinc Micio apud *Terentium in Adelphis*, *actu* 1. *Sc.* 2. *v.* 21: *Non eſt*, ait, *flagitium*, *mihi crede*, *adoleſcentulum ſcortari.* Addit quidem ad hunc locum *Donatus*: *Non peccatum negat eſſe; ſed flagitium non eſſe contendit*, *& ideo ſubindignanter pronuntiandum eſt; ut ſi dicat: Scortari quidem adoleſcentulum*, *delictum eſt*, *ſed non eſt flagitium; & veniæ locus non tam in facto*, *quam in perſona*, *eſt conſtitutus.* At enim vero Donatus, divi Hieronymi præceptor, ſuis in profanos auctores commentariis chriſtianas doctrinas immiſcet, &, ut Terentium chriſtiano ore loqui faciat, diſcrimen inter flagitium & peccatum, veteribus ignotum, fingit. Nos chriſtiani, qui ex ſacro codice, inprimis ex 1 *Corinth. VI*, 15. 16. 18. novimus, quam ſcortatio grave & flagitium & peccatum ſit, ſcortatores & ſcorta aſperius, quam ſtupra, punimus. Vide *Conſtitut. Elect. Saxon.* 28. *P.* 4.

XVIII.

Procaces pejores ſunt meretricibus, *aſperiusque puniendæ.*

Procacem mulierem aſperius puniri oportebat, quam meretricem. Nam, ut recte *Cicero in Orat pro Cœlio*, *cap.* 20. *n.* 49. obſervat, procax meretricem improbitate vincit. Et dici profecto non poteſt, quantam mulieres procaces in civitatibus, & maxime academiis, ſtragem faciant. Eſt autem procax ſecundum *Servium lib.* 1. *Æneid. verſ.* 540. idem, quod petax, quæ ſcilicet viros ad ſtuprum invitat & ſolicitat. Talis fuit illa Sempronia apud *Salluſtium cap* 25. *libidine ſic accenſa*, *ut ſæpe peteret viros*, *quam peteretur.* Tale fuit totum gynæceum in aula Caroli IX.

Gal-

Galliarum regis. Sic enim illud describit Joanna, Navarræ regina, apud *le Laboureur addit. à Castelnau tom.* 1. *pag.* 903. *seq.* in literis ad filium, Henricum: *La plus maudite & corrompuë compagnie. Ce ne sont pas les hommes icy, qui prient les femmes, ce sont les femmes, qui prient les hommes.* Igitur JCti Vitembergenses mense Februario anni cIↄIↄ CCXXXVI. feminam maritatam, quæ adolescentem ad adulterium pellexerat, & cum hoc aliisque maritis, sine seminis immissione tamen, concubuerat, quamvis maritus ei injuriam condonasset, in perpetuum relegarunt: Gestehet Helena Kahlin, eine Ehe-Frau, daß sie Gottfried Grohmannen zur Unzucht verleitet, und sich mit ihm, ingleichen mit David Hänschen und David Döringen, zweyen Ehe-Männern, fleischlich vermischet. Ob sie nun wol die Immissionem seminis bey allen dreyen läugnet, zudem der Inquisitin Mann sie, nachdem er ihre Untreue erfahren, wieder zu sich genommen, und ihr ehelich beygewohnet; So wird sie doch, in Ansehung der Verführung, des Landes ewig verwiesen.

XIX.

Usus fori olim cognitionem de stupro ad jurisdictionem superiorem retulit, ex dubiis tamen & quæ inferiori jurisdictioni magis favent, argumentis.

XX.

Igitur hic fori usus hodie in dubium vocatur, ac decisionem legislatoris exspectat.

XXI.

Interim collegia Vitembergensia stuprum inferiori jurisdictioni relinquunt.

Cognitio de stupro, ad quam jurisdictionem, superioremne an inferiorem, pertineat, juris, non privati solum,

 sed

ſed & publici, quæſtio eſt, quam nuper adhuc, editis aliquot ſcriptis, Marchiones Brandenburgici Onolsbacenſes cum Epiſcopis & Præpoſitis Bambergenſibus agitarunt. Marchiones nempe, qui ſibi jurisdictionem ſuperiorem in oppidulum Furth adſcribunt, propter hanc ſibi etiam cognitionem de ſtupris & fornicationibus hunc in modum apud *Fabrum* in der Staats-Canzley, *Part.* 53. *cap.* 13. *pag.* 381. *ſeqq.* vindicant: Krafft des *juris communis* ziehet das Hoch-Fürſtl. Hauß Onoltzbach die *ſtupra*, *fornicationes* und *ſimplicia adulteria*, als *Delicta publica*, zur Fraiſch, und beſtrafft ſelbige, nach Beſchaffenheit der Umſtände, mit Amts- und Lands-Verweiſungen, Staupenſchlag, *damnatione ad opus publicum*, mit dem Pranger ꝛc. welche *genera pœnarum* alle *criminal* ſeyn, und den Leib *afficiren*, L. Amiſſione 5. de capit. dim. L. Rei 2. L. 17. §. 1. & L. 34. de Pœn. Carpz. proceſſ. crim. p. 3 qu. 102. n. 3. ſeqq. Wie dann auch ſolche *genera pœnarum* weyland Herr *Marquard Sebaſtian*, Biſchoff zu Bamberg, ſelbſt durch ein gedrucktes Ausſchreiben zur Fraiſch gezogen, *in verbis:* Straffen an Leib, Leben und Gliedern, ewig oder auf gewiſſe Zeit geſtellte Gefängnüß, Prangerſtellen, Land-Stadt-Marck- und Flecken-verweiſen, ꝛc. Und muß man ſich nicht daran ſtoſſen, oder glauben, daß, was dem Leib keinen Schmertzen oder Pein macht, nicht vor *criminal* oder peinlich zu halten ſey; maſſen in der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung vielerley *Delicta* und deren Beſtraffung vor *criminal* und peinlich gehalten werden, die doch dem Leib *immediate* keine Pein machen, als da iſt *pœna infamiæ* O. C. art. 104. & 110. *pœna relegationis*, *ſi ex publico judicio irrogetur*, O. C. art. 113. *pœna confiſcationis bonorum omnium vel partis in judicio publico irrogata* O. C. art. 104. 110. 111. & 196. junct. rubr. art. 198. Es iſt ſich auch nicht irre machen zu laſſen, daß ſolcherley

De-

Delicta zuweilen mit Geld gebüsset werden. *Nam ut hodie causa aliqua dicatur criminalis*, (eine peinliche Sache) *necessarium haud est, ut ea præcise & semper pœnam corporis afflictivam secum trahat, sed sufficit, eandem ita esse comparatam, ut pœna etiam corporis afflictiva probabiliter in illa locum invenire possit: Origo enim facti, propter quod pœna infligitur, an illud ad crimen publicum sit qualificatum, an non, attentenda, ac proin non considerandum, an mulcta pecuniaria, an vero pœna corporalis infligatur*, arg. L. 1. C. de Lucr. descr. imp. L. 8. pr. mand. COLER. de Proc. exec. p. 2. c. 1. n. 140. CARPZ. pr. Crim. qu. 109. n. 40. & 62. VULT. de Judic. l. 2. c. 1. n. 60. NUND. Cons. 1. n. 138. vol. 2. HARPR. Cons. 49. n. 150. & 161. cum seqq. MEV. 4. Dec. 363. n. 5. Wem ist auch unbekannt, daß eine *pœna pecuniaria fisco applicanda pro criminali* zu achten, und die *Aggratiatio* die Natur des *committirten Delicti* nicht *mutire*? Damit man aber nicht meynen mögte, es wäre das Hoch-Fürstliche Hauß Brandenburg-Onoltzbach allein derjenige, der etwas *singulaires* im Fränckischen Crayß einführen wolte, so ist zwar bekannt, daß in denen Catholischen Höfen und Aemtern die *Stupra* und *Fornicationes* nicht groß *attendiret*, ja zuweilen gar der geistlichen *Censur* blosser Dings überlassen werden. Inzwischen finden sich doch auch in dem Fränckischen Crayß Stände und *Membra*, welche die *Fornicationes* und *Simplicia adulteria* Fraischlich *tractiren*. Also *exerciret* das Hoch-Fürstl. Hauß Bayreuth die *Fornications*-Bestraffung über alle, nicht nur der Dom-Probstey, sondern auch dem Stifft Bamberg selbst zugethane, und im Brandenburgischen Fraisch-*District* angesessene Unterthanen. Gleiches wird auch im Hertzogthum Neuburg beobachtet. Und die Commenthurey Ellingen hat die *Fornicationes, ratione* des Guts Ramsberg, vor Fraischlich *articulirt*. Dergleichen auch in denen Graffschafften Ho-

Hohenlohe und Castell, in den Fürstlich- und Gräflich-Oettingischen, wie auch Fürstlich-Schwartzenbergischen Landen, und in der Rotenburgischen Landwehr, *observiret* wird. Ja, der Reichs-Adel selbst, wo einige mit der Fraischlichen Obrigkeit *investirt* seyn, ziehet die *Fornicationes* dahin, und kan Pappenheim, *ratione* eines gewissen *Districtus*, zum Exempel dienen. Was hätte auch das Stifft Bamberg nöthig gehabt, sich mit dem Adel, Orts Gebürgs, erst vor wenig Jahren der *Fornications*-Bestraffung wegen zu vergleichen, wann es sich nicht selbst solche zuvorn *contra nobiles* angemasset hätte. Will man auch andere Crayße ansehen, so wird sich finden, daß darinn gleichfalls die Sache nicht klar sey. Gestalten ex Constit. Elect. Saxon. p. 4. c. 27. & 28. bekannt ist, daß die *Stupra* und *Fornicationes* zu den Ober-Gericht gehören, Carpz. pr. Crim. qu. 109. n. 46. & qu. 70. n. 47. In dem Schwaben-Spiegel, L. 1. c. 309. §. 3. wird die Unzuchts-Bestraffung gleichfalls zur Cent gerechnet, Mager. de Advoc. arm. c. 2. n. 108. Dergleichen geschicht auch in dem Hertzogthum Gotha, vid. Sächsisch-Gothaische Anno 1667. emanirte Lands-Ordnung, p. 2. c. 1. tit. 9. & p. 2. c. 4. tit. 10. pag. 244. andere Orte zu geschweigen. Vides, inter cetera argumenta etiam consensum juris Saxonici electoralis allegari. Ille tamen consensus multum dubii habet. Nam *Constitutiones 27. & 28. Partis* 4. quæ stupratores & scortatores carcere aliquot dierum aut mulcta puniunt, ac tunc saltem, quum quid atrocius præterea admissum est, pœnam augent, in utramque partem trahi possunt; & præcipuum *Carpzovii in Quæstione criminali 70. n.* 48. *& Quæst.* 109. *n.* 47. argumentum: *Tam stupri quam fornicationis reos pro ratione circumstantiarum ac qualitate criminis relegatione ac quandoque fustigatione puniri posse;* infirmissimum est, facileque retorqueri poterit, si dicas, in constituendis juris-

di-

dictionum limitibus non eam pœnam, quæ aliquando extra ordinem ob accedentes graviores circumstantias decernatur, quum, si hoc fiat, nullum crimen ad inferiorem jurisdictionem referri posset, sed solitam potius & ordinariam spectari oportere. Itaque, etsi Carpzovii auctoritas plerosque JCtos Saxones olim in consensum traxerit, hodie tamen illi magis in contrariam partem, quod scilicet cognitio de stupro ad inferiorem jurisdictionem pertineat, propendent. Certe Collegia Vitembergensia a potentissimo rege hunc in modum interrogata: Hochgelahrte liebe Getreue: Demnach Unsre Rechts-Collegia, wegen der schlechten Huhrerey: ob solche zu denen Ober- oder Nieder-Gerichten gehörig; zeithero differenter Meynung gewesen, und, obwol Carpzovius in seinen Criminalibus P. 2. Quæst. LXX. verschiedene præjudicia, da vormals die Cognition darüber denen Ober-Gerichten zugesprochen, anzuführen weiß, dennoch nachgehends davon abgegangen worden; Wir aber der Nothdurft zu seyn befinden, daß hierunter Gleichheit gehalten werde; Als begehren Wir, Uns wollet ihr, wie eures Orthes diesfalls bishero gesprochen worden, euren gehorsamsten Bericht förderlichst einsenden, auch zugleich eure hierüber führende Gedancken cum rationibus dubitandi & decidendi mit beyfügen. Daran geschiehet Unsere Meynung. Datum Dreßden am 19. Martii Anno 1723. sic responderunt: Ew. Königl. Maj. haben sub dato den 19. Martii dieses 1723. Jahres allergnädigst uns anbefohlen, wir solten, wie wegen der schlechten Huhrerey, ob solche zu denen Ober- oder Nieder-Gerichten gehörig, unsers Orts bishero gesprochen worden, mit Beyführung unserer hierüber führenden Gedancken, cum rationibus dubitandi & decidendi, allerunterthänigst berichten. Diesem allergnädigsten

sten Befehle zu allerunterthänigst-gehorsamster Folge mögen Ew. Königl. Maj. in tiefster Submission wir nicht verhalten, welcher gestalt nach Anleitung derer Durchlauchtigsten Churfürsten Mauritii und Augusti glorwürdigsten Gedächtnisses Landes-Ordnung de an. 1550. & 1555. Tit. Was zu Ober- und Nieder-oder Erb-Gerichte gehöret rc. wir zeithero stuprum und clandestinam fornicationem, dafern es Inhalts der 28sten und 29sten Constitution P. IV. disfalls nach Gelegenheit derer Personen, und wegen Vielheit der geübten Unzucht, auch Vergiftung mit bösen Kranckheiten, und anderer Umstände, zu einer Landes-Verweisung oder höhern Strafe nicht kommen können, zu denen Nieder-Gerichten, und zwar vornemlich um deß willen, gerechnet, weil ordentlicher Weise dergleichen Delicta nur mit zeitlicher Gefängniß bestrafet werden; welches wir auch bey dem Verfahren wider einen ledigen Kerl, so mit einer öffentlichen Huhre zu thun gehabt, also observiret, dahingegen, was die Weibes-Personen, so öffentlicher huhrischer Weise leben, betrift, die 29ste Constitution P. IV. das Mandat vom 30. Sept. 1609. und die Ehe-Ordnung im vierten Punckte vers. die Gemeine rc. klare Maasse geben, daß solche öffentlich zu verweisen, mithin derselben Bestrafung unstreitig vor die Ober-Gerichte gehöret. Wenn nun gleich Carpzovius Pract. Rer. Crim. P. II. Qu. 70. num. 48. seqq. & P. III. Qu. 109. n. 32. seq. it. Defin. Forens. ad Const. El. Sax. P. IV. C. 28. def. 4. die Untersuchung und Bestrafung des Stupri und Fornicationis, ausser denen zwey Fällen, da beyde Personen, so schlechte Huhrerey begangen, nachmals einander ehelichen, oder Braut und Bräutigam vor der Priesterlichen Copulation sich zusammen finden, schlechterdings zu denen Ober-Gerichten ziehet, auch dieserwegen auf unterschiedene Præjudicia sich berufet: So

sind

sind dennoch dessen dabey angeführte Rationes und Fundamenta hierzu keinesweges hinlänglich; Allermassen, daß derjenige, so die Erb-Gerichte exerciret, die ihm zugelassene Gefängniß-Strafe über acht Tage nicht extendiren könne und solle, in denen Sächsischen Rechten nirgends ausdrücklich verordnet, viel mehr aus denen allergnädigsten Duell-Mandaten de Anno 1706. & 1712. das Gegentheil sofort erscheinet, hiernächst von demjenigen, was nur bisweilen und gar selten geschiehet, keine Regula zu machen, folglich die delicta stupri & clandestinæ fornicationis um deßwillen, daß sie wegen besonderer mit einlaufenden Umstände eine Landes-Verweisung und höhere Strafe nach sich ziehen können, unter die Ober-Gerichts-Fälle regulariter nicht zu zählen, zumal notorisch, daß Stuprum und fornicatio nicht zum öftern, wie Carpzovius P. IV. Const. 28. def. 4. num. 5. supponiret, mit der Landes-Verweisung, sondern gemeiniglich nur mit zeitlicher Gefängniß, wie er Pract. Rer. Crim. P. III Qu. 109. n. 62. nicht ohne Contradiction selber behauptet, bestrafet werden. Bey welcher Bewandniß, und da in ob angezogener Landes-Ordnung zwischen solchen Brüchen, deren Strafe Hals, Hand- und andere Leibes-Strafe, oder auch Verweisung betrift, und zwischen kleineren und geringeren Fällen, ein deutlicher Unterscheid zu befinden, und jene denen Ober-Gerichten, diese aber denen Nieder-Gerichten zur Untersuchung und Bestrafung überlassen werden, Berlichii Auslegung, welcher P. V. Concl. 38. num. 127. cognitionem & pœnam stupri zu denen Unter-Gerichten referiret, Carpzovii hierunter hegenden Meynung billig vorzuziehen. Uberlassen jedoch die gantze Sache Ew. Königl. Majest. höchst-erleuchtesten Ermessen und gerechtester Decision, die wir in treuester Devotion verharren 2c. Wittenberg den 30. April. 1723.

1723. Quamdiu hæc decisio exspectatur, in collegiis juridicis Vitembergensibus secundum inferiorem jurisdictionem respondetur. Ipse ego sic mense Februario anni 1737. respondi: **Weil die Frage, ob schlechte Schwängerungs-Sachen zu den Ober-Gerichten gehören, auf Landesherrliche Entscheidung ausgestellet ist, immittelst aber disfalls bey hiesigen Collegiis vor die Nieder-Gerichte laut abgelassenen allerunterthänigsten Berichts vom 30. April. 1723. gesprochen wird, Königl. Maj. auch hierauf ein anders noch zur Zeit nicht anbefohlen, so wird bey den Ober-Gerichten vor der Hand darinnen weiter nichts vorgenommen.** Non dissimulabo tamen, senatum regium, **die Regierung**, mense Majo ejusdem anni in contrarium præfecto cuidam rescripsisse: **Wir haben verlesen hören, was du in Schwängerungs-Sachen, Hans Christian Baders an einen, Marien Dorotheen Lehmannin andern Theils, unterm 24. Aprilis jüngsthin allerunterthänigst anhero berichtet, und wegen der disfalls streitig gewordenen Cognition dich zu bescheiden gebeten; Nachdem du nun anzuführen gewust, daß Unsern dir anvertraueten Amte die Ober-Gerichte über die Mühle zu Arnsneste zustehen; Als ist hiermit Unser Begehren, du wollest die Sache gebührend fortstellen, und den Besitzer der Mühle zu Arnsneste dessen bedeuten.** Datum **Dreßden** am **I. May**, Anno 1737.

C. L. von Gerßdorff.

Gottfried Ludewig Linck, D.

XXII.

Stuprum tunc, quum matrimonium insequitur, mitius punitur, atque indubie ad jurisdictionem inferiorem refertur.

XXIII.

XXIII.

Stuprum tamen intra annum luctus commissum, sive matrimonium sequatur, sive non, simpliciter ad jurisdictionem superiorem pertinet.

XXIV.

Stupri, intra annum luctus commissi, pœna pro ratione temporis, quod inter illud & mortem conjugis intercessit, augetur.

Temperamentum, quod *Carpzovius in Quæst. crim.* 109. *n.* 49. doctrinæ suæ de stupro ad jurisdictionem superiorem pertinente subjicit, ut tunc, quum stuprator stupratam ducit, cognitio ad judicem inferiorem referenda sit, novas nuper lites peperit. Civis quidam oppiduli, jurisdictione inferiore gaudentis, viduam intra annum luctus compresserat ac deinde duxerat. Vocant eum igitur in jus & senatus oppiduli & præfectus, cui jurisdictio superior in oppidum data erat. Senatus Carpzovii auctoritatem allegabat, præfectus, cessare hoc casu, quo exasperanda sit pœna, Carpzovii rationem, respondet, & senatum absistere ab incepto sub mulctæ comminatione jubet. Quo non parente, acta ad præsidem mittuntur, qui sic mense Februario anni cIↄ Iↄ CCXXXIV. decrevit: Weil durch den anticipirten Beyschlaf im Trauer-Jahre ein doppeltes Verbrechen begangen worden, mithin die Strafe, ungeachtet der erfolgten Ehe, die sonst auf die blosse Huhrerey gesetzte Strafe wol übersteigen oder wenigstens erreichen möchte, so gehöret diese Untersuchung allerdings zu den Ober-Gerichten, und wird der Rath zu Garow, sein Verboth wieder aufzuheben, bedeutet, sodann aber die Lindnerin und ihr Ehe-Mann anderweit zur Vernehmung sub pœna confessi & convicti vorgeladen, inzwischen jedoch oben gedachter Rath, in An-

Ansehung, daß er einige Wahrscheinlichkeit aus *Carpzovio Quæst. crim.* 109. *n.* 49. vor sich gehabt, noch zur Zeit mit der fol. 3. b. ausgesetzten Strafe verschonet. Injuriam sibi fieri ratus senatus consulit JCtos Lipsienses, ac responsum ab his accipit, quale voluerat. Præfectus tamen, hoc neglecto, pergit in caussa, citat iterum reos sub pœna confessi & convicti, &, quum hi a senatu territi non comparerent, acta ad Scabinos Vitembergenses mittit, qui sic mense Aprili an. cIↄ Iↄ CCXXXIV. respondent: Dieweil die Beschlafung einer Wittwe bey *Carpzovio Quæst. crim.* 109. *n.* 32. schlechterdings unter die Ober-Gerichts-Fälle gerechnet, und allhier, da sie in dem Trauer-Jahre geschehen, noch schwerer gemachet wird, also, nach Anleitung der Churfürstl. Sächsischen 27. *Constitution, part.* 4. eine grössere und härtere Strafe verdienet, und denn alle Verbrechen, deren Strafe nicht feste gesetzet ist, sondern von der Obrigkeit nach Befinden ziemlich erhöhet werden kan, zu den Ober-Gerichten gehören; So wird dem Rathe zu Garow nochmalen bey 10. Reichsthaler Strafe angedeutet, das gethane Verboth aufzuheben, und sodann die Ladung an Lindneren und sein Ehe-Weib, welche noch zur Zeit, wegen der ihnen gedroheten Strafe und mangelnden Sicherheit, vor ungehorsam nicht zu achten seynd, erneuert, worauf ihrer Bestrafung, wie auch der Unkosten halber, ferner ergehet, was recht ist. Appellat senatus, sed, rejecta appellatione, acta iterum mense Februario anni cIↄ Iↄ CCXXXV. ad Scabinos Vitembergenses mittuntur, ac ab his sic judicatur: Daß Lindner und sein Ehe-Weib wegen des in einem halben Jahre nach des ersten Ehe-Mannes Tode anticipirten Beyschlafs jedes 3. Wochen mit Gefängniß zu bestrafen, und alle durch sie verursachte Unkosten, davon die fol. 53. b. angeschriebene ohne Abzug, von de-

denen fol. 41. b. sq. aber nur 2. Rthlr. 18. Gr. massen der Rath die übrige durch den erregten Jurisdictions-Streit veranlasset, zu bezahlen schuldig. Scilicet stuprum intra annum luctus commissum graviorem, quam simplex, pœnam meretur. Augetur vero pœna, pro ratione temporis, quod inter mortem conjugis & stuprum intercessit. Sic iidem Scabini eodem mense simile crimen ob diversitatem temporis mitius punierunt: Daß Honborg und sein Ehe-Weib wegen des 3. viertel Jahr nach des ersten Ehe-Mannes Tode anticipirten Beyschlafs jedes 14. Tage mit Gefängniß zu bestrafen, auch alle Unkosten zu bezahlen schuldig.

XXV.

Stuprum puellæ impuberi, etsi consentienti, illatum gravius punitur.

XXVI.

Solus conatus in impuberem asperius, quam simplex stuprum, puniendum est.

XXVII.

In probatione hujus delicti testimonium puellæ impuberis admittitur, ac indicium ad torturam facere potest.

XXVIII.

Aliquando testimonium hoc, si aliis argumentis firmetur, plenam fidem facit.

Stuprum puellæ impuberi, seu nondum viri potenti, licet consentienti, illatum gravius, quam stupra simplicia, puniri oportere, nemo est, qui dubitet. Et leges quidem claræ sunt, scilicet in jure Romano *L.* 38. §. 3. *de Pœnis*, juncto §. 4. *J. de Publicis judiciis*, in Saxonia vero *Constit. Elect.* 31. *P.* 4. quæ fustium ictum sta-

statuit. Quin imo hoc delictum tam atrox est, ut solus conatus, si non durius, saltem æqualiter cum stupro simplice perfecto, puniendum sit. Ceterum probatio hujus delicti plerumque difficillima est, quum stupratores non soleant testes in facinore suo adhibere, ipsius autem puellæ impuberis testimonium fidem ex juris nostri regulis non inveniat, *L. 20. de Testibus*. Verum enim vero sicut judicis in admittendis testibus laxissimum arbitrium est, *L. 3. §. 2. de Testibus*, ita ille aliquando testes etiam impuberes, audire, fidemque iis adhibere potest. Vide *Carpzovium Quæst. crim. 114. n. 42.* Quamobrem in *Specimine CCLXXXIII. de Arbitrio judicis unico doctrinæ de testibus fundamento, medit. 4.* exemplum memoravi, quo JCti Helmstadienses juveni, stupri cum puella infantiam vix egressa reo, ex hujus puellæ testimonio tormenta decreverunt. At postea iidem JCti mense Martio anni cIↃ IↃ CCXXV. longius progressi militem, qui attentati cum puella octo annorum concubitus insimulabatur, hujus puellæ testimonio, plurimis aliis argumentis firmato, plene convictum crediderunt, atque hunc in modum damnarunt: Daß Inquisit mit dreymaligem Gassen-Laufen zu bestrafen, und zu Erstattung aller Schäden und Unkosten anzuhalten. V. R. W. Rat. Dec. Inquisit wird einer an einem Mädgen von 8. Jahren verübten Unzucht beschuldiget. Er selbst läugnet die That beständig, und hat eigentlich sonst nichts, als das Zeugniß dieses Mädgens und eines anderen Kindes von 5. Jahren, so noch nicht einmal recht reden kan, wider sich. Da nun in peinlichen Sachen Zeugen unter das 20ste Jahr aufzustellen nicht einmal vergönnet ist, *L. 20. de Testibus*, so gewinnet es das Ansehen, ob sey das Zeugniß dieser beyden Kinder gantz ungültig, und Inquisit lediglich zu absolviren. Alldieweil aber oben angeführter *lex* 20. eigentlich nur den alten Römischen processum accusa-

satorium angehet, und einem Richter, welcher ex officio procediret und inquiriret, keinesweges die Hände binden, immassen überhaupt ein Richter und Urthelsfasser bey dem Erkänntnisse über einen Beweiß nicht an gewisse Regeln gebunden ist, sondern nach genauer Betrachtung aller Umstände der Billigkeit und seinem Gewissen gemäß statuiren kan, was er vor erwiesen achtet, und denn niemand, welcher die uns zugefertigte Acta durchlieset, an der Wahrheit der dem Inquisiten beygemessenen Missethat zweifeln wird, gestalt die Unschuld der beyden Kinder, die Ubereinstimmung derselben in allen Umständen, die Beständigkeit in der Aussage, die bey der von dem Feldscherer und der Bade-Mutter bey der Besichtigung des Mädgens an derselben Schaam gefundene Spur einer Gewaltthätigkeit, uns völlig überzeugen, worzu überdis des Inquisiten hæsitiren pag. 19. und 20. ingleichen sein variiren pag. 38. in dem Verhöre und Confrontation kömmt, zu geschweigen, daß er sich selbst erkläret, es auf den Eyd der Eltern des Kindes, der Sophia, des Feldscherers und der Bade-Mutter ankommen zu lassen, welchen diese Personen insgesamt abgeschworen; So ist der in Actis befindliche Beweiß allerdings hinlänglich. Es fällt auch höchst-bedencklich, auf ein remedium eruendæ veritatis zu interloquiren, da Inquisit seine Leichtsinnigkeit in Schwören, durch unterschiedene bey dem Verhöre gethane Betheurungen und Flüche, an den Tag leget, also unmöglich mit gutem Gewissen zum Reinigungs-Eyde gelassen werden kan, hingegen auf die Tortur zu sprechen allzu hart seyn würde, nachdem das Delictum in terminis eines blossen conatus verblieben, und Inquisit nicht einmal seinen Saamen emittiret, mithin die ordentliche Strafe sonder Zweifel abgehet; Diesemnach haben wir ihn zu den Spieß-Ruthen condemniret.

SPE-

SPECIMEN DLXXXII.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
INFAMIA STVPRI ABOLENDA
PVBLICE DEFENSVM
A
CHRIST. GOTTHILFF JVNGHANNSIO
SITTENSI MISN.
DIE XXIII. DECEMBR. ANNI cIↃ IↃ CCXXXV.

I.

De infamia ex stupro oriunda quatuor sunt diversæ JCtorum sententiæ.

II.

Aliqui, infamiam propter stuprum irrogari, plane negant.

III.

Alii, infamiam facti ex stupro oriri, sed saltem aditum ad honores & collegia intercludere, non vero ab iis, quæ quis jam obtinuit, excludere, dicunt.

IV.

Iterum alii solam infamiam facti admittunt, sed hanc & ab officiis obtentis & obtinendis excludere, perhibent.

V.

Denique alii infamiam juris, quæ reum omnibus honoribus & collegiis indignum facit, ob stuprum irrogant.

VI.

Atque hæc ultima sententia juribus convenit.

An,

An, & qualis infamia ex ſtupro oriatur, quosque effectus habeat, vehementiſſime diſputatur. Et mihi quidem clariſſimæ videntur leges, quæ juris infamiam irrogant, §. 4. *I. de Publicis judiciis*, *L. 7. de Publicis judiciis*, *L. 25. C. ad legem Juliam de Adulteriis*. Diſſentiunt tamen Carpzovius *Deciſione* 17. *n.* 9. 10. & *libro* 6. *Reſponſo* 100. *n.* 9. item Bergerus in *Oeconomia juris*, *pag.* 68. *n.* 4. atque, infamiam, quæ ex ſtupro oritur, ſaltem facti eſſe, perhibent; quibus reſponſum fuit in *Specimine LII. de Infamia*, *med.* 2. At enim vero tota hæc noſtra cum Carpzovio & Bergero lis intra verba ſubſiſtit. Conveniunt enim Carpzovius & Bergerus in hoc, quod infamia, ex ſtupro orta, ſenatorem ordine moveat, ac reum reamve a collegiis & opificiis excludat. Quin imo Bergerus in *Jurispr. crim. pag.* 351. ſenatori ob ſtuprum condemnato ne quidem a judice inferiore & collegio juridico famam & ordinem reſervari poſſe, contendit. Nihil ergo revera intereſt, hanc infamiam nobiscum juris, an cum Carpzovio & Bergero facti appelles. Ne vero inaniter pugnemus, verus nobis adverſarius quærendus eſt, quem acrem ſatis in Mevio *ad Jus Lubec. Part* 4. *tit.* 4. *art.* 1. *Addit.* reperimus, ubi ſic ait: *De iis, qui ſtuprum commiſerunt, ab officiis & opificiis excludendis frequentiſſima eſt contentio; Quæ dependet ex illa quæſtione, an ſtuprum infamiam irroget, ſeu ex lege vel more civitatis, vel rationabili ſapientum judicio? Infames enim munerum publicorum ſunt incapaces*, l. 2. ib. gloſſ. C. de Decurion. *Qui illi ſint, definit* d. l. 2. *cum loquitur de famoſis & notatis, quos ſcelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat. Collegia & opificia, etſi dignitatem non habent, tamen ex moribus civitatum tales quoque non admittunt, quod ut bona ratione ad continendam in vita caſta & honeſta juventutem receptum eſt, ita merito ſervatur. Inter iſtos ubi lex civitatis refert ſtupri reos, dubitandum non eſt, eos ſimul reddi*

istorum, quæ infames non capiunt, incapaces. At ubi per legem & morem illorum non est infamia, injusta est eorundem non admissio aut remotio. Quæ tanquam pœna sine jure non est irroganda, l. si quis 14. §. Divus 14. ff. de Religios. & sumt. fun. l. ordine 15. pr. ad Municip. l. 14. C. de Pœnis. *Inhabilitare aliquem ad officium vel actum pœna est*, l. cognitionem 5. §. minuitur 2. ff. de Extraord. cognit. l. moris 9. ff. de Pœn. *Per jus civile Romanum, quo tanquam communi utimur, stupro non reperitur irrogata infamia; Ideo ex hoc non est illa pœna dictanda. Haud sufficit quodvis factum probrosum, ut officii vel opificii quis incapax sit, sed tale, quod vitam famamque turpem reddat. Cujusmodi simplex stuprum haud habetur, quod transitorium vel plerumque juventutis delictum est. Cujus reos velle munerum & artium incapaces reddere, quantæ imprudentiæ sit, æstimabunt, qui examinata præstantissimorum ingeniorum & optime de republica merentium vita anteriori deprehendent, cariturus magnis commodis meritisque civitates. Taceo, quantæ iniquitatis sit, ob tale delictum illos in omni vita fore abjectos & a virtute sua exclusos. Vt igitur crimen & ejus reos nolo defendere, &, si iis moribus aut ejus inertiæ sint, ut alias non mereantur munera, admitti nolo, sic cum superat vitium ars, scientia & virtus, isti plus quam delicto tribuendum duco, præsertim cum nulla lex arcet aut infamat.* Vides, Mevium stupri crimen ab omni infamia liberare velle, quod & Carpzovius *P. 2. Const. 6. def.* 14. *n. 6. seqq.* facit, ac istam hominum opinionem, quæ mulierem stupratam macula & infamia facti laborare censet, pravam, sinistram, falsam appellat, & vulgo adscribit. Nec negamus, eas, quas Mevius ultimo loco ponit, rationes vim aliquam habere, ac nos, si legum ferendarum potestate gauderemus, movere potuisse, ut stupri reos e collegiis & opificiis non ejiceremus, nec honoribus arceremus. At legibus, quæ tam clare loquuntur, obnoxii non possumus stupri reos ab infamia liberare, nec in collegiis, opificiis

ficiis & honoribus relinquere. Concidit ergo & temperamentum eorum, qui cum Lynckero in *Responso* 185. *n.* 24. ex stupro solum infamiam facti nasci, atque hoc inter infamiam juris & facti interesse dicunt, quod infamia facti saltem aditum ad honores, officia publica & collegia occludat, ab iis vero, ad quæ jam ante stuprum quis admissus fuit, non excludat, e contra infamia juris dignitates, quas quis jam gerit, tollat, atque reum ex collegiis, in quibus sedet, ejiciat, & emolumentis omnibus, muneri ejus annexis, spoliet: Verum hoc inter infamiam juris & facti discrimen, præterquam, quod adhuc multum dubii habet, nec ex *L. 2. C. de Dignitatibus* satis probatur, si vel maxime admitti posset, ad stuprum tamen, in quod jura supra memorata infamiam exerte statuunt, trahi nequit. Quum igitur mense Junio anni cIɔ Iɔ CCXXX. acta, in quibus de justitia sententiæ a JCtis Duisburgensibus conceptæ disputabatur, ad JCtos Vitembergenses mitterentur, hi responderunt: Es sey die Sache in den beyliegenden Duisburgischen Rationibus decidendi gar gründlich ausgeführet. Operæ itaque pretium erit, ipsas Duisburgensium JCtorum rationes hic subjici: Ob wol das stuprum keine infamiam juris nach sich ziehen möchte, quum nullibi in jure de infamia criminis hujus quidquam reperiatur, Carpzov. *Part. I. decis.* 17. *num.* 9. dasselbe zum wenigsten moribus hodiernis, præprimis vero secundum jus Lubecense, zu behaupten ist, prout tradit *Mevius ad jus Lubec. lib.* 4. *tit.* 5. *artic.* 1. *ibique in addition.* auch eine infamia facti nur ein impedimentum machet, zu Ehren-Aemtern zu kommen, keinesweges aber die erhaltene aufhebet, *L. 2. C. de Dignitat. Lib. Baro de* Lynker, *Respons.* 185. *num.* 24. Dieweil aber dem Leuteraten die infamia juris anklebet, quippe quum infamem faciat aliquem sententia lata ex eo crimine, quod judicii publici caussam habuit,

buit, *L. 7. ff. de Public. judic.* so kan derselbe bey seinem bishero geführten Ehren-Amte mit rechtlichem Beystand nicht gelassen werden, ejusmodi enim infamia omnem fidem enervat, omnemque dignitatem & honorem adimit, ita ut infames muneris publici non sint participes, *L. 38. C. de Decurion. L. 2. C. de Dignitat.* Carpzov. *Decis.* 17. *num.* 7. dahero dann Leuterat das Salarium und die Accidentien als einen effectum gedachter Ehren-Stelle nicht mehr hat prætendiren können; Wowider die in præcedentibus in contrarium vorgebrachte argumenta nichts in den Weg zu legen vermögen, angesehen, daß des vorhin angeführten Carpzovii Meynung, quod nimirum stuprator tantum laboret infamia facti, irrig; dann weil das Stuprum ein crimen publicum ist, §. 4. *l. de Public. judic. L. 25. C. ad L. Jul. de Adulter.* so muß demjenigen, welcher propter stuprum condemniret worden, nothwendig infamia juris ankleben, anerwogen *L. 7. ff. de Publ. jud.* deutlich besaget, quod omnem ex judicio publico damnatum sequatur infamia; Quam sententiam contra Carpzovium defendit *Lauterbach. in Colleg. theor. pract. ff. tit. de His, qui not. infam.* §. 15. und weil bereits vorhin angezeiget worden, daß dem Rathmanne Hans Julio Sorben infamia juris anklebe, so wird derselbe seines Ehren-Amts nothwendig entsetzet werden müssen, nam generaliter infamibus portæ dignitatum non patebunt, *cap. 87. de Reg. juris in 6.* sicut infames non solum non admittendi, sed etiam, si stante dignitate maculantur, ab ea removendi sint, *L. 8. C. de Decur. Beat. Zahn. in Politia municipali, lib. 2. cap. 1. num. 93.*

VII.

VII.

Nimia quorundam in excusando stupro facilitas improbatur.

VIII.

Abolitio tamen infamiæ, in stuprum sancitæ, suadetur.

IX.

Pœnitentia ecclesiastica non amplius, ut apud veteres christianos, beneficium, sed vera pœna est,

X.

Quæ atrocitate sua alias pœnas vincit, ac infamiam immortalem reddit.

XI.

Habet igitur funestissimos & reipublicæ perniciosissimos effectus, atque in ea loca, in quibus recepta non est, introduci non debet.

Excerpsimus supra Mevii locum, quo aliqua stupri apologia continetur. Similem in modum *Modestinus Pistoris Consilio* 46. *n.* 10: Wil nicht gleuben, ait, das derienige, der da Unzucht treibet, und *simplicem fornicationem exercirt*, dardurch zu einem Richter oder Schöppen untüchtig gemacht werde, sonst würden ir gar wenig in die Schöppenstül können kommen; denn man gar selten einen findet, der da nicht in der Jugend, weil er frey und ledig ist, mit solchen freien Dirnen, als diese gewesen seyn soll, darvon die Frage meldet, unterweilen zu thun hat. Magis operose *Menochius in Arbitrariis judicum quæstionibus*, *lib.* 2. *casu* 328. septem argumentis ostendit, *infamem non esse, nec turpem personam, si amo-*

re vehementi capta, sui copiam amanti fecit, & ob id ait a testatore instituti posse, etiam ejus fratre, vel sorore præteritis. Sed hoc privati fecerunt. Ex principibus etiam aliqui stupri crimen publice excusarunt, & ab infamiæ nota liberare annisi sunt, inter quos Philippus Burgundio, episcopus Vltrajectinus, laudatissimus optimusque princeps, referente apud *Freherum in Scriptoribus rerum Germanicarum, tom. III. p.* 189. Gerardo Noviomago in vita ejus, *ebriosos, præsertim, qui cerevisia se ingurgitare solent, detestabatur, scortationibus minus infestus. Ipse enim in Venerem propensior, inque adolescentularum amoribus ardentior erat. Si quis sacrarum virginum, monachorum, sacrificulorum, & eorum, qui aut magistri nostri, aut Theologi salutantur, cœlibatum prædicasset, irridebat vehementer, impossibile dicens, homines integro corpore, ætate, in tanto ocio, in tanta rerum omnium copia, qui crebro aut vino calerent, aut turgerent cerevisia, posse caste vivere. Quare horum castitatem impurissimam humanæ naturæ contumeliam interpretabatur. Sacrificulos, qui domi concubinas alerent, simulatæ castitatis professoribus multo puriores judicabat. Hinc male, ut mulierosus, a ptochotyrannis audiebat, & in publicis concionibus oblique notabatur. Quod tamen patienter contemnebat, futurum sperans (ut ajebat) se vivo, ut omnis compulsæ castitatis necessitas unanimi Episcoporum ac Presbyterorum consilio tolleretur.* Quamvis vero nos excusationes istas per omnia non probemus, sed potius cum *Lynckero in Emendationibus ad Analecta pag.* 19. JCtos supra memoratos delicto huic nimis indulgere atque facilitatem juventutis immerito prætendere, credamus, tamen, si ex regulis jurisprudentiæ non tam judiciariæ, quam legislatoriæ vel consultatoriæ, quemadmodum a *Bergero in Oeconomia juris, pag.* 1. appellatur, loquendum est, ingenue profitemur, infamiæ pœnam, jure scripto in stuprum sancitam, reipublicæ non inutilem solum, sed & perniciosam esse, atque adeo vel aboleri,

leri, vel temperari, vel, quantum fieri poteſt, reſtringi oportere. Conſentit mecum Conſiſtorium eccleſiaſticum Vitembergenſe, quemadmodum ex ſequenti exemplo patebit: Multa ſcilicet ſunt loca, in quibus ſtupri & fornicationis rei ad pœnitentiam publice & ſolemniter in templo agendam adiguntur. Mos hic ab antiquiſſimis primorum ſæculorum chriſtianis ad nos derivatus, ſi priſcam faciem & naturam ſuam retinuiſſet, optimus foret. Lapſi olim in crimen, & propterea a ſacris conventibus excluſi, anxie tanquam maximum beneficium efflagitabant, ac ægre & multis precibus obtinebant, ut per pœnitentiam ſolemnem in veterem gratiam reducerentur, atque hoc publicum conciliationis ſuæ cum cœtu chriſtiano monumentum exſtaret. At ſequentibus temporibus invitis beneficium obtruſum, aut potius ex beneficio pœna facta eſt, atque pro pœna etiam in *c. 6. X. de Homicidio* reputatur. Et vincit quidem hæc pœna atrocitate ſua alias, quod infamiam ac notam, occultiorem ante, manifeſtat, & novis cerimoniis auget, memoriamque ejus quaſi immortalem reddit. Tantum igitur abeſt, ut pœnitentia hæc publica ſcandalum, quod ex ſtupro oriri vulgo creditur, aboleat, aut minuat, ut celebritate ſua potius augeat, qua de re in *Specimine DXV. de Præſcriptione criminum*, *medit.* 10. dictum. Inde fit, ut pœnitentia hæc publica funeſtiſſimos effectus habeat, & homines, pudoris ſui non prorſus oblitos, ſed exiſtimationis ſuæ conſervandæ ſtudioſos, ad deſperationem adigat, & in atrociſſima crimina, parricidia, abortus, occultationes uteri, expoſitiones infantum, perjuria, mutationes religionis, fugam e patria, deſertionem muneris publici, &c. impellat. Audimus hæc quotidie, pœnam tamen ipſam, ubi legibus vel conſuetudine ſtabilita eſt, retinere ac infligere cogimur; aliquando ſaltem,

tem, siquidem caussa, etiam levior, adfertur, in mulctam pecuniariam mutamus. Multi nihilominus, malorum istorum forte ignari, pœnitentiam hanc saluberrimam esse adversus stupra & fornicationes medicinam, sibi persuadent, optantque, ut universali lege in ea etiam loca, quæ eam huc usque non observarunt, introducatur. Fatigatus horum supplicationibus rex noster optimus & providentissimus consuluit Consistorium sacrum Vitembergense mense Novembri anni 1731. crederetne bonum fore, ut his precibus satis fieret. Dissuasit Consistorium principi indulgentissimo rem, atque sic mense Januario anni 1732. respondit: Als Ew. Königl. Maj. und Churfürstl. Durchl. auf des Pfarrers zu P. in beygefügten Acten fol. 6. befindliche allerunterthänigste Vorstellung und dabey beschehenes Ansuchen, daß die vormals üblich gewesene Kirchen-Busse daselbst wieder eingeführet werden möchte, an uns fol. 5. allergnädigst rescribiret: Wir solten, wie es um das Anführen bewandt, auch warum die Kirchen-Busse in P. abkommen, hinlängliche Erkundigung einziehen, und so dann unsern allerunterthänigsten Bericht mit Wiedersendung der Inlage und Beyfügung derer Acten, auch unsers unmaßgeblichen Gutachtens, erstatten; So haben wir an den Sup. zu J. uns davon allenthalben Nachricht zu ertheilen, Verordnung ergehen lassen. Ob nun wol derselbe, wie die Kirchen-Busse vormals in P. üblich gewesen, jedoch seit 40. bis 50. Jahren her in desuetudinem gekommen, mithin, da die alte Personen, welche davon Wissenschaft gehabt, mit Tode abgegangen, die Ursache, warum sothane Kirchen-Busse eingestellet worden, ausser dem, was der Stadt-Musicus G. ausgesaget, schwerlich ausfindig zu machen, weitläuftig angeführet, auch darneben, daß, gleich wie zu P. also an

an-

andern Orten J. Inspection, eine durchgängige und gleichförmige Kirchen-Busse eingeführet und hergestellet werden mögte, angetragen; So können wir doch, wenn wir unser unmasgebliches Gutachten beyfügen sollen, deren Einführung an denenjenigen Orten, wo solche nicht bereits zeithero gebräuchlich gewesen, um deßwillen nicht anrathen, weil daraus viel Incommoda, welche den Nutzen fast überwiegen, entstehen, gestalt 1) manche geschwängerte Weibes-Personen, dieser Strafe und Prostitution zu entgehen, sich zu einem Kinder-Morde verleiten lassen, hiernächst 2) diejenige, welche die Kirchen-Busse thun sollen, sich öfters, zu grossem Nachtheile ihrer Herrschaft, aus dem Lande wenden, dergleichen wir zu verschiedenen malen, besonders in der Inspection Baruth, und nur jetzo in der Hertzbergischen Inspection, wahrgenommen, ferner 3) die Andacht derer Zuhörer und Zuseher, auch der pœnitentium selbst, die durch den Schimpf gantz ausser sich gesetzet seynd, dadurch mehr gestöhret, als das Aergerniß gehoben, denenjenigen auch, so die Kirchen-Busse leisten, 4) dadurch eine halbe infamia, oder doch eine levis notæ macula und Vorwurf zugezogen wird, zumal 5) die Verbrecher ihre Sünde durch die Civil-Strafe genugsam büssen, und, wenn sie sich dadurch von der Huhrerey nicht abschrecken lassen, es wegen der Kirchen-Busse nicht thun werden, immassen sich auch 6) nicht findet, daß an denjenigen Orten, no die Kirchen-Busse nicht eingeführet, weniger Huhrerey begangen werde, worzu 7) kommt, daß selbige ohne dis die alte hie bevor üblich gewesene Pœnitentia ecclesiastica gar nicht, sondern von derselben sehr unterschieden ist. Ewr. Königl. Maj. und Churfürstl. Durchl. überlassen jedoch wir in aller Unterthänigkeit, was Dieselbe disfalls zu resolviren, und uns anzubefehlen allergnädigst geruhen wol-

len; die wir in unverrückter Treue allstets beharren &c. Probavit has rationes rex, ac ita rescripsit: Uns ist vorgetragen und verlesen worden, was unsern, auf des Pfarrers zu P. gethanes Vorstellen und dabey beschehenes Suchen, daß die vormals üblich gewesene Kirchen-Busse daselbst wieder eingeführet werden möchte, vom 12. Nov. vorigen Jahres ergangenen Befehle zu Folge, ihr, untern 30. nächst abgewichenen Monaths Januarii, unterthänigst anhero berichtet, und zu unserer Resolution gestellet. Wie wir nun hierauf die Kirchen Busse an denenjenigen Orten, wo solche nicht bereits zeithero gebräuchlich gewesen, wieder einführen zu lassen, erhebliches Bedencken tragen; Also ist unser Begehren hiermit, ihr wollet euch darnach gebührend achten, M. K. auch, und wen sonst nöthig, dessen bescheiden lassen. Möchten wir euch mit Wiedersendung derer Acten nicht bergen, und es geschicht daran unsere Meynung. Datum Dreßden, am 15. Febr. 1732. Iisdem rationibus motus potentissimus Prussiæ rex, qui nunc regnat, quum in principio regiminis sui legem tulisset, ut, quisquis stuprum committeret, cujuscunque dignitatis foret, pœnitentiam publicam in templo subiret, animadversis deinde funestissimis, quos lex hæc habuerat, effectibus, quamvis impudicitiæ magis, quam aliis criminibus, infensus esse pergeret, connivere tamen propter bonum publicum sapienter cepit, & stupratas non punire, quam infamiæ pœna ad atrociora facinora adigere, maluit. Rem sic narrat auctor libri, qui sub titulo: Leben und Thaten Friderici Wilhelmi, Königs von Preussen; nuper prodiit, *p. 924*: Ihre Majestät seynd ein recht abgesagter Feind von aller geilen Brunst und Hubrerey. Dem ohngeachtet haben Sie Barmhertzigkeit und *Compassion* mit geschwächeten und gefallenen Personen.

Ja,

Ja, weil Sie wissen, daß eben diejenige, welche sich am wenigstem aufs Huhren-Handwerck legen, am allerersten und leichtesten schwanger werden, haben Sie *en faveur* derselben alle Straffe aufgehoben, die sonst eine geschwängerte Person zu gewarten gehabt. Solches ist aus zweyerley Ursachen gewesen; erstlich, weil eine geschwächte Person, die keinen Vater zu ihrem Kinde hat, der solches sambt ihr ernehret, die verachteste und elendeste Creatur unter der Sonnen ist, vors andere, damit eine unverheyrathete und schwangere Person, aus Furcht vor der Kirchen-Busse und anderer Straffe, nicht etwa zur Vertuschung ihrer Leibes-Frucht, und zu einen Kinder-Mord, verleitet werden möge. Begehet aber eine Weibes-Person dennoch einen Kinder-Mord, so wird sie gesäcket.

COROLLARIA.

I. Pœnitentia publica, in crimen stupri sancita, præscriptione quinquennali tollitur. *Specimen DXV. de Præscriptione criminum, medit.* 10.

II. Subsequens matrimonium læsam stupratæ existimationem in integrum restituit. Et certum hoc quidem est tunc, quum illam non stuprator, sed vir alius honestus ducit, suæque existimationis & honoris participem reddit, arg. *L.* 8. *de Senatoribus, L.* 13. *C. de Dignitatibus.* Vide *Bergerum P. I. Responso* 257. *n.* 5. Sed de stupratore, qui ipse existimationem perdidit, atque, quod non habet, uxori dare nequit, dubitari poterat. Vsus fori tamen, favor matrimonii & æquitas hoc quoque casu restitutionem famæ admittunt; qua de re in *Specimine XIX. de Legitimatione, medit.* 1. dictum.

III. *Lynckerus in Emendat. ad Analecta*, *pag.* 19. ad eorum ſententiam, qui infamiam juris ex ſtupro irrogari negant, accedit, hocque argumento utitur, quod publicæ leges de criminibus, quæ infamiam juris inferunt, non de omni ſpecie ſub lege Julia vel Cornelia accipiendæ ſint. Et poſſet hoc argumentum alicujus momenti videri, niſi *lex* 25. *C. ad legem Juliam de Adulteriis*, opinionem eorum, qui ancillas comprimunt, ſaltem gravari, horum vero, qui liberas ſtuprant, infamia adfligi, clare diceret.

IV. Quatuor iſtis, quas in principio hujus lucubratiunculæ memoravi, de infamia ex ſtupro oriunda opinionibus addi poterat quinta, Carpzovii nempe, qui diſcrimen inter ſexus facit, & eam quidem infamiam, quæ mari irrogatur, ex more & opinione hominum, non leviorum, ſed honeſtorum graviumque virorum, in *Deciſione* 17. *n.* 10. derivat, contra in *P.* 2. *Conſt.* 6. *def.* 14. *n.* 7. 8. opinionem, qua mulier macula & infamia facti laborare cenſeatur, pravam, ſiniſtram, falſam & vulgi appellat. At enim vero diſcrimen inter ſexus ſine legis auctoritate faciendum non eſt, *L.* 4. *C. de Liberis præteritis.*

V. Bergeri ſententia, quam ſupra in *medit.* 1. retuli, quod ſenatori ob ſtuprum damnato judex & collegia juridica famam & ordinem reſervare nequeant, vera eſt, & firmatur *lege* 63. *de Furtis.* Diſpenſatio hoc quippe foret, quam principi relinqui oportet.

SPE-

SPECIMEN DLXXXIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
STVPRI JVDICIO CIVILI
PVBLICE DEFENSVM
A
JOANNE GOTTLOB PVSCHERO
BISCHOFFSWERD. MISN.
D. XIX. APRIL. ANNI cIↃ IↃ CCXXXVI.

I.
Stuprata alternative, vel ad dotandum, vel ad ducendum, agere debet.

II.
Si alterutrum solum petat, exceptione plus petitionis repellitur.

III.
Sed hoc tunc saltem verum est, quando vel sponte alterum petitionis membrum omittit,

IV.
Vel tamen ipsa in culpa est, ut alterum petere non possit.

In obligatione alternativa, quam jura hodierna stupratori imponunt, ut stupratam vel ducat, vel dotet, electio stupratoris, tanquam debitoris, est, *c. 70. de Regulis jur. in 6.* Igitur stuprata, quæ alterutrum petit, exceptione plus petitionis repellitur, §. 33. *I. de Actionibus.* Communis hæc doctrina, & in judiciis recepta, non tamen simpliciter vera est, sed distinctione indiget. Tunc scilicet stuprator exceptionem plus petitionis

opponere potest, quando stuprata ex libera voluntate alterum petitionis membrum omittit, & vel dotem solam, vel matrimonium solum flagitat, cujus rei exemplum vide in *Specimine CCXIV. de Concubitu desponsatorum, medit.* 4. Idem est, si in præsens quidem alterum petere nequeat, ipsa tamen facto suo sibi facultatem alterutrum petendi ademit; ut, si alteri post stuprum nupserit, quod exemplum habet Richter in *Decisione* 88. *n.* 30. Sed commemorabo in præsens aliud. Juvenis publica sponsalia celebrat, nuptiasque solemniter facturus, palam in templo, ut mos est, cum sponsa nominatur. Intercedit muliercula quædam, ac, sponsum istum sibi olim fidem matrimonii dedisse, vitiumque attulisse, denunciat. Post exiguam altercationem transigunt ambo, & reus quidem XX. thaleros numerat, muliercula vero intercessioni suæ & actioni ex sponsu renunciat, nuptiasque permittit. Factis nuptiis, eadem mulier novellum maritum ad magistratum civilem trahit, omissaque, cui renunciarat, actione ex sponsu, ex stupro agit, dotemque petit. Reus exceptione transactionis se tuetur, & liti renunciatum esse opponit. Actrix, transactionem de sola matrimoniali actione initam fuisse, actionem ex stupro toto cœlo ab hac differre, denique renunciationes stricte interpretandas esse, respondet. Judex mulierculæ adsentit, ac reum ad solvendos pro dote XX. florenos, & ad alendum infantem damnat. Appellat reus. Tum JCti Vitembergenses, arbitri accepti, mense Novembri anni cIↄ Iↄ CCXXXI. actionem ex stupro, quippe exceptione plus petitionis elisam, locum habere negant, sententiam tamen, quod ad alimenta infantis, confirmant: Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden, daß Beklagter, weiln er Klägerin mit 20. Thaler, ihres Einspruchs und Ehe-Klage halber, abgefunden, diese also, nachdem sie gegen Empfang der 20. Thaler die

die Ehe-Klage fallen lassen, weiter nicht alternative klagen kan, die Klägerin mit 20. fl. auszustatten nicht, jedoch die zur Alimentation ausgesetzte 9. fl. von Zeit an, da das Kind zur Welt gekommen, jährlich zu reichen schuldig.

V.

Quodsi res sine culpa stupratæ eo devenit, ut matrimonium peti non possit, simpliciter ad dotem dandam agitur.

VI.

Stuprator, cui nuptias optanti pater stupratæ filiam dare recusat, ad dotem dandam tamen obligatur.

VII.

Communis opinio, quod lex divina, Exodi XXII, 16. *stupratorem conjunctive ad dotandum & ducendum obliget, maxime dubia est.*

Sæpe res sine dolo vel culpa stupratæ in eum statum devenit, ut matrimonium peti, atque adeo alternative agi non possit. Et, siquidem stuprator facto suo rem in hunc statum deduxit, dubium non est, quin ad alterutrum solum, quod superest, obligetur. Fac nempe, illum paulo post, quam vitium puellæ obtulit, cum alia nuptias facere. Concidit sic quidem matrimonii spes ex parte stupratæ, nec potest illa, ut matrimonium legitime initum sui caussa dissolvatur, flagitare. At quis, stupratorem etiam per hoc a necessitate dotandi liberari, dicat. Indignum & contra leges foret, ut calliditas stupratoris, nuptias festinantis, omne stupratæ jus interverteret. De casu fortuito autem, qui sine culpa stupratoris intervenit, vel facto tertii, quod neutri parti imputari potest, disputari nonnunquam in foro solet. Et rectæ rationi atque analogiæ juris utique convenit, ut id solum, quod superest, tunc petatur.

Bene

Bene Scævola in *L.* 2. §. 3. *de Eo, quod certo loco: Eum*, ait, *qui Stichum aut Pamphilum promittit, eligere posse, quod solvat, quamdiu ambo vivunt: ceterum, ubi alter decessit, exstingui ejus electionem; ne sit in arbitrio ejus, an debeat.* Adde *L.* 95. *pr.* & §. 1. *de Solutionibus.* Casui fortuito æquiparandum est factum extranei. Extraneum hic appellamus ipsum stupratæ patrem, qui filiam suam stupratori, nuptias optanti, uxorem dare recusat. Nihilominus enim stuprator dotem solvere compellitur, *Exodi XXII*, 17. Objicies forsan, divinam hanc legem supponere obligationem conjunctivam, in *præcedente commate* 16. stabilitam, atque adeo ad humana jura, quæ ex obligatione conjunctiva alternativam fecerint, non pertinere. Sed pertinet utique. Dubium adhuc est maxime, utrum verba illa *commatis* 16. quæ in Ebræo idiomate sic sonant: *Dotando dotabit eam in uxorem;* quæque vulgatus interpres sic vertit: *Dotabit eam, & habebit eam in uxorem;* Lutherus ita vero transtulit: **Der soll ihr geben ihre Morgengab, und sie zum Weibe haben**; conjunctivam obligationem involvant. Certe Rabini apud *Seldenum in Uxore Ebraica, lib.* 1. *cap.* 16. lege ista non simplex de uxore ducenda, sed duntaxat de mulcta ob virginitatem ereptam solvenda, præceptum contineri, contendunt, perinde, ac si dictum fuisset, tantum nomine dotis pendat, quantum eam idoneam ei, dotis scilicet ratione, redderet uxorem, &, si uterque velit, nuptiis jungantur, ita tamen, ut, si aut is ipse, aut puella, aut puellæ pater, renueret, nam horum cuique hac in specie illud integrum fuisse volunt, mulctam is, velut dotem virginalem, patri persolveret. Et *Calovius* noster in *Bibliis illustratis ad hunc Exodi locum: Lex*, inquit, *Mosaica de ducenda stuprata intelligi potest cum conditione, ubi nempe stuprator matrimonium promiserit illi, quam vitiavit, vel cum qua concubuit.* Sed utut etiam lex divina

vina conjunctive intelligenda ſit, jura humana obligationem iſtam jam diu alternativam fecerunt. Atque tamen lex illa divina, ſtupratorem, cui pater filiam collocare detrectat, ad conſtituendam dotem obſtringens, juri canonico inſerta eſt, *c. 1. X. de Adulteriis.*

VIII.

Maritus etiam, &, qui alias lege nuptias cum ſtuprata facere prohibetur, ad dotandum tamen obligatus eſt.

IX.

Nec ab hac obligatione liberatur, quamvis ſtuprata matrimonium illud ac impedimentum ſcivit.

X.

Genuina obligationis ad ducendum vel dotandum ratio conſiſtit in corruptelis ac illecebris, quæ ex parte viri interceſſiſſe cenſentur.

XI.

Dos, ad quam dandam ſtuprator ſtupratæ obligatur, non eſt vera dos, atque adeo ſtupratæ, etſi nuptias nunquam faciat, debetur.

Acerrima hic eſt inter JCtos pugna. Lancellottus in *Inſtit. juris can. lib. 4. tit. 8. §. 3: Si quis*, ait, *virginem defloraverit, dotata virgine eandem patre conſentiente habebit uxorem: Si vero pater virginis dare noluerit, aut ſtuprator eam uxorem habere legibus impediatur, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt;* ac pro firmamento ſententiæ ſuæ *c. 1. & 2. X. de Adulteriis*, in quibus tamen nihil de hoc capite reperitur, in margine allegat. Adprobat Zieglerus Lancellotti ſententiam in *notis ad verba: Legibus impediatur;* additque: *Quod intelligendum etiam eſt de eo, qui uxorem jam habet, Modeſtin.* Piſtor. *Quæſt.*

127. *n.* 16. Berlich. *Part.* 5. *concl.* 38. *n.* 35. Sed ex adverſa parte ſtant Carpzovius *Quæſt. crim.* 68. *n.* 72. & 75. Mevius in *Jus Lubec. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 1. *n.* 9. *&* 15. & tam in adulterio, quam in inceſtu, maſculo neceſſitatem dotandi remittunt. Medius inter hos Bergerus in *Oeconomia juris*, *p.* 1214. *ſeq. Adulter*, inquit, *qui cum virgine rem habuit, ab hac ad dotandum conveniri poteſt. Quæ vero paſſa eſt inceſtum, dotem petere nequit, quum, ubi nullum eſt matrimonium, ibi nec dos eſſe intelligatur; argumentum ab adulterio ad inceſtum non valet.* Quam tamen differentiæ inter adulterium & inceſtum rationem ego non perſpicio. Melius videtur temperamentum JCtorum Jenenſium apud Richterum *Dec.* 88. *n.* 14. qui intereſſe dicunt, utrum ſtuprata ſtupri tempore impedimentum, quod nuptiis obſtabat, ſciverit, an ignoraverit, ac priore caſu eam a limine judicii repellunt, poſteriore admittunt. Verum re rectius cogitata, mulierem, etiamſi, eum, cum quo rem habuit, maritum eſſe, vel nuptias ſuas lege prohiberi, ſciverit, poſſe tamen ad dotandum agere, exiſtimo, atque adeo ſimpliciter Lancellotti ac Ziegleri ſententiæ accedo. Genuina quippe ratio obligationis ad dotandum vel ducendum in corruptela, quæ ex parte viri interceſſiſſe cenſetur, conſiſtit. DEVS ipſe *Exodi XXII*, 16: *Si quis*, ait, *pellexerit virginem;* ſeu, ut Lutherus vertit: **Wenn jemand eine Jungfrau beredt.** Jus canonicum in *cap.* 1. *X. de Adulteriis: Si quis ſeduxerit virginem.* Hæc ratio in adultero & eo, quem leges nuptias cum puella, quam ſtuprat, facere vetant, non ceſſat, ſed gravior efficitur. Igitur, quum ſtuprata matrimonium optare non poſſit, obligatio ad dotandum remanet. Nec movemur ſubtili iſto Bergeri ratiocinio, quod, ubi nuptiæ fieri non poſſint, nec dos intelligatur. Dos enim hæc, quam ſtuprator ſolvere cogitur, non eſt vera dos, ſed reſtitutio damni,

damni, quod ſtuprata patitur, quod damnum ex quantitate dotis æſtimatur, atque ideo dos appellatur. Si vera dos eſſet, ſtuprata eam prius petere non poſſet, quam nuptias cum alio faciens. Obligatio enim dotandi tacitam in ſe conditionem habet, ſi nuptiæ ſequantur, *L.* 41. *pr. de Jure dotium*, *L.* 20. *C. de Donat. ante nuptias.* Verum ſtuprata, etſi nunquam nubat, dotanda tamen eſt a ſtupratore.

XII.

Stuprata, quæ ipſa ſtupratorem pellexit & corrupit, neque dotem neque nuptias petere poteſt.

Ex iis, quæ in *antecedentibus meditationibus* de fonte obligationis ad dotandum vel ducendum dixi, quod is ſcilicet in corruptelis ac illecebris, a viro adhibitis, conſiſtat, porro deciſio controverſiæ, utrum ſtuprata, quæ corrupta non fuit, ſed ipſa ſtupratorem corrupit & pellexit, actionem ſuam perdat, fluit. Negat hoc Mevius *ad Jus Lubec. Part.* 4. *tit.* 5. *art.* 1. *n.* 13: *Licet*, inquiens, *conſtet ex confeſſione aut probatione, virginem viduamve ſtupratam cauſam dediſſe vitio, dum ad amores allexit juvenem, ejusque colloquia & oſcula irritavit, dotare tamen hic debet;* ac tanquam conſentientes allegat Farinacium in *Practic. crim. p.* 4. *tit.* 16. *quæſt.* 147. *n.* 54. & Schneidewinum ad §. *In duplum*, *n.* 141. *de Actionibus.* Contradicunt Mevio Strykius *ad Brunn. Jus eccleſ. lib.* 2. *cap.* 18. §. 26. & Richterus in *Deciſ.* 88. *n.* 18. *ſeqq.* quorum hic: *Quanquam*, ait, *in dubio puella ſemper decepta & ſeducta præſumatur, uti ex* Schneidew. Farinac. *& aliis DD. probat* Berlich. *p.* 5. *concluſ.* 38. *n.* 30. *in fin. Si tamen conſtet, puellam occaſionem ſtupratori dediſſe ad committendum ſtuprum, tunc eam neque ducere neque dotare tenetur.* Berlich. *d. l.* 31. Adſenſerunt his JCti Vitembergenſes menſe Junio anni cIↃ IↃ CCXXXIII. atque ſic reſponderunt:

Nun scheinet ihm zwar hauptsächlich im Wege zu stehen, daß Beklagter selbst nicht in Abrede seyn kan, mit der Klägerin in einem Bette gelegen zu haben; Alldieweil aber der von Beklagtem eingeräumte Umstand von dem bey einander liegen im Bette durch den Anhang, daß Klägerin sich dolose und wider seinen Willen zu ihm geleget, entkräftet wird, &c.

XIII.

Actio ex stupro contra heredes stupratoris datur.

XIV.

Sed & hi tamen optionem inter nuptias & dotem habent.

Accidit sæpiuscule, ut stuprator ante optionem moriatur. Novæ tunc nascuntur lites, inter quas prima est, an stuprata contra heredes stupratoris actionem retineat. Objicietur ei maxime, quod actiones ex delictis, etiamsi rei persequutionem contineant, in heredem non dentur, *L.* 4. §. 6. *L.* 6. & 7. *de Alienatione judicii mutandi.* At enim vero jus naturale heredem, qui in defuncti locum subit, & ex ejus persona lucrum capit, facta quoque ejus, sive licita sive illicita, præstare, & damnum, si quod defunctus dedit, ex hujus patrimonio resarcire jubet. Recessit quoque hac in parte jus canonicum a Romano in *cap. ult. X. de Sepultur.* & *c.* 5. *X. de Raptoribus.* Mores vero jus canonicum juri Romano anteponunt. Altera quæstio est, utrum heredibus his adhuc electio competat. Adfirmamus etiam hoc propter §. 23. *I. de Legatis*, & *L ult. pr. C. Communia de legatis.* Absurdum videri poterat, nos post mortem stupratoris heredibus ejus electionem inter dotem & matrimonium relinquere, quum defunctus nuptias facere jam non possit. Verum posse utique contingere, ut heredes ad optionem provo-

vocent, exemplo ostendam: Muliercula vitiata contra stupratorem vel ad dotandum vel ad ducendum egerat, victricemque sententiam obtinuerat, atque ex ea stupratorem alternative obligatum habebat. Interpellat eum sæpius, ac declarationem poscit. Ille vero tergiversatur, & inter moras tandem diem supremum obit. Tum mulier, se uxorem & infantem suum legitimum declarari atque hereditatem sibi adjudicari, petit. Intercedit defuncti pater, seque heredem legitimum esse, & optionem sibi adhuc integram esse, dicit. Adsenserunt JCti Vitembergenses patri mense Decembri anni cIɔ Iɔ CCXXXIII: Ist Hans Barth der jüngere auf eine von Marien Moderachin wider ihn angestellte Schwängerungs-Klage, die Klägerin entweder zu ehelichen, oder mit 15. fl. zu dotiren, nicht weniger die auf des Kindes Geburth und Taufe gewandte Unkosten zu bezahlen, und dem Kinde 10. fl. jährlich statt der Alimenten zu reichen, condemniret worden, jedoch, ehe er diesem Urtheil ein Gnügen gethan, verstorben, wannenhero zu wissen verlanget wird: Ob das von Hans Barthen und der Moderachin erzeugte Kind pro partu legitimo zu achten, und sowol jetzo seines verstorbenen Vaters, als künftig des noch lebenden Groß-Vaters rechtmäßiger Erbe sey. Wenn nun gleich ein Stuprator auf dem Falle, da er die Geschwängerte auszustatten und abzufinden nicht vermag, schlechterdinges selbige zu ehelichen angehalten wird, hiernächst die Moderachin sich bey Barths Leben alle Mühe gegeben, ihn zu einer Erklärung auf die ihm in dem Urtheil zugestandene alternativam anzuhalten, seiner aber wegen seiner Abwesenheit und ungewissen Aufenthalts nicht habhaft werden können, folglich, daß nunmehr das Urthel zu ihrem, und vornemlich des unschuldigen Kindes Faveur erkläret, und die Ehe vor vollzogen geachtet werden müsse, es

das Ansehen gewinnet; Dennoch aber und dieweil des Sohnes Flucht und Ungehorsam dem Vater keinen Nachtheil bringen, *L.* 47. *de Regulis juris*, noch einen Erben wider Willen aufdringen kan, quoniam invito suus heres agnasci non debet, §. 7. *I. de Adoptionibus*, hiernächst der Sohn bey seinem Absterben die Ehe noch nicht vollzogen gehabt, also seinen Vater als rechtmäßigen Erben verlassen, welchem sein einmal erlangtes Recht durch eine Fiction nicht entzogen werden kan, übrigens das uneheliche Kind, da des Vaters Verlassenschaft zu seiner Unterhaltung nicht hinreichet, selbige von des Vaters Vater ex naturali obligatione zu fodern berechtiget, demnach in so weit gesichert ist; So ist das von Hans Barthen und der Moderachin ausser der Ehe erzeugte Kind vor ehelich nicht zu erkennen, noch vor einen rechtmäßigen Erben seines Vaters und künftig seines Groß-Vaters zu achten.

XV.

Probatio stupri difficillima est, ac nunquam fere directe per testes vel documenta perficitur.

XVI.

Itaque communiter jusjurandum defertur.

XVII.

Hæc via quidem licita est, sed raro felicem exitum habet, ideoque dissuadetur.

XVIII.

Et melior ostenditur, probatio nempe artificialis per conjecturas.

XIX.

Quæ, quamvis primo intuitu infirmæ videantur, tamen in unum collectæ aliquando jurijurando suppletorio, aut saltem purgatorio, locum faciunt.

XX.

Ex jurejurando purgatorio actrix plus fructus, quam ex delato, capit.

Instituta actione civili ex stupro, ac reo negante, circa probationem, quæ actrici imponitur, præcipuæ nascuntur difficultates. Committuntur istiusmodi delicta clam, & noctu maxime, nemine, præter delinquentes ipsos, conscio. Deficiunt itaque testes, & magis adhuc documenta. Ac miseræ mulierculæ, quum in judicium venitur, & probatio poscitur, DEVM & conscientiam suam in testimonium vocant, jurare paratæ. Sed nihil ita efficiunt. Occinitur iis illud apud *Plautum in Persa actu* 3. *sc.* 1. *v.* 19. *seq. Si ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit, fides sublestior.* Itaque nominatione sua, etsi inter tormenta partus facta, etsi jurejurando firmata, ne tantum quidem proficiunt, ut reus ad jusjurandum purgationis adigatur. Vide *Specimina XIV. de Prægnantibus & puerperis, medit* 4. item *CXLII. de Jurejurando purgatorio, medit.* 7. Quid ergo faciendum misellis? Si testes & documenta demis, duæ solæ viæ restant, quarum prior facillime patet & ideo quotidiana est, nempe jurisjurandi delatio. Quamvis enim olim de ea dubitatum, atque a multis, jusjurandum in caussis famosis deferri non posse, creditum fuerit, vicit tamen jam diu in collegiis & judiciis ea sententia, quæ jusjurandum in caussis famosis, si civiliter agatur, deferri permittit, tanquam juri convenientior, ut in *Specimine CXXXV.*

CXXXV. de Jurisjurandi delatione, medit. ult. ostensum, atque ab *Electore Saxone in Decisione* 17. adprobata. Verum isthæc via, quamvis trita & plana & ingressu facillima, infelicem fere semper exitum habet. Rei, postquam semel negare cœperunt, rarissime jurisjurandi religione ab hoc proposito absterrentur. Ex centum reis, quibus jusjurandum de stupro delatum fuit, unus forte erit, qui confiteri, quam jurare, malit. Reliqui intrepidi jurabunt. Ego itaque stupratis, eorumque advocatis, ut hanc viam eligant, auctor nunquam sum, nisi spes omnis, quidquam via altera, quam mox indicabo, proficiendi, evanescat. Est hæc scilicet probatio artificialis, seu per conjecturas. Circumspiciat modo & conquirat advocatus solers circumstantias omnes, quæ reum quomodocunque suspectum reddere possunt, atque ex his in unum collectis argumenta eliciat, ad reum convincendum apta. Si non ampliorem, hunc saltem ex labore suo fructum capiet, ut judex jusjurandum purgationis a reo exigat. Ita vero & clientem suam a jurejurando calumniæ, quod in delatione præstandum erat, liberabit, & spem habet, reum, maxime si facto aliquo suo suspicioni caussam dedit, in expensas, quæ propter jurisjurandi delationem semper compensantur, damnatum iri. At sæpe majus inde commodum reportat, aditum nempe clienti suæ ad jusjurandum suppletorium patefaciendo. Nam Gregorius XI. Pontifex in *cap.* 36. §. 1. *X. de Jurejurando*, præsumtione pro actore faciente, judici permittit, inspectis personarum & caussæ circumstantiis, actori jusjurandum deferre. Judicem itaque, si major perjurii metus ex parte rei, quam actricis, apparet, quamvis argumenta ab hac allata ambigua sint, secundum Hadriani in *L.* 3 §. 2. *de Testibus* præceptum, ex animi sui sententia, quid aut credat, aut parum probatum sibi opinetur, æstimare, &, si animus

mus magis in actricis partes propendeat, hanc ad jusjurandum suppletorium admittere, oportet. Cujus rei luculentum exemplum in *Spec. CCLXXXIII. de Arbitrio judicis, unico doctrinæ de testibus fundamento, medit.* 13. adlatum est. Subjiciam nunc aliud, responsum scilicet JCtorum Helmstadiensium mense Majo anni cIɔ Iɔ CCXVII. exaratum: Es scheinen zwar die von Beklagtem wider den letzt ertheilten Bescheid angeführte Gravamina von sattsamer Erheblichkeit zu seyn, indem der Klägerin blosses Bekänntniß von der mit Beklagtem getriebenen Unzucht, ungeachtet daß die Gebuhrt-Zeit mit dem von ihr angegebenen Termine des Beyschlafes übereinkommt, nicht hinlänglich ist, Beklagten nur mit dem Reinigungs-Eyde zu beschweren, viel weniger auf den Erfüllungs-Eyd zu erkennen, wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob hätte berührter Bescheid aufgehoben, und Beklagter von der angestellten Klage loßgesprochen werden sollen. Alldieweil aber die nach der Zeit darzu gekommene Indicia der Klägerin Beschuldigung nicht wenig bestärcken, und Beklagten beschweren, immassen dieser Anfangs geläugnet, daß die Klägerin in seinem Hause Späne geholet, die Lindenwirthin hingegen, bey der die Klägerin gedienet, bezeuget, sie habe selbige etliche mal dahin geschicket, und sich über ihr langes Aussenbleiben beschweret, worzu ferner kommt, daß Klägerin bey ihrer schweren Gebuhrt und eyfrigem Zureden der Hebamme beständig auf ihrer ersten Aussage geblieben; Diesemnach haben wir nicht umhin gekonnt, den ertheilten Bescheid zu confirmiren.

XXI.

Exceptio fornicationis, qua ſtupratores ſe tueri ſolent, per conjecturas leviores, e.g. munuſcula ab aliis viris accepta, non probatur, ne quidem ad effectum jurisjurandi purgatorii.

XXII.

Probatur autem per indicia graviora, e. g. quod ſtuprata cum alio viro in uno lecto cubuerit.

XXIII.

Ac tunc nec jusjurandum decernitur, ſed reus confeſtim abſolvitur.

XXIV.

Præſtat, pro exceptione fornicationis, exceptionem vitæ impudicæ actæ opponi.

Communiſſima, qua ſtuprator, ad dotandum ducendumve conventus, ſe tuetur, exceptio eſt fornicationis; ad quam probandam, ut par eſt, admiſſus nihil aliud plerumque quam conjecturas & ſuſpiciones adferre ſolet. Atque tunc inter advocatos acerrima oritur diſputatio, num quid per conjecturas iſtiusmodi probatum ſit. Si Richtero credimus, nihil plane actum eſt. Sic enim ille in *Deciſione* 8: *Notandum*, inquit, *quod diffamans aliquem de ſtupro non admittatur, id probaturus per indicia, & quod hoc in caſu diffamator non admittatur ad juramentum ſuppletorium. Neque etiam diffamatus in hujusmodi caſu juramentum purgationis præſtare tenetur.* At enim vero Richterus nimis rigidus probationis exactor eſt. Oportebat eum diſcrimen inter indicia facere. Leviora & remota ipſi non ad-

admittimus, &, si vel maxime probentur, nullum eis effectum tribuimus, ac ne quidem stupratam ad jusjurandum purgationis adigimus. Recordor exemplum, ubi stuprator condemnatus appellabat, ex hac potissimum ratione, quod judex oppositam exceptionem fornicationis neglexisset, & ne testes quidem, quos reus interrogari petierat, audiisset. Verum inspectis, quos obtulerat, articulis apparebat, nihil aliud puellæ objici, quam illam munuscula ab aliis viris accepisse. Hoc, si vel maxime adfirmassent testes, reo tamen profuturum non erat. Itaque JCti Helmstadienses mense Martio anni cIↄ Iↄ CCXIX. priorem sententiam confirmarunt, ex his rationibus: Beklagter hat appelliret, und statt der Gravaminum angeführet, daß der Klägerin Eltern, im Fall man sie eydlich vernähme, nicht läugnen könten, daß Klägerin von andern Kerlen Pantoffeln und Strümpfe geschencket bekommen; Alldieweil aber der Klägerin Eltern wider ihre Tochter zu zeugen den Rechten nach nicht verbunden seynd, da zumal die Sache selbst, worüber ihr Zeugniß verlanget wird, von keiner Wichtigkeit ist, und eine mit andern getriebene Huhrerey nicht beweiset; So haben wir es billig bey vorigem Urthel gelassen. Sed aliud dicendum est tunc, quum ex allatis indiciis *violenta & certa suspicio fornicationis*, quemadmodum Pontifex in *c.* 12. *X. de Præsumtionibus* loquitur, elucet. Quum enim hæc etiam ad divortium sufficiat, sufficit magis ad dissolvenda sponsalia, & adhuc magis ad absolvendum stupratorem a necessitate dotandi ducendive. Sic mense Septembri anni cIↄ Iↄ CCXXXIV. judicavi: Dieweil Martin Schüller, mit der Petkin unzüchtig umgegangen zu seyn, eingestehet, und sich gegen die Frau von R. erklärt zu haben, daß er Vater seyn wolle, und daß er bey der Petkin gewesen, nicht abläugnet, so ist er durch diese Umstände des Stupri nothdürftig über-

überführet, mithin das Kind zu unterhalten, oder dazu jährlich 5. fl. zu bezahlen schuldig, hiernächst sowol als die Petkin jedes 14. Tage mit Gefängniß zu bestrafen. Dahingegen mag die Petkin, in Ansehung ihres mit andern Manns-Personen gehabten unzüchtigen Umganges, welcher den Rechten nach, *cap.* 12. *X. de Præsumtionibus*, so gar zur Ehe-Scheidung hinlänglich ist, vor ihre Person, daß Schüller sie heyrathen oder dotiren solle, nicht fodern. Quæ dum accuratius considero, miror sæpe, advocatos, dum reis ex stupro conventis adsunt, exceptionem fornicationis opponere, ac non potius in locum ejus exceptionem malæ famæ & vitæ impudice actæ substituere. Non opus est quippe, fornicationem ipsam probari, sed sufficiunt ad absolvendum reum vita ac mores impudici, & mala stupratæ fama. Quum enim propter tales mores malamque famam ipsa sponsalia dissolvantur, de quo vide *Spec. CCXCV. de Dissolutione sponsaliorum*, *medit.* 5. magis dissolvitur obligatio stupratoris, quæ minor ac saltem alternativa est. Accedit, quod JCti, qui hoc argumentum tractant, in stuprata, quæ ad dotandum vel ducendum agit, honestatem & integram existimationem desiderant. Quæ res in Saxonia nostra minus dubii habet, ubi hæc duo etiam per legem requiruntur. Certe Augustus in *P.* 4. *Constit.* 27. eine Jungfrau oder unberüchtigte Wittwe ad hanc actionem admittit. Et, ne quis, vocem, unberüchtigte, ad viduam, non ad puellam, referri, captet, nepos Augusti, Christianus II. in mandato Torgaviensi, die 30. Sept. anni 1609. edito, quod in *Corporis Augustei tomo I. pag.* 1448. exstat, hoc dubium, si modo vere tale est, sustulit, atque: eine unberüchtigte Jungfrau oder Wittwe, posuit. Quamobrem sic mense Januario anni 1736. judicavi: Johann Martin Unger ist durch die vorkommende Umstände und den ein-

eingestandenen Spaß mehr als halb überführet, demnach, wenn die Wagnerin ihr Vorgeben, daß Unger sich fleischlich mit ihr vermischet, und Vater ihres Kindes sey, eydlich bestärcket, solches Kind taufen zu lassen, und jährlich, bis es sein Brodt selbst verdienen kan, mit 6. fl. zu unterhalten, auch die bey dem Amte verursachte Unkosten zu bezahlen schuldig, überdis 14. Tage mit Gefängniß zu bestrafen, hingegen mit weiterer Satisfaction, welche die Wagnerin prætendiren möchte, in Ansehung, daß diese, sich mit Schertzen 3. Jahr lang getreckt zu haben, eingestehet, also dadurch Lehmanns und der Hubin Zeugniß unterstützet, verschonet.

COROLLARIA.

I. Singulare genus actionis, quam suppletoriam vocare poteris, commemorat *Guttierez Canonicarum quæst. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 23. ubi sic ait: *Quod procedit, etiamsi nupserit alii viro decenter; si tamen is, postea id sentiens vel sciens, ideo eam relinquat abiens ad regiones longinquas, vel eam odit, vel male tractat. Nam propter hoc stuprator ille tenetur etiam ei ad arbitrium boni viri aliquid satisfacere. Idem erit, si propter stuprum mulier nupsit viro deterioris conditionis, veluti pauperiori vel ignobiliori, nam tunc arbitrio judicis erit satisfaciendum ei; & ita obtinui hoc casu in praxi.* Sed errat. Stuprata nuptias faciendo perdit actionem suam. Adimit enim stupratori electionem, quam jura illi dederunt. Itaque exceptione plus petitionis repellitur, §. 33. *l. de Actionibus.*

II. Ex eadem ratione dissentimus a *Mevio in Jus Lub. Part.* 4. *tit.* 5. *art.* 1. *n.* 14: *Conditio*, inquiente, *honestatis refertur ad tempus stupri. Vnde, quod post vitium semel illatum turpiter vixit stuprata, etsi excusat, ne ducere cogatur, a dotationis tamen necessitate*

tate non relevat eum, qui autor malorum morum fuisse videtur. Nos eum ab actione prorsus absolvimus.

III. Stuprator, per transactionem cum stuprata etiam extrajudicialiter initam, a necessitate dotandi ducendive absolvitur. Ad alendum tamen infantem obligatus manet. Nec juvat eum, quod, ut communiter fieri solet, inter transigendum dixit, se stuprum non fateri, sed pro redimenda vexa transigere. Infans enim nihilominus recte agit, ac probatione ne quidem opus habet. Ista quippe transactio pro confessione habetur, *L. 5. de His, qui notantur infamia*, atque adeo optimum genus probationis est. Huc pertinet sententia JCtorum Vitembergensium *supra in medit.* 1. memorata.

IV. In actionibus ex stupro media tenenda est via, ut nec stupratori nimis nec stupratæ faveas. Peccant hic sæpe judices, potissimum tamen ex nimia erga stupratam misericordia, nec cogitant, illum, si etiam illecebris stupratoris corrupta est, non tamen extra culpam esse. Ipsæ nonnunquam leges nimium in stupratæ partes propendent, nullibi tamen magis, quam in Britannia, Galliæ provincia, quæ hac in parte jus quoddam exorbitans & fere irrationale recepit. Laborant nunc ordines istius provinciæ de eo abolendo, ac per *Bargetonem Parisiis anno* 1730. libellum contra illud publice ediderunt, ex quo ego jus illud singulare excerptum hic adjicio: *Tout homme, qui est accusé en Bretagne par une fille mineure de l'avoir subornée, est présumé coupable, il est décreté de prise de corps sur la seule plainte de la fille; la frequentation suffit pour faire une preuve complette; le procés est reglé à l'extraordinaire, l'accusé est condamné à mort par le premier Juge, la sentence est confirmée au Parlement; aprés l'Arrêt la fille donne sa Requête, pour demander, qu'il lui soit permis d'épouser*

ser celui, qui l'a subornée; on les fait comparoitre tout deux, la fille persiste dans sa demande, le condamné y consent de peur d'être pendu; un Commissaire les conduit à la Paroisse, la fille en liberté, le garçon les fers aux pieds; le Commissaire ordonne au Prêtre de les épouser; ce qui s'execute sur le champ sans autre formalité.

V. Caveant judices, qui acta in caussa civili stupri ad collegia juridica mittunt, ut iis, quæ utriusque partis conditio & dignitas, & quæ opes sint, inserant. Nam, ni hoc fiat, simplicem interloquutionem reportant. Sic certe ego mense Aprili anni 1737. respondi: Dieweil George Andreas Butz, daß er den ihm von Annen Marien Ratgin deferirten Eyd nicht abschwören wolle, auch wegen damaliger Trunckenheit nicht könne, sich fol. 3b. erkläret, so ist er, gedachte Ratgin entweder zu heyrathen, oder auszustatten, und das Kind, wenn es zur Welt kömmt, taufen zu lassen, und, bis es sein Brodt selbst verdienen kan, zu alimentiren schuldig. Das Quantum der Ausstattung und Alimentation kan, da in den Actis keine Nachricht vorhanden: Ob Butz etwas, und wie viel ohngefehr, in Vermögen? Ob die Ratgin annoch Eltern habe, und ob dieselbe vermögende Leute? Ob sie eine Dienst-Magd, und Butz mit ihr gleiches Standes sey? als von welchen Umständen die Determination des Quanti dependiret, noch zur Zeit von mir nicht fest gesetzet werden; sondern es muß solches entweder von dem Herrn Amtmanne, mit Beobachtung obiger Umstände, oder auch durch ein einzuhohlendes Decisum, wenn zuförderst die nöthige Nachricht ad Acta gebracht ist, geschehen.

VI. Mulier ex stupro agit, & victricem sententiam, qua reus ad dotandum vel ducendum damnatur, reportat, sed ante electionem rei stuprum ab alio patitur, petit tamen exsequutio-

tionem rei judicatæ. Repellenda eſt, quia novo delicto ſuo effecit, ut jam reus alternative obligari deſinat. Ademit ergo ei electionem.

SPECIMEN DLXXXIV.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
STVPRO VIOLENTO
PVBLICE DEFENSVM
A
JO. LVDOLPHO KASTENIO
DRESDENSI
IV. NON. MAJI ANNO cIↃIↃ CCXXXVI.

I.

Stupri violenti accuſationes frequentiſſimæ, ſed plerumque calumnioſæ, ſunt.

II.

Calumnia iſta quomodo detegenda ſit, religioni judicantium permitti, nec certis regulis comprehendi, oportet.

III.

Communis tamen opinio, quod mulieri, de vi ſibi illata confeſtim querenti, multum fidei tribuendum ſit, optimam rationem habet.

Stupra violenta, ſi mulierculis credimus, tam ſunt frequentia hodie, ut ſtupra voluntaria numero vincant. Conſpiraſſe videntur hæ, quæ de ſtupro in judicium deferuntur, ut vim ſibi allatam dicant, jurare, ſi quis hoc exigat, paratæ. Igitur, ni

ni modum & circumspectionem adhibemus, perstrepent fora omnia cognitione de hoc delicto, atque vincula, jusjurandum, tormenta, quotidie decernentur. Verum, si modo judex in indaganda veritate diligentiam adhibet, ex centum hujusmodi accusationibus aliquando unam, raro binas, verisimiles reperiet; ceteræ tam aperte falsæ sunt, ut calumnia manu tangi possit. Quomodo autem, ais, judici de calumnia hac constabit? Hoc certis regulis comprehendi non potest, sed religioni judicantium relinqui oportet. Vnanimi tamen fere consensu doctrinam *Carpzovii* recepimus, qui in *Quæst. crim.* 75. *n.* 87. item in *Part.* 4. *Const.* 30. *def.* 10. *n.* 6. 7: *Hoc*, inquit, *monitum velim, multum fidei esse hac in re tribuendum querelæ stupratæ, si nempe hæc, quam primum stuprum violentum passa fuerit, judicem adeat, & de vi illata conqueratur: cum e contra ex silentio stupratæ non levis præsumtio contra eam, quod in stuprum consenserit, oriatur.* Sed & in hac sententia, quæ communis hodie est, ut fere pro jure habeatur, ad facta appliaanda circumspectione maxima opus est. Equidem primæ ejus parti, quod nempe stuprum violentum passæ, si confestim judicem adeat, & de vi illata queratur, multum fidei tribuendum sit, facilius adsentio. Quum enim compressæ, etiam per vim, a plebe tamen digito monstrentur, ac difficilius nubendi conditionem reperiant, vix ratio suppetit, quæ mulierem incertam, an gravida sit, movere queat, ut per falsam hujusmodi accusationem, ex qua lucrum nullum sperare potest, in voculas hominum incurrere, atque existimationem suam minuere velit. Quamobrem tali accusationi, sponte & confestim susceptæ, tantum credimus, ut, si aliæ conjecturæ, leviores licet, accedant, carcerem, inquisitionem, jusjurandum, tormenta, pro re nata decernamus. Sic mense Novembri anni cIɔ Iɔ CCXII. JCti Helmstadienses judicarunt: Daß des

inhaftirten Werneckens Ehe-Frauen Suchen, wegen Annehmung der angebothenen Caution und Erledigung ihres Mannes aus dem Gefängnisse, noch zur Zeit nicht statt habe. V. R. W. Rat. Dec. Das stärckste Indicium, so wider den Inhaftirten wegen der ihm beygemessenen Nothzüchtigung vorhanden, ist Marien Magdalenen Wolffin Beschuldigung, welche aber nicht eben in allzu sonderliche Betrachtung kommen kan; da nach einhelliger Meynung der bewehrtesten Rechts-Lehrer der blossen Anklage einer Frauen, welche die Nothzucht an ihr verübet zu seyn vorgiebt, kein Glaube beyzumessen, obgleich die Anklägerin wegen sonst wohl geführten Lebens in guten Ruf stünde, *Berlich. P. 5. Concl. 41. n. 70. & DD. quos ibi allegat, arg. L. 17. C. de Accusationibus.* Wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey derselbe bey so schlechten Indiciis der gefänglichen Haft, wenigstens gegen Bestellung der von seiner Ehe-Frauen angebothenen Caution, zu erlassen. Alldieweil aber des Gefangenen furchtsame Aufführung bey der gehaltenen Verhör, da er gezittert, gebebet, erblasset, und mit stammlender Zunge geantwortet, ihn, daß er sich eines schweren Verbrechens bewust sey, verdächtig machet, *L. 10. §. 5. de Quæstionibus, Menochius de Præsumt. lib. 1. quæst. 89. n. 71.* hiernächst unterschiedene von ihm selbst freywillig gestandene Actus, daß er nemlich die Wolffin bey dem Truncke frey gehalten, sie zweymal auf dem Wege lieb gehabt, ihr an die entblössete Brüste, ja gar unter den Rock gegriffen, mit den beyden Müllern, so ihm doch ihre Gesellschaft angebothen, nicht gehen wollen, sondern bey der Wolffin geblieben, sehr starcken Verdacht erwecken, ferner die Wolffin nach geschehener Gewaltthätigkeit nicht geschwiegen, sondern alsofort sich darüber bey ihrem Manne, und folgends bey ihrer Obrigkeit, beschweret, welcher Umstand derselben Vorgeben einigen fidem zuwege bringet; So

kan

kan bey dieser der Sachen Bewandniß der inhaftirte Wernicke der Gefängniß noch zur Zeit nicht erlassen werden. Adde *Bergeri Supplementa Observationum criminalium, Part. 2. Obs. 156. pag. 422. seq.*

IV.

Communis opinio, quod mulieri, post graviditatem jam apparentem aut infantis nativitatem de violentia querenti, fides nulla habenda sit, crudelior est, nec simpliciter admittenda.

V.

Mulieri vi compressa, justissimas habet caussas hoc, quamdiu de graviditate sua dubitat, dissimulandi.

Altera doctrinæ Carpzovianæ pars, quod nempe stupratæ, post manifestatum jam partu, aut graviditate, aut alio modo, crimen violentiam prætexenti, credendum non sit, plus habet difficultatis. Prudenter admodum *Kressius ad articulum Carolinum 119. §. 6. nota 2: Quid*, ait, *si fœmina, casta, honesta, in loco remoto, ubi de actu nulla probatio haberi potest, ab homine nullius frugis, fugitivoque, violentiam passa, quam præ nimia pudicitia & exinde metuendo diverso hominum judicio, nubendi conditionem amittere verita, siluit, se non prægnantem esse rata, an hoc silentio sibi præjudicabit? profecto non putarem.* Quæ dum lego, historiolam, aut, si mavis, fabulam, de Callistone virgine, a Jove vi compressa, atque hoc tamen, ne e Dianæ choro ejiceretur, dissimulante, recordor, & *Ovidii in Metamorph. lib. 2. vers. 317. seqq.* verbis narrabo:

Vlterius medio spatium sol altus habebat;
Quum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas,
Exuit hic humero pharetram, lentosque retendit
Arcus: inque solo, quod texerat herba, jacebat.

Jupiter, ut vidit fessam, & custode vacantem,
Protinus induitur faciem cultumque Dianæ,
Atque ait: O comitum virgo pars una mearum,
In quibus es venata jugis? de cespite virgo
Se levat, &: Salve numen, me judice, dixit,
Audiat ipse licet, majus Jove, ridet, & audit,
Et sibi præferri se gaudet, & oscula jungit,
Nec moderata satis, nec sic a virgine danda.
Qua venata foret silva, narrare parantem
Impedit amplexu, nec se sine crimine prodit.
Illa quidem contra, quantum modo femina possit,
Illa quidem pugnat: sed quæ superare puella,
Quisve Jovem poterat? superum petit æthera victor
Jupiter: huic odio nemus est, & conscia silva.
Ecce, suo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, & cæde superba ferarum,
Aspicit hanc, visamque vocat: clamata refugit;
Et timuit primo, ne Jupiter esset in illa.
Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit,
Sensit abesse dolos, numerumque accessit ad harum.
Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu!
Vix oculos attollit humo: nec, ut ante solebat,
Juncta Deæ lateri, nec toto est agmine prima:
Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris.
Quum Dea venatrix, fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
Ibat, & attritas versabat rivus arenas,
Ut loca laudavit, summas pede contigit undas,
His quoque laudatis: Procul est, ait, arbiter omnis,
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.

Par-

Parrhasis erubuit, cunctæ velamina ponunt:
Una moras quærit, dubitanti vestis adempta est:
Qua posita, nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ, manibusque uterum celare volenti:
I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes;
Cynthia: deque suo jussit secedere cœtu.

Et profecto ipse puellæ, vi compressæ, nunquam auctor ero, ut, quamdiu hoc clam futurum esse sperat, dedecus ipsa manifestet, atque sic se hominum ludibrio & rumoribus exponat. Moti his rationibus JCti Vitembergenses ante XXV. annos circiter puellam nobilem, quæ, quum ab initio siluisset, edito demum partu, se in silva prædio paterno contigua spatiantem ab homine ignoto, sibi obviam facto, renitentem quamvis & ejulantem, in humum dejectam atque constupratam, dicebat, absolverunt, quod rusticos testes produxisset, qui ipsam nemus ingredientem & egredientem viderant, atque, dum in sylva fuisset, ejulationem e longinquo audierant.

VI.

Stupratæ, violentiam, postquam crimen jam patet, prætexenti, si excusationem hanc suam argumentis non fulciat, nulla fides habetur.

VII.

Igitur contra eum, quem accusat, nihil decernitur, nec ipsa ad jusjurandum admittitur, sed simpliciter damnatur.

Pro stabiliendis his thesibus argumentum ex *articulo Carolinæ* 141. desumo, ubi interfector, qui moderamen inculpatæ tutelæ obtendit, hoc probare, &, ni probet, simpliciter puniri ju-

jubetur: Beweiß er die nicht, er wird schuldig gehalten. Simillima profecto ratio in muliere, quæ de stupro vel adulterio accusatur, & hoc quidem fatetur, sed exceptionem violentiæ opponit, est, ut vel hanc probet, vel, si id non possit, pœnam stupri aut adulterii luat. Faciliores hic nonnunquam sunt judices, quam debebant, atque simplici stupratæ dicto tantum fidei adjiciunt, ut contra eum, quem violentiæ insimulat, inquisitionem, carcerem, jusjurandum decernant, immemores regulæ, quæ in *L. ult. C. de Accusationibus* præscribitur: *Ut non statim reus, qui accusari potuit, existimetur.* Itaque JCti Vitembergenses, tantum abest, ut ad simplicem mulieris stupratæ delationem quidquam contra delatum decernant, ut ipsam etiam mulierem, si delationem suam nullis argumentis fulciat, neglecta inverisimili excusatione, confestim damnent. Sic responderunt mense Junio anni cIↄ Iↄ CCXXX: Ist Inquisitin Rolandin geständig, auch überführet, daß sie mit Henrichen, einem Ehe-Manne, sich fleischlich vermischet, von ihm ein Kind zur Welt gebracht, und solches vor seiner Thür ausgesetzet. Ob sie nun wol des Beyschlafes halber vorschützet, sie sey darzu von Henrichen wider ihren Willen gezwungen worden, ihr auch solches eydlich zu bestärcken bereits in einem deshalb eingehohlten Urthel nachgelassen ist, folglich es das Ansehen gewinnet, ob hätte es bey vorigem Urthel gelassen werden sollen; Alldieweil aber Inquisitin gleich nach der vorgeblich erlittenen Gewaltthätigkeit sich bey der Obrigkeit nicht beklaget, auch, daß sie solches gegen Henrichs Ehe-Frau gethan, von dieser geläugnet, und sonsten mit nichts erwiesen wird, demnach die Vermuthung, daß der Beyschlaf mit ihrer Bewilligung geschehen, erwächset, nächstdem Inquisitin Zeit ihrer Schwangerschaft bey den Gerichten zu Kröchern, von einem

einem fremden Kerl beschlafen zu seyn, ausgesaget, ferner Inquisitin zu Querfurth vor Notarien und Zeugen eydlich, daß Henrich sie nicht einmal ungebührlich angerühret, ausgesaget, gleichwol selbigen nachgehends beschuldiget, und so gar unverschämt vorgegeben, sie sey niemalen zu Querfurth gewesen, und habe weder den Notarium noch die Zeugen gesehen, endlich jedoch theils durch diese beyde Zeugen, deren einer sie gewiß kennet, der andere ihre Person genau beschreibet, theils durch der Apoldin eydliches Zeugniß fol. 143. sqq. genugsam überführet wird, auch selbst nicht weiter in Abrede ist, zu Querfurth gewesen zu seyn, und denn Inquisitin, als eine offenbare und vielfältige Lügnerin, auch Meineydige, zum Eyde mit gutem Gewissen nicht gelassen werden kan; So wird Inquisitin, nachdem sie den mit Henrichen getriebenen Ehebruch selbst zugestehet, und die von ihr vorgeschützte Violenz bey ob angeführten Umständen hinweg fällt, auch sowol der zu Querfurth begangene Meineyd, als die Wegsezung des Kindes, darzu kommen und den Ehebruch aggraviren, mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen, Henrich hingegen von dem ihm beygemessenen gewaltsamen stupro loß gezählet; Et iterum mense Februario anni cIↃ IↃCCXXXVI: Daß Inquisit Jahn, weil die Coinquisitin, wenn ihr, ihrem Vorgeben nach, Gewalt geschehen wäre, gleich Anfangs schreyen, und die in der Nähe gewesene Pößkerin errufen können, mithin ihre Entschuldigung, daß sie sich durch das Wehren zu sehr abgeäschert, offenbar nichtig ist, hiernächst dieselbe an den Ort, wo der Beyschlaf zuerst geschehen, acht Tage hernach freywillig wieder gekommen, und Inquisiten neue Gelegenheit, sich fleischlich mit ihr zu vermischen, gegeben, ferner etliche Monath lang stille geschwiegen, mit dem erkannten Reinigungs-Eyde zu verschonen.

Nächst-

Nächstdem wird die Coinquisitin, da sie des begangenen Ehebruchs geständig, und von ihrem Ehe-Manne keine Vergebung erlangen kan, die vorgeschützte Gewalt auch offenbarlich erdichtet ist, vor allen Dingen in gefängliche Haft gebracht, und so dann mit Staupen-Schlägen des Landes auf ewig verwiesen, und zu Bezahlung der durch sie verursachten Unkosten angehalten. Adde *Beyerum ad articulum Carolinum* 119. *posit.* 4.

VIII.

In puniendo stupro violento judex de vi vere illata certus esse debet.

IX.

Hæc inprimis ex renisu mulieris cognoscitur.

X.

Respici igitur oportet, utrum hic renisus primum serius,

XI.

Deinde constans fuerit.

XII.

Mulier, quæ in principio acriter reluctata tandem consentit, vi stuprata dici nequit.

In cognitione de stupro violento cordatus judex de hoc inprimis, quod vis vere illata fuerit, certus esse debet. Multa enim stupra, etiam maxime voluntaria, aliquam violentiæ speciem ex parte viri habent, poteruntque judicantem, nisi omnia accurate consideret, fallere. Convincitur sæpe reus, aut confitetur, se mulierem contradicentem in terram dejecis-

ciſſe, denudaſſe, &c. Atque vis tamen commiſſa non fuit. Vnde ergo, ais, de vi conſtabit? Ex defenſione, qua mulier, quæ ſe vim paſſam dicit, uſa eſt. Ad hanc inprimis reſpici oportet, & conſiderari, utrum primo ſerio, deinde conſtanter, reſtiterit. Vtrumque neceſſarium eſt. Primum ſeria fuerit defenſio, oportet, nec talis, qualem *Ovidius lib.* 1. *Amorum, elegia* 5. deſcribit:

Deripui tunicam; nec multum rara nocebat:
Pugnabat tunica, ſed tamen illa tegi.
Quumque ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet,
Victa eſt non ægre proditione ſua.

Deinde conſtantia defenſionis deſideratur. Vti enim juſtitiæ, ita & pudicitiæ, conſtans & perpetua voluntas eſſe debet. Itaque mulier, quæ in principio quidem fortiter reſtitit, ſed tamen tandem adſenſit, ſe vi ſtupratam dicere nequit. Argumentum huc trahi poteſt ex moderamine inculpatæ tutelæ, quod ſecundum *articulum Carolinum* 142. ut defenſio usque ad finem perdurarit, deſiderat. Adde verba *articuli* 119: **Wieder ihren Willen ihr jungfräulich oder fräulich Ehr nehme.** Recordor exemplum puellæ, quæ vi invaſa, fugiens occupata, contra voluntatem in terram dejecta, reluctans nudata, ſed inter luctandum interrogata: permitteretne coitum? reſponderat: expedi te modo brevi; **Wenn es nur nicht lange wehret**; ac ſtupratores admiſerat. Movit hæc ſola circumſtantia JCtos Helmſtadienſes menſe Septembri anni cIɔIɔ CCXXI. ut violentos aggreſſores ab ordinaria ſtupri pœna abſolverent: Werden ſämtliche Inquiſiten von Margarethen Kauſchin einer an ſie begangenen Nothzucht beſchuldiget; Ob nun wol aus den von Marien Landsmannin und Chriſtoph Schultzen

in ihren letzteren Depositionen angeführten Umständen so viel, daß die Kauschin sich wider den Beyschlaf nicht sonderlich zur Wehre gesetzet, und einiger massen darein gewilliget, erhellet, solches auch dadurch, daß sie die Schandthat über 3. Wochen lang verschwiegen, und nicht eher, als bis sie schon gantz ruchtbar gewesen, angegeben, gar wahrscheinlich gemachet wird, mithin das begangene Delictum vor keine eigentliche Nothzucht geachtet werden kan; Alldieweil aber Inquisiten nicht in Abrede seynd, die Kauschin auf öffentlichem Felde, woselbst sie ihrer Herrschaft Pferde gesuchet, communi consensu überfallen, wider ihren Willen zur Erden gerissen, entblösset, sich insgesamt auf sie geleget, ihre Schaam begriffen, sie, da sie sich loß gemachet, und davon gelaufen, wieder eingehohlet, abermal entblösset, endlich gar einer nach dem andern sein männliches Glied hinein gestecket, also bey den ersteren Handlungen eine öffentliche Gewalt, bey der letztern eine ärgerliche Schandthat begangen, anbey die gemeine Sicherheit, welche fürnemlich dem Gesinde bey Ausrichtung ihrer Herrschaft Geschäfte auf dem Felde erhalten werden muß, höchlich verletzet zu haben; So werden die drey zuerst genannte Inquisiten vor allen Dingen wieder zur gefänglichen Haft gebracht, der älteste unter ihnen, Dörheidte, welcher die Schandthat angegeben, und das meiste bey allem gethan, nach abgeschwohrnen Urpheden mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen, Borchert und Kreußmann, welche bey ihrem geringen Alter eine ungemeine Bosheit verspüren lassen, 14. Tage lang im Gefängnisse mit blossem Wasser und Brodt gespeiset, auch in solcher Zeit zweymal mit Ruthen ziemlicher massen gezüchtiget, endlich Landsmann wegen seiner gar wenigen Jahre von seinen Eltern zu Hause, in Gegenwart des Gerichts-Dieners, mit Ruthen bis auf das Blut gestrichen.

XIII.

Conatus ſtupri violenti non ultimo ſupplicio, ſed extra ordinem, punitur.

XIV.

In definienda pœna, quousque conatus ille pervenerit, ſpectatur.

XV.

Infimus gradus eſt, quando attentans vim ab incepto, quod perficere potuiſſet, ſponte deſiſtit.

XVI.

Auget in attentato ſtupro reatum & pœnam circumſtantia loci, ſi ſcilicet ille publicus fuit.

Conatus ſtupri violenti regulariter non ultimo ſupplicio, ſed extra ordinem, punitur, atque inprimis ex præcepto *Caroli V.* in *articulo* 178. quousque violentia & conatus ille progreſſus ſit, ſpectatur. Infimus gradus eſt, quando reus, quum perficere crimen potuiſſet, poſtquam mulierem conſtanter reniti videt, ipſe ab incepto deſiſtit, ac puellam incorruptam dimittit. Raro tunc ultra carcerem, mulctam, vel, ſi longiſſime, relegationem temporariam, progrediuntur JCti. Exemplo ſit reſponſum JCtorum Helmſtadienſium menſe Octobri anni cIↄ Iↄ CCXXI. exaratum: Daß beyde Inquiſiten von dem Scharf-Richter im Gefängniſſe mit Ruthen zu züchtigen, nachgehends Speckmann der Gerichte auf 2. Jahr zu verweiſen, wie denn auch dieſer Speckmann zwey Drittheile von den verurſachten Unkoſten, Nordhauſen aber den Uberreſt zu be-

zahlen angehalten wird. V. R. W. Rat. Dec. Es werden beyde Inquisiten einer an Marien Kleines attentirten Nothzucht beschuldiget, müssen auch selbst gestehen, daß sie ihr nachgeritten, sie zur Erde geworfen, den Rock aufgehoben, sie besehen, ihr Geld vor den Beyschlaf gebothen, und, da sie wieder aufgekommen, sie um die Füsse gepeitschet, daß das Blut darnach gelaufen. Wannenhero, und da noch darzu dieses alles auf freyem Felde geschehen, und zugleich eine öffentliche Gewaltthätigkeit involviret, es das Ansehen gewinnet, ob müsten Inquisiten, wo nicht am Leben, wenigstens am Leibe, öffentlich gestrafet, und des Landes ewig verwiesen werden. Alldieweil aber bey genauer Betrachtung aller Umstände sich kein Anzeichen einer würcklich vorgehabten Nothzucht findet, immassen Inquisiten, da sie die Magd entblösset unter sich gehabt, gleichwol weiter nichts vorgenommen, als, daß sie sie beschauet, und ihr Geld vor den Beyschlaf gebothen, sie auch, da sie sich nicht freywillig hierzu verstehen wollen, wieder aufkommen und davon gehen lassen, demnach mehr eines gottlosen Muthwillens, begangenen Gewaltthätigkeit und vorgehabten Huhrerey, als intendirten Nothzuchk, überwiesen seynd, worzu ferner ihr minderjähriges Alter, da der Haupt-Thäter nur das 15. der andere hingegen das 18. Jahr erreichet, kommt; So haben wir dafür gehalten, daß beyde im Gefängnisse vom Scharf-Richter mit Ruthen zu züchtigen, Speckmann aber, welcher das meiste dabey gethan, und noch darzu, indem er den Tag vorher zum Abendmahl gewesen, eine sonderbare Ruchlosigkeit von sich spüren lässet, der Gerichte auf 2. Jahr zu verweisen sey, anbey den grösten Theil der verursachten Gericht-Kosten bezahlen müsse. Forsan relegatione quidem decreta fuisset, ni circumstantia loci reatum auxisset. Quum enim reipublicæ maxime intersit, itinera & loca

loca publica tuta esse, violatio hujus securitatis publicæ pœnam graviorem meretur, arg. *L.* 38. §. 1. *ad legem Juliam de Adult.* ibi: *Duplex admissum est.* Adde *Lauterbachium in Collegio Theretico-practico, lib.* 48. *tit.* 5. §. 38. Sic iidem JCti Helmstadienses mense Novembri anni cIↃ IↃ CCXII. responderunt: Es wird der conatus stupri violenti alsdenn, wenn dergleichen Gewaltthat auf öffentlicher Strasse geschiehet, und also violatio securitatis publicæ darzu kommt, viel härter, als sonst, bestrafet.

XVII.

Conatus stupri violenti, si quidem atrocissimæ circumstantiæ ad conatum accedant, ultimo supplicio punitur.

Unum est, in quo a communi circa stupri violenti pœnam doctrina recedo. Ajunt fere omnes apud *Dœplerum in Theatro pœnarum, cap.* 5. §. 299: stuprum violentum, quod modo attentatum fuit, nunquam morte puniri, ac denegant adeo magistratibus & collegiis juridicis facultatem, quidquam hic extra leges statuendi, provocant etiam ad notabilia illa *articuli Carolini* 104. verba: **Sonderlich ist zu mercken, in was Sachen, oder derselben gleichen, unser Kayserlich Recht keinerley peinlich Straff am Leben, Ehren, Leib oder Gliedern setzen, oder verhengen, daß Richter und Urtheiler dawieder niemand zum Todt oder sonst peinlich straffen.** At enim vero poterunt conatum hunc tam atroces circumstantiæ comitari, ut, exemplum statui & carcinoma tale abscindi, publice intersit. Nec lege deficimur, quæ nobis hanc potestatem relinquit. Vide modo *articulos Carolinos* 119. & 178. Sic itaque JCti Vitembergenses mense Februa-

 brua-

bruario anni cIↄ Iↄ CCXXXVI. responderunt: Ist Inquisit Niclaß geständig, und zum Theil überführet, daß er mit Catharinen Vogelin, einer Ehe-Frauen, auch einer unbekannten Frauen, sich fleischlich vermischet, Christinen Schreiberin, gleichfals eine Ehe-Frau, und Joannen Krebsin, ein in das 14te Jahr gehendes Mägdgen, auf öffentlicher Strasse zur Erden geworfen, die erste zu nothzüchtigen gesuchet, der andern 2. Ohrfeigen, wovon ihr Maul und Nase geblutet, gegeben, und beyden mit einem ziemlichen Stocke tief in die Schaam gefahren, auch sie damit heftig verletzet, überdis eine Frau von D. ein Mensch von S. und ein anderes von P. gleichfals auf dem Felde zur Erde geworfen, sie wider ihren Willen entblösset, ihre Schaam begriffen, und seine Finger in ihre Schaam gestecket, ferner dergleichen an ein Mägdgen von 5. Jahren, an ein anderes von 7. oder 8. Jahren, noch an eines von 9. oder 10. Jahren, und abermal an eines bey Oderwitz, gethan, wovon diese zum Theil heftig geblutet, endlich vielmalen mit seiner Hand den Saamen aus seinem Leibe laufen machen. Ob er nun wol, daß er den Saamen jemalen in den Leib einer der Frauen, mit welchen er zu thun gehabt, laufen lassen, beständig läugnet, hiernächst sein männlich Glied in keiner derselben, an welchen er Gewalt gebrauchet, Leib gestecket, anbey seine Jugend, da er erst den 21. Dec. 1716. gebohren ist, die leichtfertige Verführung der ehebrecherischen Vogelin, und die fol. 56. attestirte Stupidität vorschützet; Alldieweil aber die an der Schreiberin und Krebsin auf öffentlicher Strasse ausgeübte Schandthat, wodurch diese in Lebens-Gefahr gekommen, mehr als eine Nothzucht, oder wenigstens ein attentirtes Verbrechen ist, also nach Vorschrift **der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung** *art.* 119. und 178. an Leib oder Leben gestraft werden soll, und denn auf die

die Lebens-Strafe zu erkennen um so viel weniger Bedencken ist, da nebst der violatione viæ und securitatis publicæ die öftere Wiederholung der Missethat, der wenigstens ad actum proximum gekommene Ehebruch und das höchst-strafbare peccatum onaniticum die Sünde schwerer machen, und, daß andern zum Abscheu ein Exempel statuirt werde, erfodern, hingegen die Jugend bey der gantz entsetzlichen Bosheit in keine Betrachtung kommt, auch die blosse Stupidität, oder vielmehr Brutalität, keine Entschuldigung mit sich führet; So wird Inquisit, Niclaß, dafern er auf seinem Bekänntnisse vor öffentlich gehegtem peinlichen Hals-Gerichte nochmals freywillig verharret, oder des sonst wie recht überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht.

XVIII.

Pœnam gladii in violentos stupratores statutam, si atrociores circumstantiæ accedant, exacerbari posse, contra Carpzovium ostenditur.

XIX.

Exemplum stupri violenti, quod omnium atrocissimum videtur, refertur.

Quum in atrocissimum stupri violenti crimen simplicem gladii pœnam leges Germaniæ, *articulus* scilicet *Carolinus* 119. *Speculum Saxon. lib.* 2. *art.* 13. & *Constit. Elect. Sax.* 31. *Part.* 4. constituant, quæritur subinde, liceatne judicibus ac collegiis juridicis, eandem exasperare? Ait *Berlichius P.* 4. *Concl.* 41. *n.* 44. & 45. & exemplum habet hominis, qui uxorem in via publica a mariti latere abductam vi compresserat, capite trun-

truncati ac postea rotæ impositi. Contra *Carpzovius in Quæst. crim 75. n. 16. 17. 18. 19. 20. 42. 43. 44. & 45.* negat, pœnam stupri violenti, etsi sæpius reiterati, aut cum raptu conjugis alienæ vel morte stupratæ conjuncti, augeri posse. Ego vero cum Berlichio sentio, motus inprimis *lege 16. §. ult. de Pœnis*, quæ maleficiorum supplicia, quotiens exemplo opus sit, exacerbari generaliter permittit. Adde *articulos Carolinos 193. & 194.* Occurrunt subinde in historiis & actis stuprorum violentorum exempla tam dira, ut sine horrore legi referrique nequeant. Vnum, quod atrocitate sua reliqua omnia vincere videtur, verbis *Poggii, Florentini, in Dialogo adversus hypocrisim, pag.* 23. narrabo: *Quid loquar de quodam, qui propinquus nostræ patriæ Eremita fuit? Is in nemore, multis bonis operibus opinione viri optimi contracta, cellam ædificavit, in qua plures Sanctorum imagines erant depicta. Confessiones mulierum reclusus audiebat per fenestellam, cui inerat a superiori parte latens cataracta. Mulierem, quæ pulchrior videretur, si sola esset, quod sæpius accidebat, sanctitatis illius fiducia jam vulgata, hortabatur, immisso per eam capite, figuras adspicere, quo facto, dimissa cataracta tanquam pedica, mulierem collo captam foris exiens cognoscebat. Semel quadam reluctante, altera superveniens detexit crimen. Ille e vestigio timore perterritus aufugit.*

XX.

Peccat mulier, metu mortis in stuprum violentum consentiens, sed non punitur.

Opinio Cornelii a Lapide apud auctorem *du Parallele de la doctrine des Payens avec celle des Jesuites & de la Constitution de Pape Clement XI. qui commence par ces mots: Vnigenitus Dei filius; cap.* 10. §. 6. potuisse Susannam, imminente vitæ periculo, sine pec-

peccato mœchos admittere, ac, omisso ejulatu, dicere: *Non consentio actui, sed patiar & tacebo;* theologo indigna est, sed jureconsultum non dedeceret. Peccasset utique Susanna, consilium Cornelii sequuta, contra legem divinam, in foro tamen humano puniri non potuisset. Vide *Specimen* CLXVIII. *de Jussu, medit.* 7.

XXI.

Peccat mulier, stuprum vi inferentem non occidens, sed non punitur.

Potest mulier secundum *L.* 1. §. 4. *ad legem Corneliam de Sicariis* stuprum sibi per vim inferentem occidere. Sed num etiam debet? Ita sentit *Tobias Granzius*, atque *in Defensione inquisitorum Part.* 1. *pag.* 492. *num.* 120. dicit, feminam, quæ in casu veræ necessitatis cum internecione violenti oppressoris pudicitiam non defendit, in stuprum consentire atque delicti ream fieri. Sed desiderant in hac decisione bonam philosophiam collectores *Actorum eruditorum anni* 1719. *mense Januar. pag.* 44. & *pag.* 45: *Quod femina*, inquiunt, *quæ in summa animi consternatione constituta pudicitiæ raptorem, cum perimere queat, perimere non audet, in stuprum consensisse delictique rea censenda sit, id juxta vera moralitatis principia Consultiss. Autor. vix omnibus persuadebit.* Imo vero juxta vera moralitatis principia mulier honorem suum vitæ hominis, maxime ob vim illatam hostis, anteponere huncque perimere obligata est, in foro tamen humano, si id non faciat, non punitur.

XXII.

Stuprum violentum in virginem furiosam non committitur.

Meliore jure bonam philosophiam desideres in antiqua illa opinione, quod stuprum violentum in virginem furio-

ſam aut dementem committatur. Ajunt nempe, eam, qui conſentire non poſſit, vim pati. Debebant vero ex recta ratione noſſe, eam etiam diſſentire non poſſe, atque adeo, ut Vlpianus in *L. 3. de Regulis juris* rectius philoſophatur, nec nolle nec velle. Accedunt clara *articuli Carolini* 119. verba: Mit Gewalt und wider ihren Willen. Itaque veterem opinionem jam diu deſeruimus, improbavitque *Auguſtus Saxo in Conſtit. 26. Part. 4.* Miror autem, *Schœpfferum in Synopſi pandectarum lib. 48. tit. 5. n. 81.* antiquatam opinionem recoquere, ſed magis adhuc, *Schilterum in Exerc. 49. §. 12.* tanquam conſentientem ab illo allegari, quum tamen Schilterus nobiſcum ſentiat, &, Scabinos Lipſienſes olim priſcam opinionem ſequutos nunc eam deſeruiſſe, narret.

XXIII.

Exemplum puellæ vim fortiſſime depellentis memoratur.

Quem Clœlia, Romana virgo, apud *Livium lib. 2. cap. 13.* nacta eſt, honorem ſtatuæ publicæ meliore jure meruit virgo Bohemica, de cujus incredibili fortitudine hæc narrat *Jac. Tollius in Epiſtola Itineraria III. pag. 71: Itum ad Cæſaream Pinacothecam, ducente perhumaniter ipſo cuſtode ac præfecto Leichſio. Perſpectis tabulis, in aliam deducor porticum, ubi ad vivam mihi efficta, ſeu ſculpta, oſtenditur Amazon, non quales olim Themiſcyreos incoluerunt campos, ſed Bojohæmica. Illam, cum forte in agro opus faceret, acceſſit miles, qui, occaſione uſus ſolitudinis, primum blande ſtuprum rogat, mox recuſanti vim parat: Sed hæc ſublatum illum medium veſte ſua involvit, atque ita conſtrictum ad urbem in proximam militum ſtationem defert, pro intentata vi puniendum.* En exemplum puellæ, quæ non ſolum, ut *articulus Carolinus* 119. loquitur, vim depulit, ſich ſein erwehret, ſed ipſa bellum defenſivum in offenſivum vertit.

XXIV.

Stuprum, dormienti illatum, aliquando pro violento reputatur.

Stuprum, dormienti puellæ illatum, violentum non eſt, ſed doloſum ſaltem, atque ideo gravius, quam ſtupra communia, puniendum, etiam ultimo ſupplicio, ſi dolus atrocior intervenit, quemadmodum in *Specim.* 581. *de Pœna ſtupri, arbitrio judicis relinquenda, obſerv.* 9. dictum. Huc pertinet exemplum, quod *Alberti in Jurisprudentia medica Tom. I. Part.* 2. *caſu* 20. *pag.* 194. *ſqq.* & plenius adhuc *Fritſchius in Parte IV.* Theologiſcher, Juriſtiſcher, Mediciniſcher und Phyſicaliſcher Geſchichte, *hiſtor.* 1. referunt, puellæ, honeſto loco natæ, medicamentis ſopitæ ac inter dormiendum vitiatæ. Quin, ſi quis puellam, ante de ſtupro interpellatam, ſed renuentem, medicamentis conſopiret, atque ſomno tali obrutam conſtupraret, hoc ego pro ſtupro violento reputarem.

XXV.

Ultimum ſupplicium violento ſtupratori, nuptias cum ſtuprata facienti, olim non remittebatur, hodie remittitur.

Teſtantur *Beyerus ad articulum Carolinum* 119. §. 6. ultimum ſupplicium hodie mitigari, ſi vim paſſa ſtupratori nubere velit, & *Wernherus in P. X. Obſerv. forenſ.* 459. ſtupratorem tunc ſaltem perpetuum relegari. Tuemur hunc judiciorum collegiorumque uſum argumento ex *cap.* 7. *X. de Raptoribus* ducto. Majores tamen noſtri, Germani veteres, eum improbarunt. De Ottone I. Auguſto *Gobelinus Perſona in Cosmodromio ætat. VI. cap.* 48. hæc narrat: *Quædam mulier, dum rex iter ageret, venit ad eum, conquerens ei, quod vir quidam oppreſſit eam violenter, &, ut juſte judica-*

ret, instanter petiit. Et respondit ei rex: Dum reversus fuero, faciam justitiam. Et ait mulier: Domine, forsan tunc memor non eris hujus injuriæ. Et rex demonstrata digito quadam ecclesia prope situata dixit: Ecce illa ecclesia sit mihi & tibi in signum memoriæ. Et his dictis profectus est. Deinde postquam, rebus dispositis in Alemannia, reversus est in Italiam, videns ecclesiam prædictam, quam in signum mulieri dedit, mandavit vocari mulierem. Et mulier veniens ad eum dixit: Domine, vir iste, de quo querelam proposui, maritus meus legitimus effectus est, etiam peperi de eo. Et ait rex mulieri: Dico tibi per barbam Ottonis (sic enim solitus erat jurare) oportet eum gustare dolabrum. Unde lingua vulgari Saxonica hæc verba protulit. Bi Otten Barde he moth barden schmecken. *Et sic viro adducto jussit eum decollari.*

XXVI.

Calumnia muliercularum, stuprum violentum accusantium, sæpe ex circumstantiis, quas ipsæ paulo accuratius interrogatæ edunt, in oculos incurrit.

XXVII.

Atque tunc remedio eruendæ veritatis opus non est;

XXVIII.

Sed absolvi confestim reum, & puniri calumniam oportet.

Calumniam muliercularum, de stupro violento querentium, facile deteget judex, si modo officium suum facere vult. Interroget scilicet partes diligentius, cogat invicem in colloquium, quod confrontare appellant, & circumstantias omnes accurate expiscetur. Tandem falsitas accusationis se ipsam prodet, ac in oculos incurret. Narrat *le Sieur Gaulard dans ses Contes, pag.* 37. adolescentem in Burgundia, a nobili puella de stupro vio-

violento accusatum, & coram cum illa in judicio constitutum, accusatrici objecisse; quod ipsa, quum iniretur, indusium suum levarit; nec illam hoc negasse, sed factum sic excusasse, ut diceret, reum, oestro libidinis percitum, ni ipsa indusium sustulisset, id perforaturum fuisse. Similis species Scabinis Vitembergensibus mense Decembri anni cIↄ Iↄ CCXXXVIII. oblata est: Mulier post bina stupra voluntaria tandem maritum nacta, hominem levem & vagabundum, apud maritum hunc suum, se a vicino, maritato viro, in cellam allicitam, & vi compressam, conqueritur; adit quoque cum marito vicinum illum, & ab eo, quamvis violentiam & adulterium negante, ac lusum saltem & contrectationem fatente, tamen per accusationis comminationem sat grandem pecuniam extorquet. Comperit hanc clandestinam negotiationem magistratus, partesque in judicium vocat: Sed aufugit maritus, qui pecuniam acceperat, solaque mulier cum accusato comparet, atque huic impudentissime, se ab eo vim passam, in os dicit, hic negat. Tum magistratus ad mulierculam conversus: miror, inquit, te in cella, ad viam publicam, quæ semper plena hominum est, exposita, interdiu & apertis foribus vim pertulisse; cur ergo non proclamasti? Respondet illa: Sibi hoc in mentem non venisse; Sie habe sich nicht auf das Schreyen besonnen. Post hæc acta ad collegium juridicum mittuntur, quod mulierculam ante omnia per fidiculas de calumnia & concussione interrogari jubet. Qua sententia audita, mulier, fidiculas declinatura, fatetur, adulterium perpetratum non fuisse, sed rem in conatu substitisse, in accusatione tamen violentiæ persistit, seque hanc reluctando ægre amolitam esse contendit. Mittuntur itaque acta ad aliud collegium, quod priorem sententiam confirmat, atque fidiculas adhiberi iterum jubet. Infelix accu-

accusatrix precibus & lacrymis, ut tertium etiam collegium consulatur, impetrat. Atque sic Scabini Vitembergenses, acceptis actis, animadverterunt, fidiculis opus non esse, sed calumniam ex sola futili illa intermissi clamoris excusatione patere. Ipsa natura hominibus, quum vi opprimuntur, nec ipsi tueri se possunt, ut vociferando aliorum opem implorent, sine longa meditatione suggerit. Quapropter sic responsum fuit: Dieweil beyde Inquisiten nunmehr darinnen, daß es zur fleischlichen Vermischung nicht gekommen, sondern nur bey einem conatu und unzüchtigen Betasten geblieben, übereinstimmen, und der Physicus ihnen hierunter mit Anführung verschiedener wichtiger Ursachen beyfällt, hiernächst die von der Inquisitin angegebene Gewaltthätigkeit, in Ansehung des an der öffentlichen Strasse liegenden Orts, des unterlassenen Schreyens, worauf sie sich mit einer lächerlichen Entschuldigung nicht besonnen haben will, des langen Stillschweigens, des vor geführten unzüchtigen Lebens, und der dreyfachen groben Variation, nicht die geringste Wahrscheinlichkeit hat, vielmehr die hierunter gesuchte Geldschneiderey und der mit ihrem Ehe-Manne deshalb gemachte Complot, oder wenigstens, daß sie dessen hierunter geführte Intention durch ihr lügenhaftes und verläumderisches Vorgeben befordert, von ihr selbst zugestanden wird; So ist die peinliche Frage weiter nicht nöthig, sondern es werden Anna Elisabeth Geißlerin vier Jahr des Landes verwiesen, Caspar Schindler aber drey Wochen mit Gefängniß oder um drey neue Schock bestraft, beyde auch zu Bezahlung der durch sie verursachten Unkosten angehalten. V. R. W. In simili, & magis adhuc ridicula, caussa Scabini Vitembergenses, reum a decreta jam inquisitione mense Februario anni cIↃ IↃ CCXXXIX. absolverunt: Dieweil die von Dorotheen Hockardtin angegebene Umstände eines an

ihr versuchten stupri violenti nicht die geringste Wahrscheinlichkeit haben, sondern theils mit der gesunden Vernunft, theils mit einander selbst streiten, und vielmehr den Verlauf der Sache, wie ihn Lautenschläger in seiner Defension angiebt, und daß die Hockardtin sich durch die Denunciation nur von dem Spotte der Leute befreyen wollen, glaubwürdig machen, gestalt sehr ungereimt heraus kommt, daß die Hockardtin, als sie Lautenschlägers sündliche Intention gemercket, und dieser mit ihr in die Stube gehen wollen, sich mit dem Knarren der Thüren, und daß es ihre Leute hören würden, entschuldiget, gleichwol, als sie schon in dem Hofe gewesen, sich, ohne zu rufen, von dem Hause ab, in den Garten schleppen, und das Maul mit der Hand, ungeachtet Lautenschläger zu denen ihm beygemessenen Actibus beyde Hände nöthig gehabt, zuhalten, und dadurch eine Stunde lang, ohne zu ersticken, an den Schreyen hindern lassen, jedoch noch so viel von dem Maule frey behalten, daß sie Lautenschlägern hundert tausend mal um GOttes willen, sie gehen zu lassen, bitten können, überdis die junge Pursche, welche hinter dem Zaune gestanden und gehorchet, dieses jämmerliche Bitten eine Stunde lang unbarmhertzig angehöret, und die Hockardtin unter der Gewalt erliegen lassen, endlich aber zu lachen angefangen, diesemnach der von der Hockardtin ohne vorher gehendes rechtliches Erkänntniß geleistete Eyd nicht den geringsten Glauben verdienet; So wird Christian Lautenschläger zu eydlicher Bestärckung seiner gethanen Aussage, welche ihm wieder vorzulesen, gelassen, und sodann mit der erkannten Inquisition, auch der von der Hockardtin geforderten Privat-Satisfaction verschonet, jedoch seiner eingestandenen Begünstigungen halber sechs Tage mit Gefängniß, oder um ein neu Schock bestraft, und ein Drittheil, Dorothea Hockardtin aber die übrige zwey

Drit-

Drittheile aller verursachten Gerichts-Kosten zu bezahlen angehalten. V. R. W.

SPECIMEN DLXXXV.

AD LIB. XLVIII. TIT. V.

DE CONCVBINATV INDIVIDVO

SOLEMNITER
D. XIII. MART. ANNI cIↃ IↃ CCXXXVI.
DEFENSVM
A

CAROLO FERDINANDO ZSCHOCHIO
ADVOCATO IMMATRICVLATO ET PRACTICO DRESDENSI
NVNC IVRIVM DOCTORE.

I.

Lis de concubinatu, a Thomasio suscitata, prope ad logomachiam accedit, & potissimum ex vitiosis definitionibus ortum trahit.

II.

Matrimonium & concubinatus vulgo male definiuntur.

III.

Definitiones istæ vulgares emendantur.

IV.

Nuptiarum facies, qualis apud Romanos fuit, ab ea, quæ hodie est, magnopere differt.

V.

Benedictio sacerdotalis hodie essentiam matrimonii ingreditur.

VI.

Concubinatus duplex est, perpetuus & temporarius, seu, quod idem est, individuus & dividuus.

VII.

Concubinatus perpetuus, quamdiu benedictio sacerdotalis necessaria non erat, ipsi matrimonio æquiparatus est, eosdemque cum illo effectus habuit.

VIII.

Igitur concubinatus perpetuus ante seculum christianum XVI. & lege divina & humana permissus fuit.

IX.

Ante sæculum XVI. adhibitio benedictionis sacerdotalis liberi arbitrii fuit.

X.

Ipse adhuc Lutherus conjungendis permisit, benedictionem sacerdotalem adhibere, vel non adhibere.

XI.

Postea vero benedictio sacerdotalis & inter catholicos & protestantes absolutæ necessitatis facta est.

XII.

Ex hoc tempore concubinatus perpetuus res licita esse desiit.

XIII.

Concubinatus temporarius a Christo interdictus est.

XIV.

Prohibitionem Christi diu neglectam tandem Leo X. Pontifex M. & Carolus V. Imp. renovarunt.

Inter doctas, quas præsens sæculum suscitavit, lites una ex acerrimis fuit de licentia concubinatus, quam Thomasius anno 1713. movit, edita *de Concubinatu* disputatione. Contradixerunt ei multi, & primus quidem *Breithauptius*, qui eodem ejusdem anni mense disputationem *de Concub. a Christo & apostolis prohibito*, publice proposuit. Quæ scripta dum lego, parum abest, quin, totam inter illos litem in verbis consistere, ac adeo logomachiam esse, contendam. Vitassent eam, & consensissent forsan, si historiam concubinatus ex antiquitate eruissent, si decreta conciliorum & pontificum inspexissent, si tempora, si denique concubinatum ipsum a concubinatu, distinxissent. Peccant tamen ambo in hoc potissimum, quod concubinatum vel plane non, vel obscure, vel male definiunt. Thomasius scilicet in principio scripti sui definitionem nullam habet, sed videtur eam supplere in §. 9. concubinatum describens conjunctionem arctiorem domesticam cum femina sine adfectu maritali. Quibus verbis nihil potest esse obscurius. Clarior *Breithauptius in* §. 3: *Concubinatus*, inquit, *significat unionem cum muliere non indimissibili, sed quæ dimitti potuerit. Ergo concubinatum dimissibilitas ingreditur essentialiter.* Aperte falsa est hæc definitio, quamvis & plerisque JCtis nostris placeat. Sic *Schilterus in Institutionibus juris canonici, lib.* 2. *titulo* 13. quem de concubinatu inscripsit, §. 1. concubinatum definit societatem viri & mulieris sine animo perpetuo in ea permanendi. Popularis iste JCtorum error originem inde traxit, quod illi definitionem matrimonii, seu nuptiarum, quæ in jure Romano reperitur, quod scilicet sint viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens, §. 1. *I. de Patria potestate*, ante oculos habuerunt, nec, definitionem istam jam diu

ob-

obliteratam, ac juribus moribusque nostris plane non convenire, cogitarunt. Apud Romanos videlicet solus de individua vitæ consuetudine consensus nuptias faciebat, etsi nulla solemnia, nec instrumenta dotalia accessissent, *L. 30. de Regulis juris*, *L. 15. de Condit. & dem. L. 8. pr. L. 11. pr. C. de Repudiis.* At ea res postea insignem mutationem passa fuit, postquam Christianus orbis, universali consensu, si Belgium fœderatum, & alia forsan paucissima loca excipias, benedictionem sacerdotalem ad essentiam nuptiarum requirere cepit. Ex hoc igitur tempore vetus illa nuptiarum definitio mutari debuisset, atque male a JCtis nostris, & per manifestum errorem, retenta est. Solus de individua vitæ societate inter virum & feminam consensus, quamvis in actum deductus, nuptias & legitimum matrimonium hodie non facit, sed, quamdiu benedictio sacerdotalis non accedit, merus concubinatus est. Pleræque concubinæ hodie eo animo eoque pacto accipiuntur, ut perpetua cum illis vitæ consuetudo sit, at propterea uxores non efficiuntur. I modo, si de rei hujus veritate dubitas, in Italiam, aliasque provincias, in quibus sacerdotibus conjugium interdicitur, concubinatus vero, non quidem aperte permittitur, sed tamen dissimulatur & impunitus relinquitur. Qui ibi concubinas adsumunt, sacerdotes fidem æternam iis addicunt, seque nunquam illas dimissuros spondent. Manent tamen hæ mulierculæ concubinæ, quoniam *cap. 1. Sess. 24. de Reformatione matrimonii in Concilio Trident.* benedictionem sacerdotalem ad formam matrimonii requirit. Nec inter protestantes insolitus est perpetuus concubinatus. Commemoravi in *Specimine CCXCVIII. de Benedictione sacerdotali, medit. ult.* exemplum, quo vir illustris ancillæ suæ indissolubilem vitæ consuetudinem, data arrha, coram parocho & duobus testibus, promiserat, er hatte ihr in Gegenwart

wart seines Pfarrers und zweyer Zeugen einen Trau-Ring ewiger Fidelität gegeben, atque tamen, nullum verum matrimonium intercessisse, judicatum fuit. Aliter itaque hodie matrimonium definiendum est; conjunctio nimirum viri & feminæ, in perpetuum inita, benedictione sacerdotali aut per aliam, quam leges requirunt, cerimoniam firmata. Nam in Belgio, & aliis forsan locis, loco benedictionis sacerdotalis confirmatio magistratus est. Vide *Benthems* **Holländischen Kirch- und Schulen-Staat**, *P.* 1. *cap.* 12. Et tale matrimonium, in Belgio contractum, apud nos quoque firmum esse, omnesque legitimi matrimonii effectus producere, jam olim responderunt JCti Helmstadienses apud *Philippi ad Decis. Elect. Sax* 49. *observ.* 1. Concubinatus vero est conjunctio viri & feminæ sine illis, quas publicæ leges præscribunt, solemnibus, sive in perpetuum, sive ad tempus, facta; quod sic effert *Reformatio politica Imperii de* 1530. *tit.* 33. **von leichtfertiger Beywohnung; wenn Persohnen ausserhalb von GOtt aufgesetzter Ehe zusammen wohnen.** Quæ quum ita sint, tota inter Thomasium & Breithauptium, ac qui porro contra Thomasium scripserunt, lis ita dirimenda est, ut duplicem concubinatum facias, alterum, qui in perpetuum contrahitur, alterum temporarium & dissolubilem. Perpetuus concubinatus nec lege divina nec Romana interdictus, sed secundum hæc jura verum matrimonium est, neque etiam post Justinianum a *Leone in Novella* 91. prohibitus fuit. Nam Novella hæc de dividuo concubinatu agit, ut ex verbis ejus ultimis: *Vitæ consortem invenire difficile non est;* patet. Individuus itaque concubinatus tunc demum illicitus esse cepit, postquam benedictio sacerdotalis, quæ antea liberi arbitrii erat, necessaria facta est. Hoc vero post Lutheri tempora demum contigit. Ipse

Lu-

Lutherus, in præfatione des Trau-Büchleins, testatur, cerimoniam hanc tunc adhuc arbitrariam fuisse. Memorabilia sunt ejus verba, hicque excerpi merentur: So manches Land, so manche Sitten, sagt das gemeine Sprichwort. Demnach weil die Hochzeit und Ehestand ein weltlich Geschäffte ist, gebühret uns Geistlichen oder Kirchen-Dienern, nichts darinne zu ordnen oder regieren, sondern lassen einer jeglichen Stadt und Lande hierinn ihren Brauch und Gewohnheit, wie sie gehen. Etliche führen die Braut zweymahl zur Kirche, beyde des Abends und des Morgens, etliche nur einmal; etliche verkündigen und bieten sie auf der Cantzel auf, zwo oder drey Wochen zuvor. Solches alles und dergleichen laß ich Herren und Rath schaffen und machen, wie sie wollen, es gehet mich nichts an. Aber so man von uns begehret, für der Kirche oder in der Kirche sie zu segnen, über sie zu beten, oder sie auch zu trauen, sind wir schuldig dasselbige zu thun. Darum hab ich wollen diese Wort und Weise stellen denenjenigen, so es nicht besser wissen, ob etliche gelüstete, einträchtiger Weise mit uns hierinne zu brauchen. Die andern, so es besser können, (das ist: die allerding nichts können, und aber sich düncken lassen, daß sie alles können,) dürffen dieses meines Diensts nicht, ohne daß sie es überklügeln und übermeistern mögen; und sollen sich ja fleißig hüten, daß sie mit niemand etwas gleiches halten, man möchte sonst gedencken, sie müßten von andern etwas lernen; das wäre grosse Schande! Weil man denn bißher, mit denen Mönchen und Nonnen, so treflich groß Gepränge getrieben hat, in ihrem Einsegnen, so doch ihr Stand und Wesen ein ungöttlich und lauter Menschen-Gedicht ist, das keinen

nen Grund in der Schrifft hat; Wie viel mehr sollen wir diesen Göttlichen Stand ehren, und mit viel herrlicher Weise segnen, beten und zieren: Denn ob es wol ein weltlicher Stand ist, so hat er dennoch GOttes Wort für sich, und ist nicht von Menschen erdichtet oder gestifftet, wie derer Mönche und Nonnen Stand; darum er auch hundertmal billiger solt geistlich gehalten werden, dann der Klösterliche Stand, welcher billig der allerweltlichste und fleischlichste soll geachtet werden, weil er aus Fleisch und Blut, und allerding aus weltlicher Witz und Vernunfft erfunden und gestifftet ist. Auch darumb, daß diesen Stand das junge Volck lerne mit Ernst ansehen und in Ehren halten, als ein Göttlich Werck und Gebot, und nicht so schimpfflich darbey seine Narrheit treibe, mit Lachen, Spotten und dergleichen Leichtfertigkeit, so man bisher gewohnet hat; gerade als wäre es ein Schertz und Kinderspiel, ehelich zu werden, oder Hochzeit machen. Die es zum ersten gestifftet haben, daß man Braut und Bräutigam zur Kirche führen soll, habens warlich für keinen Schertz, sondern für einen grossen Ernst angesehen; Denn es kein Zweifel ist, sie haben damit den Segen GOttes und gemein Gebet holen wollen, und nicht eine Lächerey oder heydnisch Affenspiel treiben. So beweiset es das Werck an ihm selbst wol; denn wer von dem Pfarrer oder Bischoff Gebet und Segen begehret, der zeiget damit wol an, (ob er es gleich mit dem Munde nicht redet,) in was Fahr und Noth er sich begiebet, und wie hoch er des Göttlichen Segens und gemeinen Gebets bedarff zu dem Stande, den er empfähet; wie sichs denn auch wol täglich findet, was Unglücks der Teuffel anrichtet in dem Ehestande mit Ehebruch, Untreu, Uneinigkeit, und allerley Jam-

Jammer. So wollen wir nun auf diese Weise an dem Bräutigam und Braut (wo sie es begehren und fordern) handeln. Apud Catholicos absoluta hæc necessitas anno demum 1563. *in Concilio Tridentino, Sessione 24. cap. 1. Decreti de Reformatione matrimonii* stabilita fuit. Hodie ergo concubinatus etiam perpetuus ubivis inter christianos crimen est, ex lege scilicet humana, non divina. Quod vero ad concubinatum temporarium attinet, hunc Deus in vetere testamento toleravit, Christus vero *Matthæi XIX, 9. & Marci X, 9. 11. 12.* satis aperte interdixit. Romani concubinatum temporarium tolerarunt etiam, ut ex *titulis D. & C. de Concubinis* patet. Tolerarunt eundem Romani quoque Pontifices. *Leo I. in epistola 92. ad Rusticum, Narbonensem episcopum, in inquis. 6: Ancillam*, inquit, *a thoro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis.* Primus eum vetuit *Leo Cæsar in Novella 91.* Sed post Leonem prohibitio illa Christi diu neglecta fuit. Renovarunt eam tandem Leo X. pontifex maximus, *in septimo Decretalium lib. 5. tit. 16. cap. 1.* & *Carolus V. in Reformatione politica Imperii de 1533. tit. 13.* von leichtfertiger Beywohnung. Vt adeo hodie uterque concubinatus, perpetuus, & temporarius, crimen sit, sed cum hoc discrimine; ut perpetuus saltem cum lege humana, temporarius cum lege & humana & divina pugnet. Respondet quidem ad legem divinam *Thomasius* §. 8. Christum de divortio justæ uxoris agere. Verum enim vero jure novi testamenti omnis cum muliere extra matrimonium consuetudo fornicatio est, secundum Paulum 1 *Corinth. VI, 15. 16. 18.* Itaque concubinatus temporarius saltem ex hac ratione illicitus est.

XV.

Origo distinctionis inter concubinatum perpetuum & temporarium non nova est, sed vetus, in fine sæculi Christiani IV. per concilium Toletanum primum stabilita.

Nihil tam metuo, quam, ne novarum rerum studiosus dicar, bene gnarus, quam hoc convitium multis fuerit funestum & exitiosum. Igitur doctrinam meam *decreto 17. concilii Toletani I.* ex sæculo christiano IV. firmabo: *Si quis habens uxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus; alias vero vivens abjiciatur, donec desinat, & per pœnitentiam revertatur.* In hunc canonem hunc in modum commentatur incomparabilis *Fleury, tom. V. historiæ ecclesiasticæ lib. 20. cap. 48. pag. 111: Celui, qui avec une femme fidele a une concubine, est excommunié; mais, si la concubine lui tient lieu d'épouse, ensorte qu'il se contente de la compagnie d'une seule femme, à titre d'épouse ou de concubine à son choix, il ne sera point rejetté de la communion. Ce canon est très remarquable, pour montrer, qu'il y avoit des concubines legitimes aprouvées par l'eglise. C'est, que selon les loix Romaines toute femme ne pouvoit estre épouse legitime de tout homme: il faloit que l'un & l'autre fussent citoyens Romains, & qu'il y eût proportion entre les conditions. Un senateur ne pouvoit épouser une esclave; & les conjonctions des esclaves n'étoient point nommées mariages. Or la femme, qui ne pouvoit estre tenuë à titre d'épouse, pouvoit estre concubine: & les loix* (1) *le souffroient, pourveu qu'un homme n'en eût qu'une, & ne fût point marié. Les enfans qui en venoient n'étoient ni legitimes, ni bâtards: mais en-*

(1) *L. 3. §. 1. ff. de Concub.*

enfans naturels, reconnus par les peres, & capables de donations. (2) *L'eglise n'entroit point dans ces distinctions:* (3) *& se tenant au droit naturel, approuvoit toute conjonction d'un homme & d'une femme, pourveu qu'elle fût unique &* PERPETVELLE. *D'autant plus que l'Ecriture sainte* (4) *employe quelquefois indifferemment les noms d'épouse & de concubine. Harduinus in Tomo I. Conciliorum, p.* 992. huic canoni hanc notam adlinit: *In notis Decreti Gregoriani exponitur hoc decretum de justa concubina, quæ est uxor minus solenniter ducta. Sed vide August. serm. 2. Dom. 22. post Pentec.* Parum profecto accurate. Credidit nempe Harduinus, communi errore abreptus, unum saltem esse genus concubinatus, dividuum nempe, seu temporarium, de quo & Patres Concilii Toletani, & Augustinus agant, atque adeo ambos sibi contradicere. Et agit utique Augustinus de concubinatu temporario; sed Toletani patres de perpetuo loquuntur. Vidit hoc compilator Decreti, atque propterea & canonem Toletanum, quamvis mutilatum, & dictum Augustini, tanquam concordantia invicem, in uno titulo, nempe in *distinctione XXXIV. can.* 4. & 6. collocavit. Sed operæ pretium est, originem distinctionis hujus paulo accuratius investigari. Cepit illa fere cum usu benedictionis sacerdotalis. Primi nempe Christiani, quum nihil sine numine facerent, conjugia quoque sua sub numinis auspiciis inire, ac publice in cœtu sacro solemni sacerdotis precatione lustrari, gaudebant. Nulla eos ad hoc lex cogebat, nulla necessitas subigebat; sed diuturnus usus morem stabiliverat, a quo recedere religioni sibi ducebant plerique. Si quis ergo clam, non adhibito sacerdote, nuptias faciebat, hoc reliquis Christianis tam insolitum videbatur, ut istas nuptias nec pro

(2) *L.* 13. *l.* 34. *ff. ad leg. Jul. de Adult.* (3) *Aug. de Bono conjug. c.* 5. (4) *Gen. XXV*, 1. 6. *Jud. XIX*, 2. 9. 10. 24. 25. 27. 29.

nuptiis, nec uxorem pro uxore, ſed pro concubina reputarent. Cepit hic rigor paulatim incrementa, ac cœtus chriſtianorum nec tolerare amplius eos, qui ſine ſacerdote & pia ceremonia coiiſſent, ſed excludere a conventibus & ſacris ſuis volebat. Delata tandem ad concilium Toletanum lite, cenſuerunt patres, eum, qui nuptias publice non feciſſet, ſed tamen unam ſaltem feminam perpetuam thori ſociam ſibi adſumſiſſet, non peccare, ac inpoſterum rem liberi arbitrii fore, vel uxorem publice in cœtu ſacro coram ſacerdote ducere, vel ſine ceremoniis concubinam, data in æternum fide, adſumere.

XVI.

Conjunctio viri & feminæ in perpetuum inita, ad quam benedictio ſacerdotalis vel plane non, vel modo illegitimo, acceſſit, concubinatus magis eſt, quam matrimonium.

XVII.

Clandeſtina & vitioſa copulatio, etſi a legitimo ſacerdote facta, non matrimonium, ſed concubinatum, inducit.

XVIII.

Benedictio ſacerdotalis, ab extraneo ſacerdote contra leges adhibita, nulla eſt, & concubinatum, non matrimonium, inducit.

XIX.

Convaleſcunt tamen hujusmodi clandeſtinæ & illicitæ copulationes, & verum matrimonium efficiunt, ſi accedente publica auctoritate confirmentur, atque ſic vitium purgetur.

XX.

Quodſi ante hanc publicam eccleſiæ ratihabitionem alterutra pars alias nuptias faciat, peccat quidem, & punitur, non tamen tanquam binuba, ſed tanquam concubinaria.

The-

Theses istæ omnes clarissime in *Concilio Tridentino*, *Sessione XXIV. de Reformatione matrimonii*, *cap.* 1. atque his inprimis verbis: *Qui aliter, quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat;* continentur. Ridebis sine dubio, lector, & solœcismum nobis objicies, qui, de jure inter protestantes usitato agentes, concilium Tridentinum, quod illi nunquam agnoverunt, sed improbant magis & damnant, allegemus. Verum enim vero etsi decreta concilii Tridentini legis auctoritatem inter nos non habeant, in iis tamen capitibus, in quibus rectæ rationi juribusque communibus conveniunt, saltem tanquam ab hoste petitum testimonium, aliquid ponderis sententiæ nostræ addere videntur. Et convenit quidem istud Concilii Tridentini decretum mirifice 1) juri naturali, quod negotia omnia, dolo malo, contra leges, ac in fraudem aliorum hominum gesta, nulla declarat, 2) juri civili, quod in *L.* 5. *C. de Legibus: Nullum*, inquit, *pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quam novellas trahi generaliter imperamus: ut legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat: ceteraque, quasi expressa, ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est: Sed & si quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum atque inutile esse præcipimus;* 3) decreto veteri, in quo sic Celestinus papa *can.* 2. *caus-*

sa 35. quæst. 6: Quam quis, ait, *contra prohibitionem ecclesiæ duxit, non sit uxor. Nam, quod contra interdictum & ordinem Ecclesiæ factum est, tanquam inordinatum, ratum non haberi tam divinæ, quam humanæ legis proclamat autoritas;* 4) Decretalibus, in quibus Alexander III. Pontifex *cap. 2. X. de Clandestina desponsatione: Si*, inquit, *matrimonia tam occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat: ii, qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi.* Quod tamen Alexander Pontifex in fine capituli hujus adjicit: *Verum, si personæ contrahentium hæc voluerint publicare, nisi rationabilis causa præpediat, ab Ecclesia recipienda sunt & comprobanda, tanquam a principio in Ecclesiæ conspectu contracta;* quum in Concilio Tridentino omissum sit, supplemus hic. Potest videlicet ex hujusmodi concubinatu legitimum matrimonium fieri, etsi benedictio sacerdotalis denuo non accedat. Sufficit, auctoritate principis vel consistorii vitium purgari, ac defectum suppleri. Antequam hæc confirmatio accedit, si alterutra pars alias nuptias faciat, nec in adulterii, nec in bigamiæ crimen incidit, sed ob concubinatum saltem punietur. Totam hanc doctrinam memorabili JCtorum Helmstadiensium responso, mense Februario anni cIↃ IↃ CCXXVII. exarato, illustramus: Hat ein Studiosus sich durch eine Scharfrichters Tochter verführen lassen, daß er wider seines Vaters Willen und Verboth in eine Copulation mit derselben gewilliget, ist auch nebst ihr zu einem Catholischen Pater gegangen, und von demselben in Lateinischer Sprache getrauet worden, nachgehends 4. Wochen bey dieser ihm angetraueten Person in ihrer Eltern Hause gewesen, darauf in den Krieg, und endlich, nach 5. monathlichem Aufenthalt bey seinem Vater, in Ost-Indien, wo er eine andere Person geheyrathet, endlich auch mit derselben und ihren Schwieger-Eltern heraus nach Teutschland

land gezogen. Bey seiner Ankunft in Teutschland hat er vor allen Dingen einen Vergleich mit des Scharfrichters Tochter zu treffen gesuchet, solchen auch endlich nach vieler Schwierigkeit und Zeit-Verlust dergestalt, daß diese sich aller Ansprüche an ihm eydlich begeben, erhalten. Als nun währenden solchen Tractaten der Schwieger-Vater davon Nachricht bekommen, hat er zwar anfänglich keinen sonderlichen Verdruß mercken lassen, sondern so gar Vorschub zu dem Vergleiche gethan, fängt gleichwol nunmehr an, einen Widerwillen gegen den Schwieger-Sohn zu bezeigen, und nicht undeutlich an den Tag zu legen, daß er eine Scheidung zwischen ihm und seiner Tochter vorhabe. Entstehet demnach die Frage: Ob die mit der Scharfrichters-Tochter geschehene Trauung ungültig? Wiewol nun die benedictio sacerdotalis, nach den auch unter den Protestanten eingeführten principiis juris canonici, vor so kräftig gehalten wird, daß sie fast alle defectus, und sonderlich den Mangel des väterlichen Consenses, suppliret, *can.* 2. *caus.* 27. *quæst.* 2. *can. ult. causs.* 32. *qu.* 2. *&* *c.* 6. *X. de Raptoribus*, *Glossa in can.* 2. *causs.* 27. *quæst.* 2. *lit. a.* Alldieweil aber in gegenwärtigem casu es fast an allen Stücken, welche nicht allein de solemnitate, sondern auch ad essentiam einer Heyrath, und zur Gültigkeit einer benedictionis sacerdotalis erfordert werden, mangelt, gestalt 1) kein einiger Zeuge bey der Trauung vorhanden gewesen, da doch die Gegenwart wenigstens zweyer Zeugen bey der Trauung nothwendig, und ohne derselben das matrimonium null und nichtig ist, auch keine Obligation produciret, *cap.* 2. *X. de Clandestina desponsatione*, *van Espen in Jure ecclesiastico universo, P.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. *num.* 23. *Bœhmer in Jure ecclesiastico protestantium, lib.* 4. *tit.* 3. §. 54. immassen dergleichen heimliches matrimonium auch so gar alsdenn, wenn sich beyde Personen dazu bekennen, doch in

præjudicium alterius matrimonii legitime contracti keinen effect erreichen mag, uti in terminis tradunt *Covarruvias de Sponsal. p.* 1. *c.* 4. §. 1. *n.* 4. *Canisius ad c.* 2. *de Clandest. despons. n.* 2. und *Strykius in usu moderno, tit. de Ritu nuptiarum*, §. 29. hiernächst 2) die Trauung von einem gantz fremden Pfarrer, der noch darzu einer andern Religion zugethan, und die beyde Personen zu copuliren nicht berechtiget gewesen, geschehen, mithin auch ex hoc capite ungültig ist, nachdem sowol von denen Catholicken als Protestanten proprius sacerdos unumgänglich erfodert wird, *Gonzalez Tellez ad c.* 3. *X. de Clandest. desponsatione*, §. 8. *Carpzov. Jurisprud. Consistor. P.* 2. *Def.* 148. *num.* 1. *seqq. Schilteri Instit. Juris can. lib.* 2. *tit.* 11. §. 4. ferner 3) des Studiosi Vater nicht allein in diese Ehe nicht consentiret, sondern auch aus wichtigen und genugsam erheblichen Ursachen seinen dissensum öffentlich declariret, und wider die Trauung protestiret, weiter 4) das gleichfals in den Gesetzen erfoderte öffentliche Aufgeboth nicht vorher gegangen, nächstdem 5) die Braut dasjenige, was in Lateinischer Sprache gesaget, gar nicht, der Bräutigam hingegen wegen des allzu geschwinden Sprechens nicht recht verstanden, folglich noch ungewiß ist, ob die von dem Pater gebrauchte Worte gar eine rechte Copulation gewesen, endlich 6) gedachter Pater durchgehends dolose und wissentlich contra leges gehandelt, diesemnach der gantze Handel vor nichtig zu achten ist, arg. *L.* 5. *C. de Legibus*; So ist die zwischen dem Studioso und der Scharfrichters-Tochter geschehene Trauung ungültig.

XXI.

Promissio de non relinquendo, aliaque hujusmodi verba ambigua, in concubitu adhibita, siquidem personæ ejusdem conditionis sint, pro desponsatione accipiuntur.

XXII.

XXII.

Eadem vero inter personas imparis conditionis magis animum concubinatus, quam matrimonii, ineundi probant.

Equidem *Bergerus in Electis Discept. for. P. II. Supplementorum, pag.* 212: *Verba,* ait, *vaga & generalia, se nunquam eam deserturum,* **er wolle sie nicht lassen,** *sufficiunt ad demonstrandum sponsalitium consensum, siquidem paulo ante, vel juxta concubitum, fuerint prolata. Nimirum concubitus optimus est verborum dubiorum interpres: in re dubia interpretatio facienda est contra eum, qui, cum potuerit apertius loqui, obscure locutus est, præsertim pro matrimonio, atque ut vitiatæ & spe matrimonii ad concumbendum allectæ, atque innocenti partui consulatur: duo una semel caro facti sunt, quos satius est honeste jungi, quam dimitti.* Temperat tamen deinde in *Oeconomia juris, pag.* 103. §. 6. hanc sententiam: *Quanquam,* inquiens, *inde non plena probatio efficitur, sed tantummodo suspicio excitatur, ad effectum præstandi purgatorii jurisjurandi.* Adde *ejusdem Resolutiones Lauterbachianas, pag.* 524. Profecto præsumtio illa de animo matrimonium promittendi, quæ ex verbis istiusmodi dubiis inducitur, admodum infirma est. Animadvertimus enim, eos, qui talia verba adhibent, non habere propositum contrahendi conjugii, sed, ut Innocentius III. in *c.* 26. *X. de Sponsalibus* loquitur, *copulam tantum extorquendi carnalem.* Equidem, dolum ex parte ejus, qui tam obscure loquitur, intercedere, non nego. Sed dolus solus consensum non supplet. Sic certe Innocentius III. in memorato *cap.* 26: *Nos,* ait, *quid juris sit rescribentes, hoc dicimus, quod si res ita se habuerit, videlicet, quod ille nec proposuit eam ducere in uxorem, nec unquam consensit, inter prædictas personas non deberet ex illo facto conjugium judicari: quum in eo nec substantia conjugalis contractus, nec etiam forma contrahendi conjugii valeat inveniri; quoniam ex altera parte dolus solummodo afficit & deficit omnino*

con-

consensus, sine quo cetera nequeunt fœdus perficere conjugale. Nec conscientiæ & jurijurando fraudulenti stupratoris decisio caussæ facile committenda est. Norunt omnes, quam sint hi, quorum vita, patrimonium, honor, tranquillitas, in discrimen vocatur, ad jurandum proni. Ita enim taciti secum:

Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient? sed & exorabile Numen
Fortasse experiar; solet his ignoscere, multi
Committunt eadem diverso crimina fato:
Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmat, tunc te sacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere imo ultro ac vexare paratus.
Nam, quum magna malæ superest audacia caussæ,
Creditur a multis fiducia.

Vide plura apud *Juvenalem in Satyra XIII.* Nos igitur aliud temperamentum ex his *legis 22. C. de Nuptiis*, verbis: *Inter pares honestate personas;* sumimus, atque, utrum litigatores sibi invicem æquales sint, an maxime impares, inspicimus. Inter illos animum contrahendi matrimonii ex verbis ambiguis concludimus, in his non. Quum ergo mense Augusto anni cIↄ Iↄ CCXXXV. famula, ex hero suo gravida, herum hunc ad Consistorium traheret, & datam sibi conjugalem fidem ex verbis istiusmodi dubiis argueret, Consistorium, inspecta dispari personarum conditione, herum magis concubinatum individuum, quam conjugium, promittere voluisse, credidit, atque adeo eum sine omni jurejurando absolvit: Daß gestalten Sachen nach, und da aus den angegebenen zweifelhaften Worten, in Ansehung des ungleichen Standes, keine Vermuthung eines vorgehabten

ten Ehe-Versprechens erwächset, das schlechter Dinges auf die Ehe gerichtete Suchen nicht statt hat.

XXIII.

Ex diuturna vitæ consuetudine, ubi de benedictione sacerdotali non constat, nec alia argumenta adsunt, concubinatus magis, quam conjugium, inter personas conditione impares præsumitur.

XXIV.

At inter personas conditione pares magis conjugium præsumitur.

Binas recordor caussas, in quibus quæstio: An ex diuturna vitæ consuetudine conjugium præsumatur? agitata, & ab iisdem JCtis diversissime fuit judicata. Personæ ipsæ, de quarum legitima conjunctione disputabatur, jam diu, ante sæculum circiter, intermortuæ erant. Antiquitas igitur temporis litem intricatiorem, ac decisionem ejus difficiliorem, reddebat. Accedebat pugna legum. Nam *lex* 24. *de Ritu nuptiarum* præsumtionem matrimonii juvabat; sed *Novella* 74. *cap.* 5. contradicere videbatur. Diremit tandem hanc pugnam commode *lex* 22. *C. de Nuptiis;* verbis: *Inter pares honestate personas.* Inspecta nempe fuit personarum conditio, atque, quum in una specie ambæ ex nobili prosapia essent, pro matrimonio in *Specimine CCXCVII. de Nuptiis, medit.* 2. in altera, ubi herus illustris & famula, ex fæce plebis orta, ætatem invicem exegerant, pluresque liberos genuerant, pro concubinatu in *Specimine CCIC. medit.* 1. judicatum est.

XXV.

Pellicatus a concubinatu differt.

XXVI.

Pellicatus jure Romano, etsi pro adulterio non reputaretur, prohibebatur tamen.

XXVII.

Concubinæ vox in latiore significatione etiam pellices complectitur.

XXVIII.

Pellicatus inter Christianos verum adulterium est.

Quod supra in *Observat.* 9. dixi, Christi Paulique contra concubinatum leges ad Leonis X. Pontificis M. & Caroli V. Augusti tempora usque fuisse neglectas, dubium videbitur iis, qui Athalarici regis severissimum contra concubinas apud Cassiodorum *lib.* 9. *cap.* 18. edictum legunt. At hoc edictum non ad eas, de quibus nos hic agimus, concubinas, sed ad pellices, quæ nempe simul cum legitimis uxoribus habentur, pertinet. Jus scilicet Romanum, etsi pellicatum, seu consuetudinem mariti cum femina soluta, pro adulterio non reputaret, *L.* 3. § 1. *de Concubinis*, prohibebat eum tamen, & criminibus adscribebat, *L. un. C. de Concubinis*, *L. ult. C. Communia de manumissionibus*, atque adeo a concubinatu, quem permiserat, distinguebat. Verum discrimen hoc tam accurate non observatur, sed sæpe concubinæ vox latius accipitur, ut pellices quoque comprehendat, *L.* 144. *de Verb. significat.* De his pellicibus igitur Athalaricus in edicto suo clare agit, eas quidem adulteris opponit, ac ab ultimo supplicio liberat, sed tamen singulari, exemplum vix habenti, pœnæ subjicit. Audiamus ipsum: *In adulteris totum districtissime volumus custodiri, quicquid divali potuit commonitione decerni. Uno tempore duabus nemo copuletur uxoribus, quia se no-*

noverit rerum ſuarum amiſſione plectendum. Nam aut libido eſt, & recte perfrui non ſinitur: aut cupiditas, & jure nuditate damnatur. Si quis autem ſuperflua turpique cupidine, conjugali honeſtate deſpecta, ad concubinæ elegerit venire complexus: ſi ingenua fuerit, jugo ſervitutis cum filiis ſuis modis omnibus addicatur uxori: ut illi ſe per honeſta judicia ſentiat ſubdi, cui per illicitam libidinem credidit poſſe præponi. Quod ſi ad tale flagitium ancilla pervenerit, excepta pœna ſanguinis, matronali ſubjaceat ultione: ut illam patiatur judicem, quam formidare debuiſſet abſentem. At nos, pellicatum verum adulterium eſſe, ex Chriſti lege novimus, & hoc crimen, ut alia adulteria, punimus.

XXIX.

Matrimonium inter perſonas, lege etiam humana conjungi prohibitas, ſine diſpenſatione initum, quamvis per aliquot annos ſteterit, non eſt tamen matrimonium, ſed concubinatus.

Agitatur nunc publicis ſcriptis, atque in ipſis Germaniæ comitiis, lis, an matrimonium a viro, pontificiis ſacris addicto, cum muliere ex proteſtantibus in gradu, quem jus canonicum prohibet, ante XV. annos initum, nunc demum diſſolvi poſſit? Habet illa plurimas facti quæſtiones adnexas, ut ex *Fabri* Staats-Cantzley, *Part. 65. cap. 4. pag. 129. ſeqq.* adparet, atque adeo a me in præſens non decidetur, quamvis magis in ſententiam, iſtud matrimonium diſſolvi non debere, propendeam. Interim generaliter dico: *Matrimonium inter perſonas, lege etiam humana conjungi prohibitas, ſine diſpenſatione initum, quamvis per aliquot annos ſteterit, non eſt tamen matrimonium, ſed concubinatus.* Confirmat me in hac ſententia *cap. 3. §. 1. X. de Clandeſtina deſponſatione.*

SPECIMEN DLXXXVI.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
INCESTU
MENSE JUN. ANNI cIↄIↄCCXXXVI.
PUBLICE DEFENSUM
AB
AUGUSTO Leberecht HEERIO
GOERLIC. LUSAT.

I.

Nuptiæ in gradu, quem jus divinum ſaltem implicite prohibet, contractæ a Theologis & JCtis in Electoratu Saxoniæ pro inceſtuoſis reputantur.

II.

Quæ ſententia dubia eſt adhuc, ſed tamen veriſimilior, atque ſaltem male ex regulis interpretationis extenſivæ, quas huc plane trahi non oportebat, defenditur.

III.

Genuinum hujus doctrinæ fundamentum ponitur.

IV.

Leviticorum caput XVIII. a verſ. 6. usque ad 18. non plures, ut vulgo creditur, leges, ſed unicam, exemplis aliquot illuſtratam, continet.

Suppudet fere hæc ſcribentem, ac, quod nunquam antea contigit, ſententiam iterum mutantem. Si cruento illi tribunali Hiſpanico, quod inquiſitionem vocant, ſubeſſem, poteram relapſus appellari. Scilicet in *Specimine CCXCII. de Sponſalibus inter con-*

confanguineos & adfines, *med.* 1. ingenue faſſus ſum, me olim JCtorum Vitembergenſium ac Lipſienſium ſententiam, quod prohibitio juris divini ad ſimiles gradus extendenda, nec ad perſonas in eo recenſitas reſtringenda ſit, probaſſe, ac diu, quamvis in ordinem diſſentientium JCtorum Helmſtadienſium cooptatum, retinuiſſe, ſed tandem deſeruiſſe, atque Luthero ac majori Theologorum & JCtorum Germanorum parti, qui prohibitionem juris divini ad verba & perſonas reſtringunt, adſenſiſſe. Revocato in patriam, quum multa in mentem venirent, quæ me a reditu abſterrere poterant, hoc etiam ſcrupulum aliquem injecit, quod, Lutherum ac JCtos Helmſtadienſes recte ſentire, dixiſſem, & adhuc firmiſſime crederem, neceſſitatem tamen mihi impoſitum iri, contrariam illis opinionem reſpondendo ac docendo tuendi, præviderem. Diu hic ſcrupulus animo inhæſit, ſed nunc tamen excuſſus eſt. Quod quomodo contigerit, candide aperiam. Redux, quum primum ſecundum veterem, a me, ut dixi, deſertam, ſententiam judicandum, ac nuptiæ, in gradu implicite prohibito contractæ, damnandæ eſſent, conſideravi ſedulo omnia argumenta, quibus iſtam ſententiam communiter fulciunt auctores. Nullum in illis reperi, quod me plene convinceret, ac ad eam retraheret, nec adhuc reperio, ſed, quæſtionem in utramque partem diſputari poſſe, firmiter credo. Cuicunque tamen parti adhæreas, ſalus tua nullibi periclitabitur. Et ridiculus foret, qui opinionem Saxonum noſtrorum pro articulo fidei venditaret, & Lutherum propterea, quod contrariam defenderit, ad inferos damnaret. In his vero, quæ fidem chriſtianam non lædunt, nec fundamentum ejus ſubruunt, vir cordatus doctrinas & conſuetudines in ſua provincia receptas ſequitur, ne diſſentiendo tranquillitatem turbet. Igitur nemo mihi, quod & ego id facio, pacemque & concordiam cum collegis colo, vi-

tio vertet. Accedit novum, quod nunc primum in mentem venit, ac Saxonum nostrorum sententiam mirifice firmat, argumentum. Videlicet huc usque, ut aperte loquar, neutra pars, si paucos forte excipias, recte disputavit, & quæstionem ita, ut par est, posuit. Tota inter illos controversia in eo vertitur, utrum in lege hac divina interpretatio extensiva, an restrictiva, locum habeat. Ego vero neutri locum facio; sed, ubi verba clara sunt, interpretationem omnem cessare, atque, computationem graduum inventum & institutum mere humanum esse, dico. Autumant vulgo, in *Cap. XVIII. Leviticorum* plures leges proponi, singulosque versus singulas prohibitiones esse. Hic popularis error istas disputationes omnes peperit, ac est tamen, si modo caput recte inspicis, manifestus. Unica in illo, quod ad matrimonium, lex, unica prohibitio, videlicet in *versu 6.* continetur: *Non accedes ad carnem carnis tuæ.* Quæ subjiciuntur, non leges sunt, sed exempla legis in principio positæ, quæ legem & regulam non restringunt, sed illustrant. Igitur ex his exemplis interpretatio restrictiva non recte exsculpitur. Tametsi ista exempla subjecta non essent, constabat jam tum satis ex *versu 6.* nuptias cum matre, sorore, noverca, amita, matertera, nuru, patrui vidua &c. illicitas ac incestuosas esse. Sunt enim hæ personæ vel caro nostra, vel caro carnis nostræ, hoc est, vel nos ipsos, vel hos, qui nobis proximi & immediati sunt, sanguine proxime seu immediate contingunt. Eadem itaque regula etiam fratris sororisve filiam, aviam, avunculi viduam, quarum exempla non adduntur, complectitur. Falli eum, qui aliter ratiocinatur, facili negotio ostendam. Percurrens olim Germaniæ academias, in una earum hujusmodi legem vidi: Cives nostri pie, honeste, sobrie, vivant; igitur Deum

rite

rite colant, in templa ſtatis diebus veniant, a rixis & digladiationibus ſibi caveant, ſcholas frequentent, a crapula & immodico potu abſtineant, debita ſua perſolvant, & ſic porro. Facta erat plerorumque officiorum ut & vitiorum enumeratio, ſed omiſſa, credo caſu, mentio peccatorum, quæ contra ſextum Dei præceptum committuntur. Si quis ergo ex regulis interpretationis reſtrictivæ collegiſſet, ſcortationes in ea academia non eſſe illicitas, hunc omnes merito riſiſſent. Sufficiebat ad has cohibendas lex in principio poſita, quam ſubjecta exempla non infirmabant, nec arctioribus cancellis circumſcribebant. Quamobrem ſic nomine JCtorum Vitembergenſium menſe Januario anni cIↄ Iↄ CCXXXV. reſpondi: Will Chriſtoph Heyne ſeiner Mutter halb-Brudern hinterlaſſene Wittwe heyrathen, und des Rechten belehret ſeyn: Ob dieſe Ehe ſchlechterdinges verbothen, oder aber per diſpenſationem principis vergönnet werden könne? Nun findet ſich zwar dieſes Caſus halber kein ausdrückliches Verboth in der heiligen Schrift, ſondern *Leviticorum XVIII*, 14. wird lediglich die Ehe mit des Vatern Bruders Wittwe unterſaget, hingegen der Mutter Bruders Wittwe mit keinem Worte gedacht. Folglich, da alle prohibitiones, als odioſæ, ſtricte erkläret werden müſſen, und die paritas graduum nur ein figmentum der Menſchen zu ſeyn ſcheinet, überdis in gegenwärtigem Falle der Verſtorbene kein voll-bürtiger, ſondern nur ein halb-Bruder der Mutter geweſen, ja die jetzt vorſeyende Ehe ſelbſt, da er noch gelebet, verlanget, ſo gewinnet es das Anſehen, ob ſey dieſe Ehe nicht ſchlechterdinges verbothen, ſondern könne per diſpenſationem Principis wol vergönnet werden; Alldieweil aber GOtt in dem jetzt angeführten XVIII. Cap. verſu 6. die Ehe überhaupt mit der nächſten Bluts-Freundin oder Schwägerin verbiethet, und die daſelbſt feſt geſetzte General-

Re-

Regul in den folgenden Versen nur mit Exempeln erläutert, also diese Exempel vor keine Restrictiones der vorhergesetzten Regul angesehen werden können, sondern alle diejenige Personen, welche nächste Bluts-Freunde, oder einander so nahe, als die in folgenden erzählte Personen, verwandt oder verschwägert seynd, unter dem generalen Verbothe versu 6. mit begriffen werden, hiernächst die halbe Geburth der nahen Verwandschaft nichts nimt, *Leviticorum XVIII*, 9. endlich der Verstorbene durch seine Einwilligung das göttliche Gesetze nicht ändern mögen; So ist die Ehe mit der Mutter halb-Bruders hinterlassenen Wittwe schlechterdings verbothen, und mag per dispensationem Principis nicht vergönnet werden.

V.

Nuptiæ cum defunctæ uxoris sorore incestuosæ dici non debent, dissuadentur tamen.

VI.

Permisit eas aliquando consilium intimum Dresdense.

Uxoris meæ defunctæ soror est, aut fuit saltem, caro carnis meæ. Igitur ex istis, quæ modo præstruxi, principiis consequi videtur, etiam has nuptias jure divino prohiberi, atque adeo incestuosas esse. Inde jure quasi aliquo postulabitur, ut & hanc in *Specim. CCXCII. de Sponsalibus inter consanguineos & affines, med.* 4. positam thesin: *Nuptias cum defunctæ uxoris sorore lex divina permittit;* retractem, ac nuptias cum defunctæ uxoris sorore simpliciter damnem. Verum id adhuc non audeo, sed malo more priscorum judicum Romanorum: non liquet; pronunciare. Deus certe in *versu* 18. *capitis XVIII. Leviticorum* inter exempla legis suæ de prohibitione matrimonii etiam

etiam nuptias cum uxoris ſorore collocat, ſed addit: quamdiu uxor vivit. Inde non inveriſimiliter colligitur, diſſoluto per mortem vinculo, ſororem defunctæ uxoris meæ non amplius carnem carnis meæ eſſe, atque adeo licite uxorem duci. Gravia ſunt, fateor, quæ contra moventur, dubia, talia tamen, ut reſponſio ad illa non deficiat. Quam ob rem ſic ſentio: Nuptiæ cum defunctæ uxoris ſorore in lege divina clare non prohibentur, &, quæ pro hac prohibitione ſtabilienda adferuntur, argumenta multum ambiguitatis habent. Rectius tamen & ſecurius ab his nuptiis abſtinetur. Si quis autem illas faciat, inceſtum non committit, quoniam interpretatio in dubio in mitiorem partem & ſic, ut delictum excludatur, facienda eſt. Nec princeps, qui, legem divinam non obſtare, firmiter perſuaſus, iſtiusmodi conjugium permittit, peccat. Huc pertinet reſcriptum nomine Regis ex conſilio intimo Dresdenſi an den Ober-Amts-Hauptmann zu Budißin datum: Veſter, Rath, lieber Getreuer. Uns hat D. Johann Wilhelm G. in G. um gnädigſte Erlaubniß und Diſpenſation, ſeines verſtorbenen Ehe-Weibes Schweſter zu heyrathen, unterthänigſt angelanget, auch gegen ſolche Conceſſion ein hundert Ducaten zu milden Sachen zu erlegen ſich anheiſchig gemacht. Nachdem wir nun Supplicantens Suchen geſtalten Dingen nach aus beſondern Gnaden ſtatt geben; So begehren wir gnädiglich, Ihr wollet an den Rath zu G. die Verfügung thun, daß bemeldtem D. G. gegen Erlegung ein hundert Ducaten zu milden Sachen, die obgedachte Ehe mit ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter verſtattet, die 100. Ducaten aber in das Hoſpital zum Heil. Geiſte daſelbſt verwendet, denen Adminiſtratoribus ſelbigen Hoſpitals gegen Quittung abgefolget, von ihnen bey der Hoſpital-Rechnung in Einnahme gebracht, und zu des Hoſpitals Nutzen

mit verwendet werden mögen. An dem geschicht Unser Will und Meynung, und Wir sind euch mit Gnaden gewogen. Geben zu Dreßden am 20. Septembr. 1722.

H. A. von Seebach.

VII.

Pœna incestus in juribus Justinianeo & Carolino sat clare est statuta.

VIII.

Interpretes igitur de horum jurium incertitudine immerito conqueruntur.

IX.

Communia hæc jura incestum in linea recta saltem exilio, & præterea, si rei viles sint, fustigatione puniunt.

X.

Sed ultimum supplicium, jure Sax. constitutum, ex Carpzovii auctoritate etiam extra Saxoniam irrogari solet.

Compilatores *Constitut. Carolinæ*, ubi ad incestum veniunt, in *Art.* 117. more suo ad jus Cæsareum provocant. Hic *Zieritzius: Insignis*, inquit, *compilatorum oscitantia, qui incerta ex incertis definire voluerunt, ex hoc etiam capite apparet.* Sed inclementior est Zieritzius, quam oportet. Equidem jus Cæsareum in hoc capite, si Digesta & Codicem spectes, tam est confusum, ambiguum & obscurum, ut nihil supra. Excerpsit leges omnes huc pertinentes diligentissime *Brouwerus de Jure connubiorum, lib. 2. cap. 17. n. 8. & 11.* Quas postquam cum cura perlegi, tandem cum illo apud *Terentium* dicere necessum habui: *Fecisti probe: Incertior sum multum, quam dudum.* Verum Ju-

Juſtinianus in *Novella* 12. *c.* 1. &, quæ inde excerpta eſt, *Auth. Inceſtus*, *C. de Inceſt. & inut. nupt.* inceſtuoſos confiſcatione bonorum, exilio & præterea, ſi viles ſint, verberatione, ſeu, ut hodie loquimur, fuſtigatione punit, atque adeo priſcam caliginem dispellit. Quapropter miror magnopere, interpretes conſtitutionis Carolinæ fere omnes de tenebris juris Romani adhuc queri. Eſt enim lex iſta clariſſima. Et quamvis confiſcatio bonorum deinde in *Novella* 134. *c. ult.* & *Artic. Carol.* 218. abolita ſit, exilium tamen & verberatio remanſerunt, atque adhuc illis, qui extra Saxoniam cum perſonis, jure Romano jungi vetitis, ſive in linea recta, ſive collaterali, vel nuptias faciunt, vel concumbunt, infligi debebant. Equidem multi, Juſtinianum uniformiter inceſtum in linea recta, qui tamen atrociſſimum crimen eſt, & in linea collaterali, puniviſſe, mirantur. Et miror hoc ipſe. Sed lex ita ſcripta eſt. *Elector Saxo* tamen in *Conſtitutionibus* 22. 23. 24. *Part.* 4. diſtinctas in ſingula inceſtus genera pœnas ſancivit. Quæ conſtitutiones juris univerſalis auctoritatem in Germania hoc modo nactæ ſunt: *Carpzovius* pœnas inceſtus & in *Definitionibus ad iſtas* 3. *Conſtitutiones*, & in *Quæſt. crim.* 72. 73. & 74. ex juribus Saxonicis determinarat. Iſtos Carpzovii commentarios criminales jam diu JCti Germani receperunt, atque unanimi fere conſenſu in fora etiam extra Saxoniam introduxerunt, tanto obſequio, ut parum abſit, quin legislatoriam poteſtatem Carpzovio tribuant. Inprimis autem hoc in crimine inceſtus faciunt. Ipſe vidi ſententiam, in inceſtum, ex conſilio collegii externi latam, in cujus rationibus hoc ſcriptum erat: So iſt nach Vorſchrift der Rechte, teſte *Carpzov.* &c. erkannt worden. Quum itaque *Carpzov. P.* 4. *C.* 22. *def.* 1. & in *Quæſt. crim.* 72. *n.* 21. ultimum ſupplicium parentibus ac liberis indiſtin-

ſtincte irroget, atque jus commune hac in parte cum Saxonico conſentire dicat, quamvis ambo ſibi aperte contradicant, Carpzovio tamen obſequuntur & interpretes, & judicia, & collegia JCtorum, atque parentes ac liberos, in inceſtum prolabentes, non ſolum in Saxonia, ubi lex clara exſtat, ſed & extra Saxoniam ad gladium damnant, contra mentem & verba Juſtiniani ac Caroli V. qui in *Novella* 12. *cap.* 1. & *Articulo criminali* 117. exilium & verberationem, ſeu, ut hodie loquimur, fuſtigationem cum perpetua relegatione ſtatuunt, honeſtioribus vero verberationem remittunt. Oportebat ergo extra Saxoniam ſecundum *Novellam* 12. judicari.

XI.

Novella 12. *quæ de inceſtis nuptiis agit, etiam ad alias inceſtas commixtiones pertinet.*

XII.

Pœna inceſtus mitigatur, ſi immiſſio ſeminis non acceſſit.

XIII.

Pœna inceſtus plane ceſſat, ſi delinquens vinculum ſanguinis aut adfinitatis ignoravit.

Porro interpretes Juſtiniano, &, qui ad illum provocat, Carolo V. propterea etiam incertitudinem objiciunt, quod in *Novella* 12. ſaltem de inceſtis nuptiis agatur, inceſtus vero per ſtuprum vel adulterium commiſſi mentio nulla fiat. Mirum. Loquitur quidem Juſtinianus in iſta Novella ſaltem de nuptiis. Verum recta ratio & analogia juris hanc legem ad alias quoque inceſtuoſas conjunctiones extendit. Nam, ſi ad inceſtum etiam adulterium aut ſtuprum accedat, crimen duplicatur, ut recte

recte Marcianus in *L. 5. de Quæstionibus* ait. Itaque nec dubito quidem, quin incestus per stuprum vel adulterium commissus ex Justiniani lege exilio & verberatione sit puniendus. Ac, si quod etiam dubium fuisset, hoc *Carolus V. in articulo* 117. sustulit, & *Novellam* de quibuslibet conjunctionibus explicavit, verbis generalibus: So einer Unkeuschheit treibt. Quum igitur aliquando muliercula, se primum cum filio, & postero die cum patre, concubuisse, fateretur, JCti Helmstadienses mense Julio anni cIↄ Iↄ CCXIX. mulierem in perpetuum exilium miserunt, fustium tamen ictum, quod pater immissionem seminis constanter negaret, in numellas verterunt, patrem vero, qui coitum filii ignorarat, ab incestus pœna secundum *can. 6. causs. 34. quæst.* 1 prorsus absolverunt: Hat die Inquisitin Bloßin bekannt, daß sie anfänglich von des Mit-Inquisiten Sohne beschlafen worden, und Tages darauf auch mit dem Vater, einem Ehe-Manne, Blutschande und Ehebruch getrieben. Ob sie nun wol durch dieses doppelte Verbrechen eine Lebens-oder wenigstens harte Leibes-Strafe verdienet zu haben scheinet; Alldieweil aber der erste stuprator abwesend, und es also an dessen Bekänntnisse mangelt, hiernächst Christian Schmidt die Immissionem seminis beständig läugnet, ferner der Inquisitin über die Maassen grosse Tummheit aus den Actis hervorleuchtet, endlich dieselbe ein elendes und ungesundes Mensch ist; So wird sie mit angehängten Ruthen eine Stunde lang öffentlich an den Pranger gestellet, und nach abgeschwohrnen Urpheden des Landes ewig verwiesen. Was hiernächst Christian Schmiden betrift, weil derselbe zur Zeit der getriebenen Unzucht von seines Sohnes Beyschlafe nichts gewust, folglich die Strafe der Blutschande in Ansehung seiner hinweg fällt, und nur der schlechte Ehebruch übrig bleibet, bey welchem ihm seines Weibes Intercession zu statten kommt;

So wird er gleichfals nach abgeschwohrnen Urpheden auf ein Jahr des Landes verwiesen.

XIV.

In incestum juris humani jura communia nullam pœnam, præter infamiam, statuunt.

XV.

Jure Sax. tamen perpetua relegatio statuta est.

XVI.

Quæ ex Carpzovii auctoritate etiam extra Saxoniam infligitur.

XVII.

Incestus per argumenta artificialia, quamvis reus constanter neget, plene probatur.

Sæpe memoratam *Novellam* 12. saltem ad incestum juris divini pertinere in aprico est. Nam, quum Justinianus in prohibitione matrimonii ultra, quam jus divinum, non progrediatur, §. 4. *I. de Nuptiis*, ac, quæ postea accesserunt, juris canonici sanctiones ignoret, absurdum foret, *Novellam* ejus ad leges postea latas trahi, atque sic odia extendi. Igitur in incestum juris humani pœnam, jure communi statutam, plane non habemus. Jus canonicum quippe, ut bene observat *Brouwerus de Jure connubiorum, lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 15. & 16. gladium spiritualem habet, atque incestum saltem ecclesiæ pœnis vindicat, nisi quod infamiam incestuosis irroget, *can.* 17. *causs.* 6. *qu.* 1. In Saxonia tamen nostra exstat lex in der Ehe-Ordnung, *puncto* 1. *n.* 2. & 3. quæ incestum hunc perpetuo exilio punit. Hanc pœnam Carpzovii auctoritas in reliqua

liqua etiam Germaniæ loca invexit. Quum igitur vir quidam maritatus inceſtum in gradu tertio lineæ inæqualis commiſiſſet, JCti Helmſtadienſes menſe Julio anni cIↄ Iↄ CCXVI. reum, quamvis adulterium mariti ſimplex extra Saxoniam mulcta ſaltem lui ſoleat, ob accedentem inceſtum, in perpetuum exilium miſerunt. Adjiciam hic reſponſum illud, eo magis memorabile, quod in illo pœna decreta ſit, quamvis reus crimen conſtanter negaret. Tunc enim, quando ultimum ſupplicium non irrogatur, ſed pœna mitior infligitur, argumenta etiam artificialia, ac vehementiſſimæ conjecturæ plene probant, *cap. 27. X. de Teſtibus*, *L. 6. C. de Dolo malo*, *cap. 1. §. ult. in fine de Homicidio in 6.* Add. *Specimen CCLVII. de Probatione artificiali*, *med. ult.* Daß Henrich Werner und Anna Maria, nach abgeſchwohrnen gewöhnlichen Urpheden, des Landes, jener auf ewig, dieſe auf 4. Jahr, zu verweiſen. V. R. W. Rat. Dec. Ob wol Henrich Werner den ihm beygemeſſenen Ehebruch und Blutſchande durchaus nicht an ſich kommen, ja ſo gar den mit der Annen Marien gehabten verdächtigen Umgang nicht einmal geſtehen will, vielmehr die wider ihn abgehörte Zeugen als ſeine Feinde verwirft. Wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob habe keinesweges condemnatorie, ſondern entweder abſolutorie geſprochen, oder, da man ja die vorhandene indicia nicht gäntzlich elidiret zu ſeyn vermeynte, auf ein remedium eruendæ veritatis interloquirt werden ſollen. Alldieweil aber ſo viel eydlich abgehörte Zeugen vorhanden, von welchen die Gerlachin, daß ſie den Inquiſiten würcklich Unzucht mit der Annen Marien treiben ſehen, eben dieſe, wie auch König, daß er die That gegen ſie geſtanden, und daß ſie ſich beyde auf der Streu mit einem Mantel zugedecket, die Hellingerin, daß er das Menſch

bey

bey dem Niederlegen auf die Streu in die Arme genommen, befühlet und geküsset, und die übrige dergleichen beständig aussagen, anbey aus den ergangenen Acten, und theils aus seinem eigenen Bekänntnisse, deutlich erhellet, daß er mit der Annen Marien Tages und Nachts verdächtig umgegangen, nach der Wohnung, worinnen sie des Nachts alleine gelegen, sehr späte und heimlich geschlichen, zu dem Ende über den Zaun verstohlner Weise gestiegen, deshalben auch in sehr üblen Ruf und Verdacht bey jedermann gekommen, hiernächst, so bald der Annen Marien Schwängerung kund worden, sich mit ihr bey Nacht-Zeit darvon gemacht, im Lande herum gezogen, sein Haus und Güter verlassen, Briefe unter falschem dato geschrieben, darinnen gemeldet, wie er bey der hohen Landes-Herrschaft um Gnade, deren er ja, wenn er unschuldig, nicht bedurft, anhalten wolle, währender seiner Flucht den verdächtigen Umgang mit der Annen Marien viele Tage und Nächte lang continuiret, seinem Sohne Wenzel das liederliche Mensch auch wider seiner Frauen Willen anhängen wollen, welche der Zeugen Aussagen, und andere theils angeführte, theils aus den Actis sonst hervor scheinende Umstände, wenn man sie alle zusammen nimt und gegen einander hält, einen völligen Beweis ausmachen, da zumal das Vorgeben, als ob alle diese Zeugen, deren der gröste Theil seine nächste Anverwandten seynd, zu welchen er auch in seinem Elende seine Zuflucht genommen, seine abgesagte Feinde wären, wenig Wahrscheinlichkeit hat, die ihnen vorgeworfene delicta auch theils unerwiesen, theils, der Zeugen fidem bey derselben grossen Anzahl völlig zu entkräften, nicht hinlänglich seynd; So haben wir den Heinrich Werner und die Annen Marien des einfachen Ehebruches und Blut-Schande sattsam überführt zu seyn erachtet, demnach jenen mit ewiger,

die-

diese, weil in adulterio simplici die ledige Vettel jederzeit gelinder angesehen wird, auch der incestus nur in gradu tertio lineæ inæqualis begangen ist, mit 4. jähriger Landes-Verweisung bestrafet.

XVIII.

Incestus in linea recta pugnat cum jure naturæ & recta ratione.

Quod Justinianus in *Novella* 12. *cap.* 1. dicit, plurima etiam irrationabilia animalia ab incestu abhorrere, negat quidem *Ovidius Metamorph. lib.* 10. *v.* 324. *seqq.*

coeuntque animalia nullo
Cætera dilectu, nec habetur turpe juvencæ,
Ferre patrem tergo: fit equo sua filia conjux:
Quasque creavit, init pecudes, caper: ipsaque, cujus
Semine concepta est, ex illo concipit ales;

Sed binis probat exemplis *Rorarius in libello, quod animalia bruta ratione utantur melius homine, lib.* 2. *p.* 72: *Testantur*, inquiens, *litterarum monumenta, fuisse gregis custodem, qui equum, ut matrem iniret, nunquam inducere potuerit, &, quoniam ambo eximia facie erant, fraude tamen illusisse, velatis oculis, ne matrem videret: detracto postmodum operimento, & agnito cum matre concubitu, petiisse prærupta, & se patrati sceleris reum pessundedisse. Maris hæc virtus; alibi feminæ, siquidem in Reatino agro equa, lacerato prius auriga, qui flagitii auctor fuerat, eundem exitum habuit.* Ego me in hanc litem non intromitto, sed in eo tamen Justiniano adsentio, quod incestus, inprimis in linea recta, cum jure naturæ, seu, quemadmodum id a priscis JCtis appellatur, gentium pugnat. Dissentiunt equidem JCti, quin & Theologi, non pauci, & horrorem il-

 lum,

ſtum, quem nos naturalem vocamus, conſuetudini & educationi adſcribunt, quibuscum ex veteribus ſentire videtur *Hieronymus*, atque in *lib.* 2. *adverſus Jovinian. Perſæ*, ait, *Medi, Indi & Æthiopes, regna non modica & Romano regno paria, cum matribus & aviis, cum filiabus & neptibus, copulantur;* & paulo poſt: *Pervides igitur, quod non ſolum in eſu, ſed & in ſepulturis, & in connubiis, & in omni converſatione, unaquæque gens ſuo ritu & proprietatibus victitet, & hoc eam naturæ legem putare, quod didicit.* Contradicit etiam Juſtiniano *Noodtius in Comment. ad L. ult. D. de Ritu nupt.* ex hac potiſſimum ratione, quod per nominum & jurium confuſionem, in quam ſponte conſentiant parentes & liberi, non tollatur ſocietas humanæ conjunctionis, ad quam unice reſpiciat jus naturæ & gentium. Ego vero jam diu in *Specimine III. de Jure naturæ & gentium, med.* 2. & 3. oſtendi, jus naturæ & gentium ad humanæ conjunctionis ſocietatem unice non reſpicere, & dari profecto actus, quos malos eſſe unicuique recta ratio dictat, cujus malitiæ fontem tamen nemo adhuc inveſtigavit; inter hos vero actus etiam inceſtum eſſe. Equidem gentes fuiſſe, quæ inceſtum toleraverint, non nego. Sed fuerunt & ſunt adhuc, ſi hiſtoricis credimus, gentes, quæ parentes ſuos decrepitos vivos defodiunt, quin mactant & comedunt. Si quis inde, parricidium cum jure naturæ non pugnare, ratiocinetur, hunc merito ridebimus.

XIX.

Suſpiciones de inceſtu, ſi quidem graviſſimæ ſint, impediunt nuptias.

XX.

Is, qui talibus ſuſpicionibus oneratus eſt, ad jusjurandum purgationis admitti non debet.

Solis

Solis ſponſalibus, ad quæ concubitus non acceſſit, adfinitatem non induci, ſat notum eſt. Itaque, ſi alteruter desponſatorum ante nuptias moriatur, ſuperſtes cum defuncti conſanguinea nuptias facere non quidem prohibetur, ſed tamen, ut Juſtinianus in §. 9. *I. de Nuptiis* ait, rectius & jure facturus eſt, ſi ab hujusmodi nuptiis abſtineat. Id quod communiter ſic effertur: Matrimonium cum defuncti ſponſi ſponſæve conſanguineo conſanguineave diſſuadetur, non prohibetur. Rationem reddit Modeſtinus in *L. 42. de Ritu nuptiarum: Semper*, inquiens, *in conjunctionibus non ſolum, quid liceat, conſiderandum eſt, ſed &, quid honeſtum ſit.* Atque hæc honeſtatis publicæ ratio Conſiſtoriis Saxonicis tam fortis videtur, ut ſibi contra eam diſpenſare nec licitum exiſtiment, ſed hoc ad ſummum principem & legislatorem rejiciant. Ita jam de ſuo tempore *Polycarpus Leyſerus in Epiſtolis, pag. 92. ſqq. Scio ſane, Bezam in libello de Divort. pag. 88. (cui plerique multum tribuunt) & Hemmingium in libello de Conjugio in illa eſſe ſententia, quod talia matrimonia, in quibus defuncti ſponſi frater in uxorem ducit derelictam ſponſam, ſi non prius acceſſerit copula carnalis, nullo modo impediri debeant. Quia hac ratione mulier non pertineat ad matrimonium, cum commixtio ſexus non eſt facta. Veruntamen in Conſiſtoriis noſtrarum Eccleſiarum ejusmodi matrimonia non approbantur: partim propter Canones veteres, partim quia per ſponſalia de præſenti connubium inter ſponſum & ſponſam per mutuum conſenſum contractum & ratum habetur, licet nondum fuerit conſummatum. Et quia ſecundum vulgare L. dictum ſemper in hujusmodi conjunctionibus non ſolum id quod licitum, ſed etiam quod honeſtum eſt ſpectandum: iſtiusmodi autem nuptiæ non ſine impedimento publicæ honeſtatis fieri poſſunt, iccirco tales perſonæ diligenter præmonentur, ut ad avertendum ſcandalum ab ejusmodi nuptiis abſtineant. Verum enim vero quia hæc ipſa* pro-

prohibitio nuptiarum inter sponsi fratrem superstitem & sponsam derelictam non est juris divini, sed tantum juris positivi, ideo dubium non est, magistratum superiorem, penes quem ejus rei est potestas, in tali casu justas & honestas ob causas dispensare posse. Hinc memini, nos aliquoties Wittebergæ ejusmodi personas, nostram in Consistorio sententiam requirentes, in aulam remisisse, in qua id per dispensationem impetrarunt, quod nos ob honestatem publicam & ob Canonem præscriptum concedere non poteramus Idem adhuc hodie usu servatur, cum hoc temperamento tamen, quemadmodum *Carpzovius lib. 2. def. Eccles.* 122. & *Hoppius in not. ad* §. 9. *I. de Nupt.* voce: *abstinuerint*, observant, ut, si crebra sponsæ cum sponso intervenerit conversatio, & incertum sit, ad quam amoris lineam pervenerint, ille, qui dispensationem petit, ad jusjurandum purgationis, nullam corporum conjunctionem intercessisse, adigatur. Quin imo ex *eyeri in Additione ad dictam definitionem Carpzovii* 122. doctrina jusjurandum purgationis simpliciter decernitur, etsi de crebra illa conversatione ne quidem constet. Verum ego jusjurandum hoc purgationis tunc quidem admitto, quum leviores de concubitu superstitis sponsi cum defuncta persona suspiciones apparent. Quando autem hæ gravissimæ sunt, nec jusjurandum purgationis, nec dispensatio locum inveniet, sed nuptiæ simpliciter interdicendæ sunt. Lex divina, adversus quam princeps decernere nihil potest, incestum severissime damnat, &, quantopere Deus ab hoc crimine abhorreat, ostendit. Itaque præsentissimum etiam ejus periculum avertendum, ac, ne perjurio augeatur, cavendum. Adsenserunt mihi mense Julio anni cIↃ IↃ CCXXIX. Theologi & Jureconsulti Helmstadienses, atque sic responderunt: Gestehet Christoph Hancke, daß er sich mit Catharinen Schmiedin fleischlich, und zwar von hinten zu, vermischet, ist auch erbötig, dieselbe

dieselbe zu heyrathen, kommt aber in Verdacht, mit deren verstorbenen Mutter, als seiner ehemaligen Braut, gleichfals Schande getrieben zu haben. Als er sich nun dieserwegen zum Reinigungs-Eyde erbietet, so wird zu wissen verlanget: Ob er zu diesem Eyde zu lassen, oder wie sonst gegen ihn zu verfahren, ingleichen, ob Hofnung sey, daß das Königliche Consistorium, nach abgeschwohrnem Reinigungs-Eyde, die Ehe mit der Tochter verstatten werde? Nun läugnet er zwar die mit der Mutter getriebene Unzucht beständig ab. Es scheinet ihm auch hierunter zu statten zu kommen, daß 1) die Mutter eine alte und stets krancke Frau gewesen, also weder selbst zur fleischlichen Vermischung Lust gehabt haben, noch dergleichen bey ihm erwecken können, daß 2) solche selbst ihm den genauern Umgang mit ihrer Tochter verstattet, und so gar auf dem Tod-Bette gegen ihren Beicht-Vater ein Verlangen, eine Heyrath zwischen Inquisiten und ihrer Tochter zu stiften, bezeiget, welches sie, als eine sterbende und christliche Frau, nicht würde gethan haben, wenn sie eine Blut-Schande daraus besorgen müssen, daß 3) auf Seiten der Denuncianten eine grosse Feindschaft und Misgunst hervorscheine, und selbige die Tochter gezwungen, mehr, als wahr, auszusagen, daß 4) Inquisit die Mutter nicht aus Liebe, sondern nur deshalb caressiret, damit er in die Schmiede kommen möchte, und, als er dessen versichert gewesen, sich von der Mutter ab- und zu der Tochter gewandt. Bey solcher Bewandniß gewinnet es das Ansehen, ob sey er zum Reinigungs-Eyde zu lassen, mit weiterer Strafe, in Betrachtung des bereits ausgestandenen Gefängnisses, zu verschonen, und ihm zu vergönnen, die Tochter zu heyrathen, und sie ausser Schande zu setzen. Alldieweil aber 1) Inquisit theils gestehet, theils genugsam überführet ist, bey der Mutter in einem Bette, und zwar gantz al-

allein, nicht ein, sondern vielmal, ja gantze Wochen lang, gelegen zu haben, hiernächst 2) gegen andere Leute solche liederliche Reden geführet, welche auf ein Bekänntniß der mit derselben getriebenen Unzucht hinaus laufen, ferner 3) Inquisit Anfangs die mit der Tochter getriebene Unzucht und das Liegen bey der Mutter halsstarrig abgeläugnet, und sich so gar zum Eyde erboten, endlich jedoch beydes, nach vieler bey ihm angewandten Mühe, zugestanden, also zu besorgen ist, er werde den Reinigungs-Eyd leichtsinnig abschwören, weiter 4) die aus dem Gefängnisse genommene Flucht ein böses Gewissen anzeiget, dann 5) das Alter und Schwachheit die Mutter nicht gehindert, sich mit Inquisiten zu verloben, also auch vermuthlich nicht, mit ihm zu concumbiren, nächstdem 6) die vermeynte Pietät der sterbenden Mutter, und die Animosität der Denuncianten, bey so vielen wahrhaftig befundenen Umständen Inquisiten nicht entschuldigen mag, worzu 7) kommt, daß die Rechte, nach Absterben einer Braut, die anderweite Heyrath mit deren nächsten Verwandten vor scandalös und mit der Ehrbarkeit streitend halten, also nachdrücklich wiederrathen, mithin allhier die Ehe mit der verstorbenen Braut Tochter um so viel bedencklicher ist, da so starcke Muthmassungen der mit der Verstorbenen würcklich getriebenen Unzucht vorhanden seynd, endlich 8) die Tochter selbst einiger massen straffällig ist, also als eine Strafe ansehen muß, daß sie nicht wieder zu Ehren gebracht wird; So ist Inquisit zum Reinigungs-Eyde nicht zu lassen, sondern alsofort, wegen der mit der Schmiedin præpostere getriebenen Unzucht, und des zu gleicher Zeit mit Mutter und Tochter gehabten verdächtigen Umgangs und öffentlich gegebenen Aergernisses, nach abgeschwohrnen Urpheden und Erstattung der durch diese Inquisition verursachten Unkosten, ewig aus der Stadt zu weisen. Und

ist

ist nicht zu vermuthen, daß das Königliche Consistorium eine so ärgerliche Ehe zwischen Inquisiten und der Schmiedin jemalen verstatten werde.

COROLLARIA.

I. Stuprata, quamvis per incestum, dotem tamen a stupratore petere potest, sed non nuptias. Dictum in *Specim.* 583. *de Stupri judicio civili*, *medit.* 8. 9. 10.

II. Putant aliqui, sola contrectatione pudendorum incestum committi, quoniam *Leviticorum XVIII*, 6. *sqq.* de non retegenda nuditate agatur. Sed sacer Codex caste loqui amat, atque istis verbis coitum vetat. Apparet hoc clarius ex 1 *Corinth. VI*, 16. Vide *Speneri* Theologische Bedencken, *Vol. IV. pag.* 708. *sqq.*

III. An unquam incestus cum avia fuerit commissus, dubito, certe ignoro. Equidem Joannes XII. pontifex maximus, in concilio ab Ottone M. Augusto contra illum coacto, apud *Albericum trium fontium in Chronico part.* 2. *pag.* 7. accusatus fuit, *aviam viduam cum nepte sua abusum esse.* At quis nescit, concilia istorum temporum turbulentissima, & plerasque in illis accusationes per calumniam factas fuisse.

SPECI-

SPECIMEN DLXXXVII.

AD LIB. XLVIII. TIT. V.

DE

POLYGAMIA

DIE XIII DECEMBR. ANNI cIↄ Iↄ CCXXXVI.

PVBLICE DEFENSVM

AB

ALBINO ERNESTO VLRICI

DRESDENSI.

I.

Jus Romanum gladii pœnam in polygamos non ſancit.

II.

Carolus V. eandem ſancire videtur, ſed verbis maxime dubiis.

III.

Mens tamen clara eſt.

IV.

Quam Caroli mentem & legislator Saxo ſic interpretatus eſt, & conſtans uſus binorum ſeculorum firmavit.

V.

Igitur ultimum ſupplicium polygamis in Germania irrogari oportet.

VI.

Major adhuc jurium circa polygamiæ pœnam incertitudo eſt in Gallia.

An unquam jus commune ultimum ſupplicium in crimen bigamiæ ſanciverit, noſtro demum ſæculo in Germania dubitari ac diſputari cepit. Et ante Carolum V. qui-

quidem hoc certum eſt, bigamos ad mortem damnatos non fuiſſe. Teſtatur hoc ipſe Carolus in *articulo* 121: **daß die Käyſerlige Recht auf ſolche Ubelthat keine Straff am Leben ſetzen**; cujus dicti veritatem adverſus diſſentientes tuetur Thomaſius de *Crimine bigamiæ*, §. 70. Igitur Scabini Lipſienſes in ſententiis, quas ante Auguſti, Septemviri Saxonis, tempora tulerunt, bigamos vel fuſtibus cædi & in perpetuum relegari, vel alia arbitraria pœna, non tamen capitali, **doch ohn Abbruch ſeines Lebens**, adfici juſſerunt **in dem Anhange des Weichbildes**, tit. **von allerley Ubelthaten und derſelbigen Straffe**, *fol. CLII.* At enim vero poſtquam Carolus V. *articulum* 121. cum ceteris promulgavit, collegia Scabinorum & JCtorum arbitrium ſibi ademtum exiſtimarunt, & conſtanti conſenſu per bina fere ſæcula bigamos ad gladium damnarunt. Ii quoque, quos Auguſtus Saxo ſcribendis conſtitutionibus ſuis adhibuit, in *Conſtit.* 20. *P.* 4. articulum Carolinum de pœna gladii aperte interpretantur, & hanc interpretationem ſuam unice pro ratione, quod bigamia etiam in Saxonia ultimo ſupplicio punienda ſit, allegant. Inter primos, qui ſcrupulum injecerunt, Beyerus & Gribnerus fuerunt. Ille, quamvis in *diſſertatione de Crimine bigamiæ*, quam olim præſidente Thomaſio publice propoſuerat, §. 72. dixiſſet, ex conſtitutione Carolina pœnam gladii in bigamos eſſe ordinatam, tamen deinde in *notis ad articulum Carolinum* 121. §. 3: *Summa*, inquit, *hujus textus obſcuritas mentem Imperatoris ne conjecturis quidem ſat firmis aſſequi patitur; quid enim ſibi vult oppoſitio; quod jus commune Romanorum nullam quidem capitis pœnam irroget, interim tamen in bigamos non minus, ac in adulteros, criminaliter animadverti debeat;* & in §. 5. addit: *Quamvis capitis pœna eidem non irrogetur, corporis tamen afflictivam non minus, ac in adulterio, obtinere, quo ipſo pœna capitis,*

pitis, quoties ea jure communi obtinet, non excluditur. Gribnerus ſæpe mihi in familiaribus colloquiis faſſus eſt, ſe, ultimum ſupplicium jure Carolino in bigamiam ſancitum, non credere. Uti vero in oppugnandis communibus opinionibus circumſpectus erat ac ſubtimidus, præterea ſententiam ſuam in Auguſti Saxonis lege quaſi damnatam animadvertebat, nolebat hoc publice ex profeſſo tueri, ſed ſaltem edita diſputatione, quæ inter *Opuſcula ejus, tom. V. ſect.* 4. exſtat, interceſſionem conjugum in crimine bigamiæ locum habere, propugnavit, ac tandem in *ultima poſitione* paucis verbis, quod tamen fundamentum fere diſputationis erat, attingere auſus eſt: *Nihil*, inquiens, *magis cavendum legum cultori, quam ne veriores eſſe eas doctrinas putet, quibus plures ſubſcripſerunt, antequam utriusque partis rationes expenderit. Quis non, ut unum ſaltem exemplum ex hoc ipſo de bigamiæ capite ſubjiciam, quis non interpretum Ord. Crim. una cum ceteris DD. tradidit, bigamiam jure imperii capitali ſupplicio, gladii inquam pœna, coërceri. Et id ipſum tamen nec Articulus* 121. *evincit, nec idoneis rationibus comprobari poteſt, ut plane perſuaſus ſim, bigamiam quoque, ſi conjux innocens intercedere nolit, juxta Ord. Crim. non, niſi iis caſibus, quibus adulterium eodem ſupplicio coërcetur, capitali pœna puniri debere. Sed ſatis eſt.* Confidentior Kreſſius in *notis ad articulum Carolinum* 121. dubia ſua, quæ profecto graviſſima ſunt, contra illam vulgarem interpretationem proponit, laudatque Henricum Julium, Brunſvicenſium & Luneburgenſium ducem, quod dubia ſuſtulerit & pœnam capitalem gladii diſerte ſanxerit. Laudamus ergo & nos Auguſtum Electorem, qui idem in *P* 4 *Conſtit.* 20. fecit. Quum autem ſæpe, extra Saxoniam & terras Brunſvicenſes ac Luneburgicas, in ea loca, quæ legem Carolinam pro norma habent, reſpondendum ſit, tunc dubia Beyeri, Gribneri & Kreſſii renovan-

vantur ſubinde, ac multi, mitiora & benigniora ſequenda eſſe, contendunt. Quin imo nonnunquam major collegii pars alteram ſuperat, &, ut ultimum ſupplicium polygamis remittatur, pervincit. Certe in hanc leniorem ſententiam aliquando ab Erffurtenſibus reſponſum fuiſſe, accepi. Ego vero, etſi verba Caroli dubia eſſe non negem, ex eorum tamen partibus ſto, qui ultimum ſupplicium polygamis infligunt, 1) quod mens Caroli, hoc idem volentis, ſecundum regulas juſtæ interpretationis ex ratione dubitandi in principio propoſita: **Und wiewohl die Käyſerligen Recht auf ſolche Ubelthat kein Straff am Leben ſetzen; So wollen wir doch ꝛc.** clare eluceat, 2) quod hæc interpretatio conſtanti binorum ſæculorum uſu, qui conſuetudinem & jus facit, firmetur, 3) quod legislator Saxo hanc interpretationem legi ſuæ inſervit, 4) quod ipſi diſſentientes, Beyerus, Gribnerus & Kreſſius, praxin ſibi adverſari, fatentur. Ego certe, JCtos Helmſtadienſes menſe Junio anni cIↃIↃ CCXIII. bigamum, adſidente Kreſſio ac contradicente, gladio addictum fuiſſe, recordor. Ceterum incertitudo illa jurium circa pœnas polygamiæ major adhuc eſt in Gallia, quam apud Germanos. Ait quidem Mornacius ad *L.* 1. *de His, qui notantur infamia*, in Gallia ad furcas damnari, qui binas nuptias contrahunt, ſed addit, pœnæ iſtius rationem eſſe, *quia, qui ita contrahit, in adulterii crimen incidit, quod capitale eſſe cœpit ſub Diocletiano, ut vult Alciat. ex argum. legis Tranſigere, de tranſact. aut ſub Conſtantio, auctore legis quamvis 2. ad L. Jul. de Adult. Cod. quæ receptior opinio eſt.* At hæc ratio aperte falſa eſt, ut Thomaſius in *ſupra memorato* §. 70. docet. Itaque *Vigneul-Marville in Melanges d'hiſtoire & de literature, pag.* 173. negat, hanc fori Gallici obſervantiam alia ratione defendi poſſe, quam ſi di-

cas, polygamos non tam ob hoc crimen, quam ob falsum, quod simul committant, suspendi: *Il y a des Parlemens en France, où l'on condanne à mort ceux, qui se trouvent convaincus de Polygamie; parce que l'on supose, que c'est une Loi du Royaume. On demande où se trouve cette Loi? C'est à nos Jurisconsultes François à nous l'aprendre. La consequence en merite bien la peine. Pour moi je croi que ce n'est point pour la Polygamie, qu'on envoïe ces gens-là au gibet; mais pour les fourberies, dont ils usent pour surprendre des femmes, qu'ils épousent de mauvaise foi.*

VII.

Vt ultimum supplicium polygamo irrogari possit, non dolus saltem, sed & falsum desideratur.

VIII.

Cessat ergo ultimum supplicium, quando bigamus, se justam divortii caussam habere, probabiliter credidit, divortium tamen obtinere non potuit.

IX.

Cessat etiam pœna mortis, quando binubus, ope prioris conjugis privatus, matrimonium contrahere, quam luxuriose vivere, mavult.

X.

Cessat porro ultimum supplicium ob ignorantiam, licet supinam & adfectatam.

XI.

Cessat denique ultimum supplicium, quando binubus, priorem conjugem adhuc vivere, & matrimonium cum eo perdurare, non dissimulat.

Locus, quem ex *Vigneul-Marville*, scriptore Gallo, in fine meditationis antecedentis commemoravi, magis Germaniæ nostræ

ſtræ convenit. Hujus videlicet leges falſum aperte deſiderant. Neque enim video, quid aliud ſibi velint illa *Caroli V. in articulo* 121. verba: **Betrügliger Weiß mit Wiſſen und Willen.** Communiter interpretes noſtri, dum locum hunc latinum faciunt, verba illa pro ſynonymis accipiunt, atque cum Bernhardo Zieritio ſimpliciter: *dolo malo;* aut cum Daniele Claſenio: *ſciens & dolo malo;* vertunt. Ego vero, nihil inutiliter a Carolo poſitum, ſed, illum duo iſta conſulto diſtinxiſſe, exiſtimo. Dolus nempe ſine dubio requiritur, ſeu, ut quis ſciens, priorem conjugem adhuc ſuperſtitem eſſe, ac prius matrimonium adhuc perdurare, alteras nuptias faciat. Sed requiritur præterea falſum, **betrügliger Weiß**, hoc eſt, ut quis cœlibem ſe, ſeu viduum, ſimularit, atque adeo fraude hac vel alteram partem ad conſentiendum, vel ſacerdotem ad conſecrandum novum matrimonium, induxerit. Quodſi alterutrum deficit, erit quidem etiam polygamia, ſed ceſſabit tamen ultimum ſupplicium ex lege Carolina. Fac ergo, quem errore inductum crediſiſſe, prius matrimonium nullum, vel tamen diſſolutum fuiſſe; aut fac, eum ingenue prius matrimonium alteri parti & ſacerdoti aperuiſſe, ac tamen ritu ſolemni in templo conjunctum fuiſſe. Non poterit tunc judex ad ultimum ſupplicium venire. Rem optime exemplo illuſtrabo: Vxor, cujus maritus ob plura ac atrocia facinora perpetuum in operas publicas damnatus fuerat, diuturni cœlibatus impatiens, Theologos & Jureconſultos celebris academiæ conſulit, atque ab his reſponſum accipit, poſſe illam legitime ex capite malitioſæ deſertionis divortium petere. Adit igitur principem, exhibet reſponſum, & divortium flagitat, ſed repulſam fert. Interjecto aliquo tempore ſupplicat iterum, & ſe tolerando longiori cœlibatui imparem profitetur. Verum nec

ſic aliquid proficit. Repulſa denuo, ſed hoc diſſimulans, alii viro, obiiſſe priorem maritum, ac ſe facultatem novas nuptias faciendi a principe obtinuiſſe, narrat, huncque in extera loca abducit, & nuptias cum eo more conſueto facit. Re comperta, ambo ad ſupplicium depoſcuntur. Mulieri quidem & dolus & falſum, viro autem ſupina & adfectata ignorantia, quæ dolo æquiparatur, objicitur. Verum ex parte mulieris contra, quod leviores etiam & ſaltem aliquantulum veriſimiles, ſeu, ut DD. inepte loquuntur, fatuæ cauſſæ a dolo excuſent, allegabatur. Crediderat illa, priorem maritum rupiſſe matrimonii fidem, juſtamque ſibi divertendi cauſſam dediſſe. Adſenſerant illi Theologi & JCti non incelebres. Non poterat igitur non ſibi perſuadere, divortii decretum, quod petiiſſet, ſibi contra fas denegatum eſſe. Accedebat, quod miſella diu legitimo conjuge caruerat. Si ſimpliciter ſine nuptiis in corpus peccaſſet, pœna adulterii infligi non potuiſſet, per ea, quæ in *Specimine* 580. *quod adulterii pœna ex duabus ſaltem cauſſis mitigari poſſit*, *med.* 15. dicta. Secundum Carpzovium ergo in *Quæſt. crim. 66, n. 61.* laudem etiam merebatur, quod matrimonium potius contrahere, quam luxurioſe vivere, maluiſſet. Quod vero ad virum attinebat, etſi ille ignorantiam ſuam facillimo negotio depellere potuiſſet, quin & ſciviſſe falſum, a muliere perhibitum, ac credulitatem ſaltem ſimulaſſe videretur, ipſe tamen falſum non dixerat, ac propterea a mortis pœna liber erat. Quibus rationibus moti JCti Helmſtadienſes menſe Januario anni cIↄ Iↄ CCXX. carcerem mulctamve ſubſtituerunt: Daß Maria Klavehns 4. Wochen, Andreas Treue 2. Wochen lang im Gefängniſſe mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen, oder jene um 25. dieſer um 15. Reichsthaler zu beſtrafen, anbey zu Erlegung der Proceſs-

Koſten

Kosten zu gleichen Theilen anzuhalten. Auch müssen sich beyde Partheyen so lange, bis sie von Hochfürstl. Durchl. oder Dero Consistorio ihrer Heyrath halben Dispensation erlanget, von einander mit wesentlicher Wohnung scheiden. V. R. W. Rat. Dec. Ob wol das von beyden Theilen begangene Laster der zweyfachen Ehe am hellen Tage lieget, und die vorgeschützte Entschuldigung, ob hätten sie den ersten Ehe-Mann, Lübbecken, todt geglaubet, von schlechter Erheblichkeit ist, da sie ja beyderseits gewust, wie selbiger noch vor weniger Zeit gelebet, auch sich mit geringer Mühe an dem Orte seines Aufenthaltes dieserwegen erkundigen können, zudem, wenn er todt gewesen, nicht nöthig gehabt hätten, sich heimlich davon zu machen, und an einem fremden Orte trauen zu lassen, welcher Umstand ihre Wissenschaft und dolum malum nicht undeutlich anzeiget, wenigstens supina und affectata ignorantia nicht zu läugnen stehet, und es diesemnach das Ansehen gewinnet, ob wären Inquisiten mit der ordentlichen auf die bigamos gesetzten Strafe zu belegen gewesen. Alldieweil aber der erste Ehe-Mann, Andreas Lübbeck, seiner verruchten Bosheit und vielen Diebereyen halber zu ewigem Vestungs-Baue condemniret worden, also mit dem Ehe-Weibe, welche ihn wieder zu bekommen keine Hofnung gehabt, und, nachdem sie auf ihr vorgängiges zweymaliges Ansuchen die Erlaubniß wieder zu heyrathen nicht erlangen können, und bereits einige Jahre in der Einsamkeit zugebracht, sich durch menschliche Schwachheit zum Beyschlafe, und folgends zur Heyrath mit dem Coinquisiten verleiten lassen, einiges Mitleiden zu tragen, und die ordentliche Strafe zu mildern ist, hiernächst Treue dem falschen Vorgeben der Frauen, daß der erste Mann gestorben, und sie im Br. Freyheit, sich anderweit zu verheyrathen, erhalten, geglaubet,

folg-

folglich ebenfals gelinder zu strafen ist; So haben wir ihnen eine Gefängniß- oder Geld-Strafe auferleget, jedoch dafür gehalten, sie müsten sich so lange von einander sondern, bis ihre getroffene Ehe von Hochfürstl. Durchl. oder Dero Consistorio gebilliget werde, welches vielleicht jetzo, da res nicht mehr integra, sondern der Beyschlaf, die priesterliche Einsegnung, und die Geburth zweyer Kinder darzu gekommen, und der erste Ehe-Mann einiger massen pro malitioso desertore zu achten ist, leichter als vormalen, zu erlangen seyn möchte.

XII.

Vt ultimum supplicium irrogari possit, jure communi binæ nuptiæ requiruntur.

XIII.

In electoratu Saxoniæ sufficiunt secunda vice sponsalia publica, concubitu firmata.

XIV.

Vera hujus juris singularis ratio indagatur.

XV.

Qui prima vice sponsalia publica celebrat, & concumbit, deinde cum alia persona nuptias solemnes facit, nec in Saxonia, nec extra Saxoniam morte punitur.

Quod jam aliquoties dixi, Saxones in puniendis delictis carnis severiores aliis gentibus & fuisse, & adhuc esse, novo nunc exemplo ostendam. Scilicet *Augustus Elector in Constit.* 20. *P.* 4. ultimum supplicium etiam iis irrogat, qui, vivente priore conjuge, cum alia persona non quidem solemnes nuptias faciunt, sed tamen sponsalia publica ineunt & concum-

cumbunt. Cujus juris singularis hanc rationem reddit Carpzovius in *Quæst. crim. 66. n. 45. sqq.* & in *P. 4. C. 20. def. 2.* quod consensus nuptias faciat, *L. 30. de Reg. juris*, *L. 22. C de Nuptiis*, & per copulam carnalem matrimonium naturaliter perficiatur. Verum hæc non est genuina tanti rigoris ratio, sed hæc potius, quod secundum leges Saxonicas in *Constit. Elect.* 19. *P.* 4. conjuges, cum alio etiam sine sponsalibus concumbentes, morte puniantur, atque adeo, si præterea sponsaliorum celebratione crimen suum auxerint, mitiore pœna adfici non possint. Quodsi ratio a Carpzovio adlata fundamentum legis nostræ esset, similem in modum etiam extra Saxoniam judicari oporteret; quod tamen nunquam fit, nec fieri potest, quum Carolus V. in *articulo* 121. diserte nuptias solemnes requirat: **In Gestallt der heiligen Ehe.** Sed obstat rationi Carpzovianæ adhuc aliud argumentum, etiam gravius. Nempe, si illa vera foret, consequeretur, tunc quoque ultimum supplicium decernendum esse, quando, inverso ordine, quis primum sponsalia publica celebravit, & concubitu firmavit, deinde cum alia persona veras nuptias fecit. Hic casus nec in Saxonia quidem morte punitur, minus ergo in reliqua Germania. Sic certe JCti Helmstadienses mense Novembri anni cIↃ IↃ CCXII. Magdeburgum responderunt: **Obgleich der Inquisit dessen zur Gnüge überführet, auch selbst geständig ist, daß er sich mit Elisabeth Dieckin öffentlich versprochen und dieselbe beschlafen, nachgehends dennoch Sabinen Riemannin geehliget: Alldieweil aber dasjenige Delictum, dessen Klingenberg überführet ist, keine Polygamie eigentlich genennet werden mag, weilen zu der mit der Dieckin getroffenen Verlöbniß die priesterliche Einsegnung noch nicht gekommen ist, also die ordentliche Todes-Strafe nicht statt findet ꝛc.**

XVI.

Sola confessio polygami ad irrogandum ultimum supplicium non sufficit;

XVII.

Sed investigandum est corpus delicti, & ad ea loca, in quibus nuptiæ factæ dicuntur, scribendum.

XVIII.

Quodsi hæc investigatio difficilis est, & sine longa mora fieri nequit, reus, interim vel idonee, vel, si hoc non possit, jurejurando cavens, e carcere dimittitur.

Vt ultimum supplicium binubis irrogari possit, corpus delicti certum esse, hoc est, indubie constare debet, nuptias, bis solemniter factas, ac benedictionem sacerdotalem bis adhibitam fuisse. Sola rei reæve confessio, se olim nuptias fecisse, non sufficit, *L.* 1. §. 17. & *ult. de Quæstionibus.* Investigare debet judex veritatem, & scribere ad sacerdotes vel æditues templorum, in quibus nuptiæ factæ dicuntur, ac testimonium requirere secundum *articulum Carolinum 6.* Sed quid tunc faciendum, quum investigatio illa, non quidem impossibilis, sed tamen difficillima est, atque sine multis sumtibus & longa mora fieri nequit? Novi exemplum, ubi primæ nuptiæ in dissita provincia factæ dicebantur. Grassabatur tunc in hac pestilentia, & commercium omne cum illa interruperat. Nec sciri poterat, quando id restitueretur. Inhumanum fuisset, reum, donec exploratio commode institui posset, in vinculis retineri. Sed nec tamen absolvi salva justitia poterat. Distulimus ergo saltem rem, atque interea reum, qui idonee cavere non poterat, præstito consueto jurejurando, e carcere mense Novembri anni cIɔ Iɔ CCXII. dimisimus: Daß Johann Philipp Klin-

Klingenberg, gestalten Sachen und Umständen nach, der gefänglichen Haft, gegen Bestellung eydlicher Caution, zu erlassen sey. V. R. W. Rat. Dec. Ob gleich, sowol aus des abgehörten Zeugen eydlicher Aussage, als Inquisiten eigenem vor geführten Leben, auch der in seiner Antwort wegen seines bisherigen Aufenthalts befindlichen Variation, die er vergebens zu bemänteln suchet, starcke Vermuthung erwächset, daß er bereits an andern Orten eine Ehe-Frau habe, diesemnach es das Ansehen gewinnet, ob könne er, bevor deshalben die verlangte Nachricht eingelaufen, der Haft nicht entschlagen werden; Alldieweil aber der Verdacht, daß Inquisit bereits in Holstein verheyrathet sey, auf ziemlich schwachen Fundamente beruhet, indem der abgehörte Zeuge, daß Klingenberg dergleichen nur im Schertz gesprochen, aussaget, die Variation aber und vor geführtes Leben ein ziemlich entferntes Indicium ausmachen, worzu weiter kommt, daß von den angegebenen Orten, wegen deren Entlegenheit und der da herum grassirenden Pest, sehr langsame Nachricht zu verhoffen ist, daß also Inquisit, der ohne deß schon lange gesessen, wenn er ferner im Gefängnisse bleiben solte, seine Gesundheit leicht verlieren könnte; So haben wir die Erlassung aus dem Gefängnisse, gegen Bestellung eydlicher Caution, verstattet.

XIX.

Ad polygamiam requiritur, ut in utroque matrimonio forma & ceremoniæ, quas leges præscribunt, fuerint adhibitæ.

XX.

Sola benedictio sacerdotalis, si hæc per se vitiosa sit, non sufficit.

XXI.

Igitur si sacerdos, qui alterutras nuptias consecravit, vel extraneus fuit, vel legitimus quidem, sed clam & illegitimo modo benedixit, polygamia vera non contrahitur.

XXII.

Committitur tamen crimen polygamiæ proximum, non morte, sed graviter extra ordinem puniendum.

XXIII.

Quamvis prius matrimonium propter omissas legitimas cerimonias nullum, atque adeo posterius polygamia non sit, posterior tamen conjux, qui quæve priorem conjunctionem ignoravit, ad divortium recte agit, data repetit, & restitutionem sumtuum ac damnorum desiderat.

Iam tum in *Spec.* 585. *de Concubinatu individuo* dictum ostensumque fuit, *medit.* 16. conjunctionem viri & feminæ in perpetuum initam, ad quam benedictio sacerdotalis vel plane non, vel modo illegitimo accessit, concubinatum magis esse, quam matrimonium, *medit.* 17. clandestinam & vitiosam consecrationem, etsi a legitimo sacerdote perfectam, non matrimonium, sed concubinatum, facere, *medit.* 18. benedictionem, ab extraneo sacerdote contra leges administratam, nullam esse, & concubinatum, non matrimonium, facere, *medit.* 19. hujusmodi clandestinas & illicitas nuptias non aliter convalescere, nec verum matrimonium fieri, quam, si accedente publica auctoritate confirmentur, atque sic vitium purgetur, denique *medit.* 20. alterutram partem, quæ ante hanc publicam ratihabitionem alias nuptias faciat, peccare quidem & puniri, non tamen tanquam binubam, sed tanquam concubinariam. Addo nunc, crimen, quod commit-

mittitur, concubinatum quidem esse, non simplicem tamen, verum ad polygamiam proxime accedere, atque adeo graviorem pœnam, quam quæ concubinariis infligi solet, mereri; deinde: posteriorem conjugem, qui quæve priores nuptias ignoravit, propter dolum adhibitum, quo consensus excluditur, recte ad divortium agere, aut, ut accuratius loquar, querelam nullitatis intendere, data a se & illata revocare, ac restitutionem damnorum & sumtuum petere. Vide *L. 18. C. ad legem Juliam de Adulteriis.* Istas theses omnes nunc responso JCtorum Helmstadiensium, mense Februario anni cIↄ Iↄ CCXXIX. exarato, illustrabo: Hat Hugo seine in Ost-Indien geheyrathete, jedoch nachgehends in Teutschland von ihm gegangene Ehe-Frau dahin, daß sie wieder zu ihm kommen und ihm ehelich beywohnen möchte, belanget, wogegen jedoch dieselbe verschiedene Exceptiones eingewendet, und nunmehro anfänglich zu wissen verlanget: Ob die zwischen ihr und Hugoen getroffene Ehe null und nichtig sey? Nun ist zwar dieses, daß gedachter Hugo, ehe er in Ost-Indien gekommen, gar liederlich gelebet, sich eines Scharf-Richters Tochter wider seines Vaters Willen antrauen lassen, dieselbe geschwängert, nachgehends verlassen, ꝛc. allein nicht hinlänglich, die darauf in Ost-Indien getroffene Heyrath ungültig zu machen, da zumal die mit des Scharf-Richters Tochter eingegangene Ehe, in Ansehung der dabey vorkommenden Haupt-Mängel, laut unseres im Februar. 1727. ertheilten Responsi, von keinen Kräften ist, und noch darzu in einem vor dem geistlichen Consistorio zu Gera angestelltem Desertions-Processe anderthalb Jahr vorhero, ehe Hugo seine jetzige Frau geheyrathet, wieder aufgehoben worden. So seynd auch die von der Kleinveldin angeführte, in blossen Worten bestandene, und niema-

len in Thätigkeit ausgebrochene Sævitien, wenn zumal Kläger sich deren künftig zu enthalten caviret, nicht hinlänglich, die Ehe zu trennen. Alldieweil aber Hugo mit des Scharf-Richters Tochter würcklich getrauet gewesen, eine Zeitlang als Ehe-Mann gelebet, ein Kind gezeuget, endlich von ihr gegangen, und vieles von ihren und ihres Vaters Sachen mitgenommen, gleichwol alle diese Umstände gegen die Kleinveldin und ihre Eltern nicht allein verschwiegen, sondern sich noch darzu vor einen ledigen Menschen ausgegeben, also hierunter einen Betrug begangen, und durch solchen viel gedachte Kleinveldin zur Ehe, welche sie, wenn ihr die wahrhafte Umstände bekannt gewesen, nimmermehr eingegangen seyn würde, bewogen, und denn sowol nach den natürlichen als geschriebenen Rechten der dolus, qui caussam dat matrimonio, und ohne welchem die Ehe nicht getroffen seyn würde, selbige wegen ermangelnden Consensus ungültig machet, die Kleinveldin auch ihr Vorgeben, daß nemlich Hugo mit des Scharf-Richters Tochter getrauet worden, sich fleischlich vermischet, ein Kind gezeuget, derselben und ihren Eltern vieles entwendet, damit fortgegangen, und sich nichts destoweniger in Ost-Indien vor einen Junggesellen ausgegeben, durch die den duplicis angeschlossene Beylagen genugsam bescheiniget, anbey höchlich und mit ziemlicher Wahrscheinlichkeit betheuret, und allenfalls eydlich erhalten kan, sie, als ein junges wohl erzogenes Mensch, würde den Hugo, dafern sie sein liederliches Leben, die von ihm gemißbrauchte Copulation, die Desertion, die Entwendung der mitgenommenen Sachen, und den gegen ihn angestellten famosen Proceß gewust hätte, nimmermehr genommen haben; So wird die zwischen ihr und Hugoen getroffene Heyrath vor null und nichtig geachtet. Wird zweytens gefraget: Ob Hugo als ein Bigamus zu bestra-

strafen sey? Nun haben wir bereits oben angeführet, daß die erste mit des Scharf-Richters Tochter getroffene Ehe nicht wohl bestehen könne. Diesemnach gehet die auf die Polygamie gesetzte Strafe nothwendig ab. Gleichwol bleibet dieses Verbrechen übrig, daß Hugo eine solche verbotene nichtige Ehe eingegangen, durch die heimliche Copulation den Namen GOttes mißbrauchen lassen, mit der ihm unrechtmässig angetraueten Person als ein Ehe-Mann gelebet, und sie doch folgends, ohne die Copulation vorher durch das Consistorium annulliren zu lassen, deseriret, und sich wieder, mit Verschweigung des ersten Bündnisses, verheyrathet. Bey so gestalten Sachen hat er wenigstens ein crimen polygamiæ proximum begangen, und wird deshalben mit einer willkührlichen Strafe billig beleget. Endlich, und was die letzte Frage betrift, so fliesset deren Entscheidung aus der auf die erste Frage bereits gethanen Antwort, und folget von selbsten, daß Hugo seiner letzten Ehe-Frauen und deren Eltern alle ihnen dadurch, daß er sie dolose zu dieser Heyrath verleitet, verursachte Unkosten, und was er sonst von ihnen an baarem Gelde und andern Sachen empfangen, zu erstatten schuldig sey.

XXIV.

In crimine binorum sponsaliorum, ut priora sponsalia firma fuerint, & tempore posteriorum adhuc constiterint, requiritur.

XXV.

Is, qui priora sponsalia legitima per transactionem privatam rescidit, & secunda fecit, in crimen binorum sponsaliorum incidit.

XXVI.

XXVI.

Tunc tamen, quando justa transigendi caussa subfuit, leniter punitur, & integram existimationem retinet.

Ad polygamiam prope accedit binorum sponsaliorum crimen, in quod jura civilia, in *L.* 1. *de His*, *qui not. infamia*, infamiam, Saxonica, **in der Ehe-Ordnung**, *punct.* 1. §. **Wann sich jemand**, & infamiam, & aliam ex arbitrio judicis pœnam sanciunt. Quod vero in *ista L.* 1. desideratur, ut quis bina sponsalia, eodem tempore constituta, habuerit, hoc porro in *L.* 13. §. 2. *de His*, *qui not. infamia*, sic explicatur: non initium sponsaliorum, eodem tempore factorum, accipi, sed saltem necesse esse, ut in id tempus concurrant. Scilicet tunc, quum quis posteriora sponsalia fecit, priora & legitima fuerint, & adhuc constiterint, oportet. Quamobrem, si priora sponsalia dissoluta fuerunt, posteriora crimini dari non possunt; dummodo dissolutio legitima fuerit. Nam, si quis cum priore sponsa privatim transegit, atque sic se ab antiquiore obligatione per mutuas renunciationes liberavit, vere liberatus non est, sed manet adhuc obligatus, quoniam transactiones privatæ contra sponsalia initæ nullæ sunt, *c.* 4. & 11. *X de Transactionibus*, quo jure adhuc hodie Protestantes etiam utuntur. Vide *Specimen XLVII. de Transactionibus irritis*, *medit.* 5. Ergo, qui post talem transactionem nova sponsalia facit, in crimen binorum sponsaliorum incidit, atque extra ordinem punitur. Attamen in hujus pœnæ determinatione multum interest, utrum partes a prioribus sponsalibus temere recesserint, an vero caussa, ob quam contra priora sponsalia transactum fuit, talis sit, quæ & in judicio rescissionem efficere potuisset? Priore casu severius animadvertendum est, posteriore lenius. Certe Consistorium Vitembergense, ex Lusatia mense Novem-

vembri anni cIↄ Iↄ CCXXXII. consultum, hoc ultimo casu infamiam remisit, & mulctam sat modicam imposuit: Dieweil verlobten Personen, sich nach eigenem Belieben wieder zu sondern, und das getroffene Ehe-Verlöbniß durch einen Privat-Vergleich aufzuheben, in allen Rechten verboten ist, und der Obrigkeit, welcher die geistliche Gerichtsbarkeit zustehet, wenn sie dergleichen eigenmächtige Sonderung in Erfahrung bringet, sich dieserhalb genau zu erkundigen, die Ursachen der Sonderung zu untersuchen, und, nachdem sie selbige gegründet oder ungegründet findet, die anderweite Vereheligung entweder zu verstatten, oder zu verbieten, ex officio obliegет, und denn allhier Romanus denenselben dergleichen Privat-Transaction selbst gemeldet; So wird zu Untersuchung dieser Sache ein kurtzer Termin fördersamst angesetzet. Woferne sich nun alsdenn die fol. 4. angeführte Ursachen, insonderheit der heftige Widerwille, in der Wahrheit gegründet befinden, so wird zu Verhütung einer aus dem Zwange zu besorgenden unglücklichen Ehe das getroffene Ehe-Gelöbniß aufgehoben, Romano, sich anderweit zu verheyrathen, verstattet, derselbe jedoch, um daß er sich ohne vorhergegangene rechtmäßige Dissolution des ersten Verlöbnisses anderweit verlobet, um 10. Reichsthaler gestrafet, und zu Bezahlung aller Unkosten angehalten.

SPECIMEN DLXXXVIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
LENOCINIO
MENSE APRIL. ANNI cIↃ IↃ CCXXXVII.
PVBLICE DEFENSVM
A
JOANNE FRIDERICO LVDER
VITEMB. SAXONE.

I.

Omnis conciliatio furtivorum amorum, consilium, auxilium, quin & omissio debitæ in impediendo diligentiæ, lenocinium est.

II.

Sunt tamen delicti hujus, ut & pœnæ, gradus.

III.

Etiam famulus, domino jubenti in furtivis amoribus opem ferens, tanquam leno, sed mitissime, punitur.

Permittit Caspar Hurtado, Theologus Hispanus, apud auctorem *du Parallele de la doctrine des Payens, avec celle des Jesuites & de la Constitution du Pape Clement XI. qui commence par ces mots: Vnigenitus Dei filius;* qui liber Parisiis ante aliquot annos publice combustus fuit, famulo, si herus id jubeat, puellæ domum investigare, munuscula deferre, herum ad illam euntem comitari, ac per fenestram irrepentem juvare, porro ad concubinam ire ac dicere: herus meus te vocat; quin & eam ad domum heri comitari, & januam aperire, & eis

eis lectum sternere, non tamen eam invitare ad actum ipsum inhonestum cum hero. At enim vero omnis conciliatio furtivorum amorum, ac omne, quod in illis fertur, auxilium, quin & omissio necessariæ diligentiæ ab eo, qui stuprum vel adulterium impedire debuisset, lenocinium est. Dantur saltem delicti hujus, ut & pœnæ, gradus. Qui lucrum inde aucupatur, severius, maxime, si liberos vel conjugem prostituat, quam is, qui amicitiæ caussa id facit, punitur, levius quoque, qui dissimulat saltem, eo, qui palam adjuvat, peccat. Vide *articulos Carolinos* 122. & 123. Peccat ergo & servus, conciliator furtivorum amorum, nec jussu domini, cui parere non debebat, prorsus excusatur, sed minus peccat, quam extraneus, atque adeo in foro humano mitissime punietur, per ea, quæ in *Specimine DXXXIV. de Concursu superioris & in inferioris in delicto, medit.* 5. dicta.

IV.

Pœna lenocinii extra Saxoniam incertissima est.

V.

Jus commune ultimum supplicium illis saltem lenonibus, qui invitas mulieres prostituunt, irrogat.

VI.

Mariti & parentes, lenocinium facientes, morte secundum jus commune puniri non possunt.

Ius electorale Saxonicum in *Constit.* 29. *P.* 4. pœnam lenocinii satis clare determinavit, at jure communi cæsareo incerta sunt omnia. Inprimis miror, interpretes hujus juris audacter adeo dicere: ultimum supplicium in maritos ac parentes, qui uxores liberosque lucri caussa prostituant, constitutum esse;

quum tamen nulla de eo lex exſtet. *Articulus Carolinus* 122. infamia parentes iſtos ac maritos notat, reliquas vero pœnas ex communibus juribus hauriri jubet. Sed jura communia hic incertiſſima ſunt. Nam *Novella* 14. quæ lenonibus omnia noviſſima ſupplicia irrogat, de iis ſaltem lenonibus, qui invitas puellas in corpus ſuum peccare cogunt, agit. *Lex Pandectarum* 2. *§.* 2. *L.* 8. *pr. L* 9. *L.* 33. *§.* 2. *ad L. Juliam de Adulteriis* pœnas mariti & uxoris, item eorum, qui furtivis amoribus opem ferunt, lege Julia de adulteriis comprehenſas fuiſſe, memorat. At non omnes, quæ lege Julia de adulteriis ſanciebantur, pœnæ capitales erant, ut vel ex §. 4. *I. de Publicis judiciis* apparet. Et nec veriſimile quidem eſt, legem Juliam tam atrocem fuiſſe, ut ultimum ſupplicium irrogarit marito, qui uxorem in adulterio deprehenſam retinuerit, vel extraneo, qui domum ſuam ad tractandum de adulterio, etſi eo loci nihil fuerit admiſſum, præbuerit. Minus adhuc allegari poterunt *lex* 12. *C. de Epiſcopali audientia*, & *lex* 6. *C. de Spectaculis*, quæ patribus, filias proſtituentibus, patriam poteſtatem ſaltem adimit. Ego itaque, ſi extra Saxoniam jus dicendum eſt, parentibus maritisque, lenocinium facientibus, ultimum ſupplicium irrogare non audeo.

VII.

Lex Saxonica electoralis in lenones non dura eſt, ſed juſta, & mitior veteribus Saxoniæ legibus.

VIII.

Priſci Saxones lenas vivas defoderunt.

Ne quis juris Saxonici electoralis in lenocinii crimine rigorem miretur, ſed lenitatem magis obſervet. Elector quip-

quippe in *Constit.* 29. *P.* 4. non auxit pœnas lenonum, ſed temperavit magis duritiem veteris Saxonici juris. Dictum jam ſupra fuit in *Specimine DLXXVI. de Lenitate in adulteriis*, *medit.* 7. ſeveritatem legis Auguſteæ in delicta carnis ex antiquiſſimis gentis Saxonicæ inſtitutis derivari oportere. Saxones nempe, antequam etiam de Chriſto quid inaudirent, adulteria ac ſtupra peſſime oderant, & atrocius, quam alii Germaniæ populi, coërcebant. Ejus rei luculentum iterum exemplum in crimine lenocinii exſtat. Brunſviga urbs olim Saxonum ſi non caput, ſed tamen ex præcipuis ſedibus fuit. Inter leges vero Brunſvicenſes veteres, quas Leibnitius in *Tomo III. Scriptorum Brunſvicenſia illuſtrantium*, *pag.* 434. exhibet, etiam hæc in *Part. II. n.* 56. legitur: *De drivende meghede, de andere vrowen vorſchündet, ſcal me levendich begraven, eft ſe des vorwunnen werdet;* in quam ſic commentatur Leibnitius in *Introduct. pag.* 15: *Drivende meghede ſunt lenocinium exercentes, niſi quis inde tribades facere malit ob pœnæ gravitatem.* Recte prius. Sed quod deinde de tribadibus addit, fundamentum non habet. Vox vorſchündet illicere ſignificat. Manifeſte itaque lex de mulieribus agit, quæ honeſtas feminas in ſtuprum vel adulterium illiciunt.

IX.

Lenocinium aliquando non propter lucrum pecuniarium, ſed ex ambitione pro obtinendis honoribus & dignitatibus, exercetur.

X.

Etiam hoc lenocinii genus pœnam ordinariam meretur.

Lenones vulgares lucrum pecuniarium ex lenocinio ſuo exſpectant, at hi, qui honeſtiores videri volunt, ſpreta pe-

cunia, honorem quærunt. Mirum, esse homines, qui ex re inhonestissima, quæ ipsorum existimationem maxime imminuit, honorem aucupentur. Sed esse tamen, novimus omnes. Inprimis aulæ eorum feracissimæ sunt. A recentibus exemplis abstineo lubens. Antiqua referam. Galba quidam apud *Plutarchum in ἐρωτικῷ*, quum Mecænatem, qui omnia apud Augustum poterat, convivio accepisset, sentiretque jam e nutibus, hominem inflammatum in uxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At, quum interea famulus quispiam ad mensam accedens vinum clam tolleret, ibi jam vigil & oculatus: Infelix, inquit, an nesciebas, me soli Mecænati dormire? Eandem fabulam diu ante Galbam in libera adhuc republica lusam, & inde proverbium natum fuisse, ex *fragmento Sexti Pompeji Festi*, *de Verborum significatione*, *lit. N.* discimus, ubi sic ait: *Non omnibus dormio: proverbium natum a Cipio quodam, qui Pararenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor ejus mœcharetur; ejus meminit Lucilius.* Quare & Cicero in *lib.* 7. *epist. ad fam.* 24. hoc proverbium tanquam vetus commemorat. Porro Macro, inquit, *Tacitus Annali VI. cap.* 45. *gratiam C. Cæsaris, numquam sibi neglectam, acrius in dies fovebat, impuleratque post mortem Claudiæ, quam nuptam ei retuli, uxorem suam Enniam immittendo, amore juvenem inlicere, pactoque matrimonii vincire, nihil abnuentem.* Testatur hoc etiam *Dio in fine lib.* 58. Macronem scilicet Caligulam in amorem uxoris suæ, Enniæ Thrasyllæ, pellexisse. Et Macro quidem dignum ex hoc lenocinio fructum cepit. Narrat enim *Philo in libro de Legatione ad Cajum*, *p.* 997. *seq.* coactum eum a Caligula se ipsum interficere, uxorem quoque habuisse eundem exitum, quamvis a Cæsare constuprata putaretur, totamque Macronis familiam exstinctam; & bene addit: *Negant in amore firmum præsidium,*

um, propter crebra ejus affectus inconstantissimi fastidia. Denique *Agrippa de Incertitudine & vanitate scientiarum, cap. 64. pag.* 133: *Lenociniorum,* ait, *duce plurimi ab infima sorte ad summum prope nobilitatis gradum conscenderunt. Prostituit hic uxorem, factus est senator; prostituit ille filiam, creatus est comes; hic aliam quamvis matronam in adulteri principis sollicitavit amplexum, mox amplo stipendio dignus, fit regius cubicularius; alii ob desponsata regia scorta spectabiles facti sunt, publicisque muneribus præfecti, eisdem artibus abs Cardinalibus & Pontificibus multi multa perpinguia venantur; nec est via ulla compendiosior.* Ego vero, pœnam ordinariam etiam in hoc lenocinii genere locum habere debere, existimo, motus verbis *Caroli V. in articulo* 122: **um einigerley Genieß willen, wie der Nahmen hat, williglich zu unehrlichen, unkeuschen und schändlichen Wercken gebrauchen läßt**; & *Augusti Saxonis in Constit.* 29. *P. IV:* **um Geld und schändlichen Genüsses**; item: **Gewinns oder Nutzes**; item: **Geld oder Genüß willen.**

XI.

Patientia & dissimulatio mariti in adulterio uxoris crimen est secundum jus naturæ;

XII.

Sed in foro civili, si lucrum non accesserit, non punitur;

XIII.

Nisi factum aliquod mariti, quo adulterium juvatur, concurrat.

XIV.

Sola dissimulatio & conniventia parentum sine lucro in fornicatione liberorum de jure etiam civili crimen est ac punitur.

Negat

Negat Vlpianus in *L.* 29. §. 4. *ad L. Juliam de Adulteriis*, lenonem esse, qui patiatur uxorem delinquere non ob quæstum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem. Ad hanc legem necesse est, ut quædam moneam. Primum patientia ista gratuita, etsi non puniatur, peccatum tamen est, si jus naturæ spectes, atque adeo hic §. 4. exemplum esse potest regulæ in *L.* 144. *pr. de Regulis juris* propositæ; quod multa liceant, quæ non sint honesta; & pertinet ad casus, in quibus, ut Vlpianus in *L. 6. pr. de Justitia & jure* ait, jus civile juri naturali per omnia non servit, seu ad vitia, quæ Tiberius apud *Tacitum Annali III. cap.* 53. suadet legislatori, omittere potius, quam hoc adsequi, ut palam fiat, quibus flagitiis impar sit. Deinde eundem §. 4. ultra simplicem patientiam extendi non oportet. Impune sit viro, dum adulter cum uxore ejus in convivio ludit, somnum fingere, seu, ut cum *Juvenali Satyra I. versu* 57. loquar:

- - *ad calicem vigilanti stertere naso.*

Condonabimus marito dissimulationem. Ipse modo nihil faciat, quod adulterium juvet. Nam, si quod ejus factum concurrat, quamvis ipse nullum inde lucrum ceperit, leno est utique & puniendus. Huc pertinent verba *Constit. Elect. Sax.* 29. *P.* 4: **Wo aber solches nicht um Geld oder Genüß willen.** Denique sæpe memoratus §. 4. *legis* 29. ad solos maritos pertinet, non ad parentes, in quibus simplex dissimulatio ac patientia crimen est pœnamque meretur, secus, ac Carpzovius *P.* 4. *Const.* 29. *def.* 4. putat. Parentibus enim & natura necessitatem imponit liberos bene pudiceque educandi, ac, sicubi opus est, corrigendi & castigandi, & jus civile propterea jus emendationis domesticæ tribuit in *L. un. C. de Emendatione propinquorum.* Quapropter sic judicarunt JCti Helmstadienses mense Mart. an. cIɔ Iɔ CCXVIII:

Daß

Daß zwar Denunciatin mit der angedroheten Inquisition zu verschonen, gleichwol aber um 5. Thaler zu bestrafen, auch zu Erlegung der durch diesen Procels verursachten Unkosten anzuhalten sey. V. R. W. Rat. Dec. Obwol der anfänglich gegen Denunciatin, wegen eines strafbaren Lenocinii, oder Verkuppelung ihrer Tochter, entstandene Verdacht durch die Aussage der abgehörten Defensional-Zeugen ziemlich abgelehnet wird, diesemnach es das Ansehen gewinnet, ob hätte Denunciatin nicht allein völlig loßgesprochen, sondern ihr auch nach ihrem Begehren, ihre Satisfaction an der Denunciantin zu suchen, verstattet werden sollen; Alldieweil aber, bey genauer Betrachtung der gantzen Acten, und Zusammenhaltung aller Umstände, so viel erscheinet, daß die Denunciatin den verdächtigen Umgang des Schellers mit ihrer Tochter sehr wohl gewust, denselben nicht allein geduldet, sondern auch in der Hofnung, den jungen Menschen zu einer Heyrath zu verleiten, Anlaß darzu gegeben, und die ungebührliche und verdächtige Zusammenkünfte, welches ihr doch obgelegen, nicht verhindert, vielmehr zugelassen und befördert, also die von ihrer Tochter getriebene Unzucht mit verursacht, dabey gleichwol aus einem unbeständigen und wunderlichen Humeur sich wieder mit dem jungen Scheller verunwilliget, ihm die Thüre gewiesen, und die Tochter geschlagen, auch zuweilen lieber gesehen, daß sie auch mit andern Manns-Personen und Officirern freundlich umgehen möchte, folglich der Denunciatin unvernünftige Kinder-Zucht und Connivenz, welche auf eine Verführung hinausläuft, am Tage lieget; So haben wir zwar dieses Delictum nicht eben vor Inquisition-mäßig gehalten, gleichwol Denunciatin mit einiger Strafe angesehen, und zu Erstattung der Procels-Kosten angehalten.

XV.

Maritus, de ſtupro & adulterio uxoris tranſigens, leno & olim fuit, & adhuc hodie eſt.

XVI.

Is tamen, qui ab alio ſtupratam ſciens ducit, vel, quam ignarus duxit, re comperta retinet, in crimen nullum incidit, dummodo pretium vel lucrum hoc nomine non accipiat.

Iuris Romani veteris tantus eſt in crimine lenocinii rigor, ut hos quoque illi involvat, qui de adulterio vel ſtupro gratis paciſcuntur, vel uxores, de commiſſo ab iis adulterio certi, in matrimonio retinent, *L.* 18. *C. de Transactionibus*, *L.* 2. & 10. *C. ad L. Juliam de Adulteriis.* Hoc tamen novo jure mutatum eſt, permiſſumque maritis, uxores, ſtupri vel adulterii convictas, retinere, quin & damnatas jam ac punitas reducere, *Auth. ſed novo jure*, item: *Sed hodie C. ad L. Juliam de Adulteriis*, *Novella* 134. *cap.* 10. *verſ. Adulteram*, *can.* 7. & 8. *cauſſ.* 32. *qu.* 1. *Conſtit. Elect. Sax.* 19. *Part.* 4. Hic liberalior Carpzovius *P.* 4. *C.* 29. *def.* 2. marito etiam transactionem, quæ nempe ſecundum *L.* 38. *C. de Transactionibus* dato aliquo, vel retento, vel promiſſo, initur, permittit, potiſſimumque argumentum inde ſumit, quod *articulus Carolinus* 122. & *Conſtit. El. Sax.* 29. *P.* 4. lenocinii pœnam ſolum iis infligunt, qui in adulterium futurum & perpetrandum conſentiunt, de præterito autem & perpetrato nihil dicunt. At enim vero transactioni iſti, qua lucrum ex ſtupro & adulterio quæritur, naturalis turpitudo ineſt, & imminuit exiſtimationem ſuam maritus, qui conjugem adulteram, quam gratis non retinuiſſet, pro pecunia retinet. Deinde

declaræ sunt *leges* 29. §. 1. & 2. *D.* & 10. *C. ad L. Juliam de Adulteriis*, transactionem prohibentes, quas non sustulerunt Justinianus, Augustinus, Carolus V. & Augustus Saxo in locis, a Carpzovio allegatis, retinuerunt ergo: Nam quod sublatum non est, cur stare prohibeatur? Et errat, si quis putat, ea delicta, quorum nulla in legibus Caroli V. & constitutionibus Saxonicis mentio fit, delicta amplius non esse. Subsidiariæ sunt hæ novæ leges, & supplent saltem antiquas, non tollunt. Recte igitur *Strykius in Usu moderno, tit. de Transactionibus*, §. 18. contradicit Carpzovio, pœnamque marito, qui munere ab adultero oblato se placari siverat, ne genialis thori vindicem se exhiberet, inflictam commemorat. Huc pertinet lis mense Julio anni cIↄ Iↄ CCXXI. ad JCtos Helmstadienses delata: Faber quidam lignarius uxorem duxerat, sed paulo post nuptias gravidam ex alio repererat, in matrimonio tamen retinuerat. Quo comperto, collegium, cui adscriptus erat, mulctat hominem, &, donec mulctam exsolvat, a consortio excludit. Ille querelam ad magistratum defert, qui, post peractam ab utraque parte probationem, collegium, actori extortam mulctæ partem restituere, eumque in consortium recipere jubet, & collegas ipsos carcere vel pecunia mulctat. Appellant hi, atque inprimis actori infamiam, quam & nuptiis cum puella ab alio vitiata factis, & transactione cum stupratore inita contraxisset, objiciunt. Verum neutrum illis profuit. Nam nuptiæ cum scorto resipiscente neminem infamem faciunt, vide *Martini Analecta forensia, tit.* 1. §. 1. *n.* 44. Transactionem autem, quam utique improbassemus, negarat actor, & rei, quod eis permissum fuerat, non probarant. Confirmavimus itaque priorem sententiam ex his rationibus: Wenn gleich Kläger, wie er doch nothdürftig gethan, nicht be-

bescheiniget hätte, daß er seine Frau, unwissend, wie solche bereits von einem andern geschwängert gewesen, geheyrathet, und sie Anfangs, als er es erfahren, verlassen wollen, nachgehends aber auf Zureden anderer Leute, und wegen ihrer guten Aufführung, behalten, so haben nichts destoweniger beklagte Meistere daran unrecht gethan, daß sie Klägern zu Erlegung 3. Thaler angehalten, mit beklagte Gesellen auch ihn ungebührlich zu gleichmäßiger Abfindung, durch Ausschliessung von den Quartal-Versammlungen und von der Königl. destinirten Arbeit, zwingen wollen. Denn die Handwercker sollen ihre Glieder in andern Dingen, als in ihren Statuten enthalten, nicht strafen, sondern solche sofort an die Obrigkeit verweisen, und deren Verordnung erwarten, indessen einander nicht schmähen, auftreiben, unredlich machen, noch das Handwerck verbieten, auch keine Statuta ohne vorhergehende obrigkeitliche Durchsehung und Landes-herrliche Bestätigung haben. Nun können Beklagte keine bestätigte Statuta aufweisen, müssen zugestehen, es sey in den Staturen, welche sie haben, obgedachter Casus nicht einmal ausdrücklich enthalten, und wissen aus den gemeinen Rechten gar wohl, daß die Heyrathung einer geschwächeten Person kein Delictum sey, noch einige infamiam nach sich ziehe. Zwar wenden sie zu ihrer Entschuldigung ein, Kläger habe, wegen Behaltung seiner Frau, von dem Stupratore ein Stück Geld erhalten, dadurch ein strafbares Lenocinium begangen, sich mit den Meistern deswegen, damit sie ihn nicht bey der Obrigkeit dieserhalben anklagen möchten, verglichen, und den Gesellen Gelegenheit gegeben, daß sie sich zu einem gleichmäßigen berechtiget zu seyn erachtet. Alldieweil aber Kläger, Geld von dem Stupratore empfangen zu haben, nicht überführet ist, und Beklagte, da sie diesen Punckt bey der Gegen-Bescheiz

scheinigung nicht ausgeführet, damit nicht weiter zu hören seynd, auch, da es sich ja angebrachter massen verhielte, nicht berechtiget gewesen, ihn dieserwegen mit Ubergehung der Obrigkeit wider den klaren Buchstaben der Policey-Ordnung zu bestrafen, oder, wie sie es nennen wollen, dieses vermeynten Delicti publici halber mit ihm zu transigiren, viel weniger ihn durch Denegirung der gemeinschaftlichen Rechte dazu zu zwingen; So haben wir, voriges Urthel zu bestätigen, es auch bey der darinnen gesetzten Strafe zu lassen, und Beklagte überdis in die Unkosten zu vertheilen, keinen Umgang nehmen können.

XVII.

Parentum lenocinium mitigat pœnam liberorum.

XVIII.

Pater, cujus indulgentia stupro, incestui vel adulterio caussam dedit, nequit liberos propterea exheredare aut abdicare.

Pater quidam familias fratris sui filium, adultum juvenem, in domum receperat, ac in eodem cubiculo, in quo filia, virgo nubilis, dormitabat, noctu jacere jusserat. Accidit, quod ab initio facile provideri potuisset, ut consobrini hi alter in alterius lectum, ac tandem etiam in complexum transirent subinde. Patefacto per puellæ graviditatem crimine, deposcuntur ambo ad pœnam, ac pater puellæ, sero expergefactus, natam, quæ familiam incestu dehonestasset, domo expellit. Mittuntur acta mense Julio anni cIↃ IↃ CCXXVII. ad JCtos Helmstadienses, atque in horum collegio primum de pœna reorum consultatur. Et solent JCti communiter hoc incestus genus exilio perpetuo, vel saltem tem-

temporario, punire, teste Bergero in *Electis jurisprudentiæ criminalis*, *pag.* 142. At nos primum minorem delinquentium ætatem, ob quam judex pœnam, legibus etiam statutam, temperare potest, *L.* 37. §. 1. *de Minoribus* miserabamur, deinde occasionem delinquendi, quam illis parentis stoliditas ac lectorum vicinitas dedisset, cogitabamus, parumque aberat, quin misellos ab omni pœna absolvissemus. Lapis profecto aut divus sit oportet, qui ætate fervens & solus in eodem dormitorio cum puella, annis & forma florente, jacens juveniliter non ardeat. Quod vero ad patrem attinebat, detrectabat ille quidem, filiam domo expulsam recipere, exheredationem sibi in *L.* 19. *C. de Inofficioso testamento*, & *Novella* 15. *cap.* 3. §. 11. ac ex eadem ratione etiam abdicationem, arg. *L.* 132. *pr. de Verborum obligat.* permitti ratus. Verum, utut patri facultatem liberos incestuosos alimentis civilibus privandi, naturalia enim, sine quibus vita sustentari nequit, iisdem denegari non debent, concedamus, ista tamen patris conniventia, quæ a lenocinio parum distabat, & aditum incestui patefecerat, indignum illum legis beneficio faciebat. Itaque sic responsum fuit: Hat Susanna Elisabeth Hennin ausgesaget, daß sie im August 1725. mit dem Mit-Inquisiten, als ihres Vaters Bruders Sohne, sich fleischlich vermischet, und von selbigem geschwängert worden. Was nun die Strafe anbetrift, so setzen die Rechts-Lehrer auf den in gradu secundo lineæ æqualis begangenen incestum gemeiniglich die zeitige Landes-Verweisung. Allein es kommt den Delinquenten ihre grosse Jugend, indem sie zu der Zeit des begangenen Delicti ohngefehr 17. Jahr alt gewesen, ingleichen die ihnen durch der Stupratæ Vater, welcher sie gantz unvernünftig so nahe beysammen schlafen lassen, gegebene Gelegenheit zu statten. Diesemnach werden bey-

beyderseits, jeder 8. Tage, im Gefängnisse mit Wasser und Brodt gespeiset, oder um 5. Thaler bestrafet, anbey zu Erstattung der auf diesen Proceſs gegangenen Unkosten zu gleichen Theilen angehalten. Nächstdem wird der Inquisitin Vater sein unvernünftiges Verfahren ernstlich verwiesen, auch die Tochter wieder zu sich zu nehmen, und gleich seinen andern Kindern zu halten, auferleget.

XIX.

Parentes, qui liberos, in ſtuprum vel adulterium lapſos, pœnæ publicæ ſubtrahere laborant, ac fugam eorum inſtruant, in delictum ac pœnam non incidunt.

Cave, crimen lenocinii late nimis, ac ad eos quoque parentes extendas, qui, poſtquam ſtuprum, a liberis ſuis commiſſum, reſciſcunt, id occultare modis omnibus laborant, liberos, quos magiſtratus ad publicam pœnam quærit, in extranea loca ablegant, & fugam quoque eorum inſtruunt. Nullum hi prorſus crimen committunt. Ignoſcendum quippe eſt patri, ignominiam, quæ ex ſupplicio liberorum in ipſum redundat, avertere annitenti. Certe jura noſtra parentes ad teſtimonium contra liberos ferendum nec invitos cogunt, nec volentes admittunt, *L. 6. C. de Teſtibus.* Atque hinc & ex *L. 2. de Receptatoribus* colligunt interpretes, parentibus hoc, quod liberos delinquentes receptent & occultent, impune eſſe. Quin ſecundum *Gailium de Pace publica, lib. 2. cap. 10. n. 19.* parentes liberos bannitos recipientes pœnis haud ſubjacent. Quapropter, quum pater filiam, a famulo ſuo ſtupratam, judici requirenti non exhibuiſſet, ac fugitivam juviſſet, de pœna ejus a judice conſultus menſe Decembri anni cIↄ Iↄ CCXXXV. reſpondi: Es wird Anna Bernauerin, daferne

sie

sie zurücke kommt, über die ihr beygemessene Huhrerey summarisch vernommen, hingegen wider ihre Eltern, da einem durch die Schwängerung seiner Tochter, von einem geringen Kerl, gekränck=tem Vater nicht zu verüblen ist, daß er, zu Verhütung grösserer Schande, die Tochter an einen andern Ort verschicke, nichts vor=genommen.

XX.

Magistratuum, lupanaria in suis civitatibus non exstirpantium, indulgentia excusatur.

Lupanaria Amstelodami, Londini & Venetiis tolerari, atque inde aliquid ærario & reditibus publicis accedere, certum est, ipseque præsens in his urbibus vidi & audivi. Sed num id etiam Romæ fit? Ajunt peregrinatores tantum non omnes. Jam ante duo sæcula *H. C. Agrippa de Incertitudine & vanitate scientiarum, cap. 64. p. 135: Multi*, inquit, *magistratus in civitatibus suis lupanaria construunt foventque, nonnihil ex meretricio quæstu etiam ærario suo accumulantes emolumenti; quod quidem in Italia non rarum est, ubi etiam Romana scorta in singulas hebdomadas Julium pendent Pontifici, qui census annuus nonnunquam viginti millia Ducatos excedit, adeoque ecclesiæ procerum id munus est, ut una cum ecclesiarum proventibus etiam lenociniorum numerent mercedem. Sic enim ego illos supputantes aliquando audivi: Habet*, inquientes, *ille duo beneficia, unum curatum aureorum viginti, alterum prioratum ducatorum quadraginta, & tres putanas in burdello, quæ reddunt singulis hebdomadibus Julios viginti.* Atque tamen *Labatus in Tomo III. des Voyages en Espagne & en Italie, cap. 3. p. 207.* eos, qui, Pontificem maximum a meretricibus tributum exigere, atque pro eo illis infame artis suæ exercitium permittere, perhibeant, atrocissime calumniari, dicit. Sed, si Labati verba recte inspicis, totam ejus disputationem meram lo-

go-

gomachiam esse, animadvertes. Negat, Romæ lupanaria permitti; negat, tributum ex illis fisco inferri; fatetur tamen, eadem ibi tolerari, fatetur etiam, sacrum ærarium mulcta, quæ meretricibus irrogatur, augeri. Cur ergo in verbis difficiles sumus, qui in re convenimus? Interim non improbo prudentiam Labati, circumspectius loquentis ac verba in factum temperantis; sed ipse eam imitabor, dicamque ingenue, me hac in parte nec Pontificis Maximi, nec aliorum magistratuum indulgentiam damnare. Prohibent illi publicis legibus fornicationis crimen, interdicunt lupanaria, mulctam his, qui contraveniunt, minantur, exigunt etiam, &, si sic nihil proficiunt, adquiescunt tandem. Sed ais, cur atrociores pœnas non sanciunt; cur prostibula & lenones lenasque non vel ad mortem damnant, vel in exilium ejiciunt; cur turpes istas ædes non inflammant, vel exscindunt, soloque æquant? Ad quod antequam respondeo, quæram ego vicissim: cur popinas, in quibus tot quotidie maleficia patrantur, non exscindimus, cur chartas lusorias non comburimus, cur talos non abolemus, cur immania illa vitra & calices non confringimus, cur mercatores instrumenta luxuriæ vendentes non relegamus, cur nocturnas compotationes ferimus, aut saltem mulcta sat modica contenti sumus? Scilicet quia vitiis istis radicitus exstirpandis impares sumus, & quia major severitas plus nocitura est reipublicæ, quam profutura. Vidimus ejus rei nuper funestissimum exemplum. Occisus fuerat Amstelodami patricius juvenis in lupanari. Clausa propterea per totum Belgium sunt lupanaria. Substituerunt in eorum locum ingeniosi Belgæ stupra honestarum virginum, adulteria matronarum, &, quod dicere horreo, pæderastian, quam huc usque solo nomine cognitam habebant. Inundavit ea tunc Belgium & exspatia-

ta quoque inde eſt in Germaniam, ut tribunalia cognitione hujus infandi criminis per aliquot annos perſonarent. Narrabo rem verbis *de la Motraye*, *tom. II. des Voyages*, *cap. 23. p.* 481 : *Les Muſickhuiſen étoient défendues, depuis que le fils d'un Magiſtrat y avoit été tué par un Matelot, à qui il diſputoit le choix d'une des Nimphes, qui s'y aſſembloient pour etaler leurs attraits. Quelques perſonnes d'Amſterdam trouvoient, qu'on devoit s'en être tenu à la punition du meurtier, & à condamner ou obliger les maitres ou maitreſſes de ces maiſons à entretenir à leurs dépens des Gardes aux portes pour prévenir & empêcher le bruit & les querelles; ayant remarqué, que depuis, qu'on avoit deffendu ces aſſemblées, le libertinage & les deſordres étoient incomparablement plus grands & plus ſcandaleux, en ce qu'au lieu de deux ou trois de ces maiſons publiques dans un quartier reculé, où on ne faiſoit que boire, chanter, danſer, & où l'on pouvoit bien à la vérité choiſir & emmener avec ſoi quelques-unes des filles de joye, qui s'y trouvoient, ou leur donner rendez-vous, ſi on vouloit faire plus, il y en avoit des centaines de particulieres, où l'on faiſoit les dernieres débauches. Qu'outre cela, & ce qu'on avoit à peine remarqué auparavant, on étoit abordé jusques dans les rues par des femmes débauchées; & ce qui étoit encore bien pis & plus abominable, c'eſt que le vice, qui fit mettre par Pasquin à la bouche des jeunes gens le Laudate pueri Dominum, ſur ce qu'un Pape avoit banni les Courtiſanes de la Ville de Rome, c'eſt que ce vice, dis-je, ou cette brutale paſſion, qui fait chercher des plaiſirs infames & défendus hors des voyes de la nature, commençoit à ſe gliſſer entré les Matelots des Vaiſſeaux des Indes; outre que d'honnêtes femmes avoient été attaquées par quelques uns.*

SPE-

SPECIMEN DLXXXIX.
AD LIB. XLVIII. TIT. V.
DE
SODOMIA.

I.

Sodomiæ synonymia, homonymia & descriptio investigatur.

Sodomia, quam Justinianus in §. 4. *de Publicis judiciis* nefandam libidinem vocat, ab *Ant. Matthæi de Criminibus, lib.* 48. *tit.* 3. *n.* 8. satis adposite monstrosa Venus adpellatur, ac definitur, quæ vel virum vel feminam mentitur. Ego Sodomiam clarius ex *L.* 31. *C. ad L. Juliam de Adulteriis* describo, qua Venus mutatur in alteram formam, seu actum, quo libido alia, quam qua natura monstrat, via expletur. Vocem hanc Sodomiæ æquivocam seu homonymicam esse, huc usque ignoraveram, sed unam ejus ac simplicem significationem, credideram. At nuper, aliam quoque ejus, præter vulgarem, significationem esse, ex actis intellexi. Detulerat quis in judicio reum, addideratque in libello, reum hunc commisso crimine, sodomitæ more, etiam gloriatum esse: Er habe eines und des andern Verbrechens, gleich einem Sodomiten, vermessentlich sich berühmet. Finita caussa, reus delatorem, quod is sibi horrendum sodomiæ crimen objecisset, injuriarum reconvenit. Mittuntur acta ad JCtos Lipsienses, qui reconventum damnant. Conqueritur damnatus de iniquitate sententiæ, seque vocem sodomitæ non in ea, qua vulgo accipitur, significatione posuisse, sed ex *Esaiæ III*, 9. hausisse, contendit. At JCti Vitembergenses sententiam Lipsiensem mense Novembri anni cIↃ IↃ CC XXXIII.

XXXIII. hunc in modum confirmarunt: Daß Christian, weil er in der Denunciation das Wort: Sodomite; Friedrichen wehe zu thun, in einem nicht gewöhnlichen Verstande gebrauchet, in seiner Defension etwas, so ihm zu statten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen es sowol bey der erkannten Abbitte und Ehren-Erklärung, als den gesetzten 5. Thalern Strafe, und Abstattung der Unkosten, zu lassen, er auch die fernerweit verursachte Unkosten zu bezahlen schuldig.

II.

Sodomitarum crimen cum gloriatione & impudentia fuit conjunctum.

III.

Simile exemplum ex recentioribus historiis memoratur.

Ex isto, quem modo memoravi, *Esaiæ III*, 9. loco, non quidem novum genus delicti exsculpendum est, sed id saltem observamus, cives Sodomæ per hoc maxime atrocitatem sceleris sui auxisse, ac divinam ultionem provocasse, quod impudentiam adjunxerint maleficio, palam & cum gloriatione ac pompa delinquendo. Tantæ improbitatis exemplum Germania nostra forte nunquam, sed Gallia majorum nostrorum ætate vidit. Testatur hoc *Tanaquil Faber*, *epist. dedicat. in Anacreont: Quod*, inquiens, *patrum nostrorum memoria in copiis auxiliaribus vidit Gallia?*

Serica quum dominam ducebant vincla capellam,
Cui nitidum cornu multo radiabat ab auro.
Et segmentatis splendebant tempora vittis.
Illa rosa & myrto sertisque recentibus ibat
Altum vincta caput, dilectæ conscia formæ.

Confirmant hoc auctor *des Memoires d'Artagnan*, *tom.* 3. *pag.* 466: *L'hi-*

L'histoire de France nous rapporte, que le Duc de Nevers, passant d'Italie en France, pour venir au secours du Roi, dont la Maison de Guise tâchoit d'envahir la Couronne, sons prétexte de Religion, y amena avec lui deux mille Chevres couvertes de caparaçons de velours vert, avec de gros galons d'or. Elle ne nous laisse pas en méme tems lieu de douter, à quel usage servoient ces Chevres, puisqu' elle nous dit, qu'autant, qu'il y avoit d'Officiers, c'etoient autant de Maitresses pour eux, & pour lui; & *Theodorus Beza histor. ecclesiast. l.* 11. *pag.* 230. *ad ann.* 1562.

IV.

Confessio sodomitæ sine corpore delicti ad ultimum supplicium irrogandum non sufficit.

V.

Corpus delicti semiplenam probationem desiderat.

VI.

Sufficit ergo unus testis omni exceptione major, sufficiunt etiam duo testes non omni exceptione majores.

VII.

Testis viginti annis minor non sufficit, sed, etsi confessio rei accedat, saltem fustium ictui locum facit.

Dubia circa corpus delicti, uti in plerisque delictis, ita quoque in sodomia, reos meritissimis sæpe pœnis eximunt. Et profecto corpus delicti nullibi fere difficilius, quam in sodomia cum animali commissa, investigatur. Sola utique confessio rei non sufficit, quemadmodum in *Specimine DLXI. de Corpore delicti, med.* 1. 2. 3. dictum, sed requiruntur præterea, ut *Carpzovius in Quæst. crim.* 76. *n.* 52. ait, indicia ac præsumtiones, quæ quousque sufficiant, & ille, & *Berger in Jurisprud. crim. pag.* 143. judicis arbitrio relinquunt. Nec ego certius quid consti-

tuere possum. Id saltem dico, conjecturas istas & indicia tantum ponderis habere debere, ut semiplenæ probationi æquipolleant. Quodsi deinde ad hanc confessio rei in judicio accedat, crimen plene probatum censetur. Verum, si huic semiplenæ probationi quid deest, etsi confessio accesserit, reus saltem extra ordinem punitur. Rem exemplo illustrabo: Juraverat testis, se reum cum equa se commiscentem vidisse. Reus ipse crimen fatebatur, nec testi quidquam objiciebat. At JCti Vitembergenses, testem 20. annis minorem esse, qualis in testimonium rei capitalis secundum *L.* 20. *de Testibus* citari non debet, animadvertens, ictum fustium decreverunt, equam quoque domino reddi jusserunt, apud *Bergerum Part. II. responso* 144. Contra iidem apud *eundem in Parte II. Supplem. Jurispr. criminal. Observ.* 158. *pag.* 425. duos testes non omni exceptione majores ad corpus delicti constituendum sufficere, responderunt. Vide *articulos Carolinos* 23. & 30.

VIII.

Ut ignis supplicium irrogari possit, sodomia perfecta fuerit, oportet.

IX.

Quodsi seminis immissio non accessit, parcitur & homini & bruto, atque homo ex plerorumque sententia fustibus cæsus in perpetuum relegatur.

X.

Alii tamen non sine ratione gladium substituunt.

Pro illustrandis his thesibus adjiciam responsum, nomine JCtorum Helmstadiensium mense Octobri anni cIↄ Iↄ CCXXIV. exaratum: Ist Ludolph Gahje durch Zeugen überfüh-

führet, auch geständig, daß er mit einem Pferde Unzucht getrieben, wobey er denn zu seiner Entschuldigung anführet, daß er das gottlose Werck nicht gantz vollbracht, sondern darinnen verstöret worden. Nun hält zwar *Damhouderus in Praxi rerum criminalium*, *cap.* 98. §. 16. & 17. dafür, dieses sehr grobe delictum müsse, wenn gleich die Consummation nicht erfolget, ordentlich gestrafet werden. Wenigstens gewinnet es das Ansehen, es sey Inquisit darüber, ob er nicht das Werck würcklich vollbracht, peinlich zu befragen. Alldieweil aber den Rechten nach auch in groben und der Todes-Strafe sonst unterworfenen delictis carnis diese Strafe alsdenn, wenn die That nicht vollstrecket, abgehet, *L.* 1. §. 2. *de Extraordinariis criminibus*, und denn diese Rechts-Regul von *Carpzovio Quaest. crim.* 76. *n.* 56. *sqq.* und *Bergero in Electis Jurispr. crimin. p.* 144. auch auf die Sodomie erstrecket wird, hiernächst Inquisit darunter, daß das Werck nicht vollbracht worden, die Aussage der beyden Personen, welche ihm darbey angetroffen, vor sich hat, wobey auch dieser Umstand, daß die Stute trächtig gewesen, und kurtz darauf ein Füllen geworfen, nicht ausser Augen zu setzen; So wird Ludolph Gahje mit der Todes-Strafe verschonet, jedoch, nach abgeschwohrnen Urpfeden, mit Staupen-Schlägen auf ewig verwiesen. Das Pferd hingegen wird, nach der Lehre *Carpzovii loc. allegat. num.* 62. seinem Eigenthums-Herrn wieder zugestellet. Mihi tamen, ne quid dissimulem, media sententia, ut scilicet ignis pœna quidem remittatur, sed in ejus tamen locum gladius substituatur, melior videtur. Eandem *Brunnemannus in Comment. in L.* 1. *de Extraord. crim. n.* 3. amplectitur, atque sic a JCtis Francofurtensibus judicatum testatur. Certe hi, qui saltem fustium ictum decernunt, nimis longe a lege, quæ sodomitas ad ignem damnat, recedunt.

Ve-

Verum Carpzovii & plerorumque ex ejus parte ſtantium interpretum auctoritas tunc JCtos Helmſtadienſes movit, ut adeo mirer, *Kreſſium*, qui mecum tunc in illo collegio ſedebat, in *Comment. ad articulum Carolinum* 116. §. 3. *n.* 3. dicere, gladii pœnam ab ordine tunc noſtro decretam fuiſſe.

XI.

Projectio ſeminis, quæ & peccatum onaniticum, mollities & maſtupratio appellatur, non ſolum a JCtis, ſed & a Theologis, Medicis, Philoſophis, Poëtis & Literatoribus explicatur & tractatur.

XII.

In hoc delictum alii nullam pœnam, alii ultimum ſupplicium, conſtituunt.

XIII.

Communiter relegatio decernitur.

XIV.

Sed & hæc tamen aliquando exaſperatur.

Difficillimum mihi erit, de peccato onanitico quid ſcribere, quod non ſit ſcriptum ab aliis. Nullum fere eſt eruditorum genus, quod hujus argumenti explicationem ad ſe non trahat. Et faciunt id etiam jure quodam ſuo. Theologi certe nequeunt id ſilentio præterire, dum vel in *Geneſeos XXXVIII*, 9. qui locus præcipua hujus doctrinæ ſedes eſt, vel in 1. *ad Corinth. VI*, 9. ubi vox μαλακοὶ, molles, de maſtupratoribus explicatur, commentantur, vel caſus conſcientiæ proponunt. Philoſophi, quibus propter theologiam naturalem proximus eſt a theologis locus, hoc etiam argumentum ex theologia naturali tractare debent, maxime, poſtquam aliqui ex princi-

cipibus eorum, Diogenes Cynicus apud *Diogenem Laërtium, lib.* 6. *n.* 69. *Dionem Chrysostomum, Orat.* 6. *Athenæum, lib.* 4. *cap.* 15. *Plutarchum, de Stoicorum repugnant. pag.* 1044. *Galenum, de Locis affectis, lib.* 6. & Agathiam in *Anthologia, lib.* 7. *epigr.* 80. item Zeno apud *Sextum Empyricum, Pyrrhon. hypot. lib.* 3. *cap.* 24. mastuprationem probarunt laudaruntque tanquam optimum exstinguendæ libidinis remedium, quod natura etiam animalia, inprimis pisces, docuerit. Porro medici, *Zachias lib.* 6. *tit.* 1. *qu.* 4. *n.* 12. *Schurichius Spermatol. c.* 5. §. 17. *Valentini in Novellis med. legal. P.* 2. *cas.* 9. *Rejes Camp. elys. jucund. quæst. Qu.* 46. *Amatus Lusitanus Cent.* 2. *curat.* 47. & *Alberti in Jurisprud. medica, tom.* 1. *P. prior. cap.* 2. §. 22. rectissime hanc quæstionem: *An licitum sit, vel pro sanitate tuenda, vel pro libidine lenienda, seminis arbitrariam proritationem aut pollutionem voluntariam causari, & an medicus salva conscientia idem commendare & permittere possit?* proponunt, &, siquidem pii sunt, negant. Ex Poëtis *Agathias in Anthologia, lib.* 7. *pag.* 466. *Juvenalis Satyra VI. vers.* 236. & *Martialis lib.* 11. *epigr.* 105. & *lib.* 14. *epigr.* 203. hujus criminis mentionem faciunt, inprimis tamen *Martialis lib.* 9. *epigr.* 42. turpitudinem ejus & impietatem egregie ob oculos ponit, ut mirer, *Vincentium Collessum J. C.* qui *Martialem ad usum Delphini* edidit, hoc epigramma tanquam obscœnum & bonis moribus contrarium damnasse & omisisse. Nos id pudicum ac probum rati subjicimus hic, ut lector nostram cum *Collesso* litem facilius judicare possit:

Pontice, quod nunquam futuis, sed pellice leva
Uteris, & Veneri servit amica manus,
Hoc nihil esse putas? Scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres:
Mars semel, ut geminos Ilia casta daret.

Omnia perdiderat, si masturbatus uterque
Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum:
Istud, quod digitis, Pontice, perdis, homo est.

Gallorum Juvenalis, *Boileau Despreaux*, *in Satyra* elegantissima, quam *Lutrin* inscripsit, *cant.* 2. μαλακίαν illam, quam Paulus 1. *ad Corinth. VI*, 9. damnat, Deam esse fingit, ac regiam ejus sic festive describit:

La Discorde en sourit, & les suivant des yeux,
De joye, en les voyant, pousse un cri dans les Cieux.
L'air, qui gemit du cri de l'horrible Deesse,
Va jusque dans Cisteaux reveiller la Mollesse.
C'est là qu'en un dortoir elle fait son sejour,
Les Plaisirs nonchalans folastrent à l'entour.
L'un paitrit dans un coin l'embonpoint des Chanoines:
L'autre broye en riant le vermillon des Moines.
La Volupté la sert avec des yeux devots,
Et toujours le Sommeil lui verse des pavots.

Literatores & grammatici in notis ad veteres, quos supra nominavi, auctores & alibi passim de hoc delicto agere necessum habent, ac disputant maxime, utrum apud Martialem: *Masturbatus*, *masturbabantur*, *masturbatorem;* an vero: *Mastupratus*, *mastuprabantur*, *mastupratorem;* legendum sit. Ac tamen hic, qui inter literatores primum locum tenet, Erasmus Roterodamus fœde errat, & mastuprationem Diogenis pure quidem, sed inepte, de honesto labore & legitimo corporis exercitio, explicat: *Quum*, inquiens, *in foro in conspectu omnium fuisset operatus, utinam quoque liceat, inquit, sic perfricto ventre à fame esse quietum, sentiens, agitatione corporis acui stomachi orexim, à qua necessitate cupiebat esse liber.* *Itidem studiosi graviter ferunt, à literis naturæ ne-*

necessitatibus avocari. Ipsa hæc Erasmi verba sunt, quæ *Baylius in Dictionaire historique & critique, art. Diogene, lit. L. i.* ex Petri Nannii Miscellaneis excerpsit. Fateor tamen, me, ubi *Erasmus* hoc scripserit, ignorare. Ego, qui illum maximi facio, nec tam turpiter labi potuisse, mihi persuadere possum, tota ejus *Adagia* pervolutavi, nec ullum in iis hujus erroris vestigium repperi. Quidquid sit, pergo ad JCtos, quorum aliqui cum *Simone van Leeuwen in Censura forensi, lib. 5. cap. 28. §. ult.* peccatum hoc pœnæ omni eximunt, alii, quasi antipodes, cum *Antonio Matthæi de Criminibus, tit. 3. cap. 6 n. 8. in fine,* & *Brunnemanno in Processu criminali, cap. 9. n. 49.* ultimo supplicio dignum judicant. Sed Leevwio quidem, mastupratores legibus in ullam pœnam incurrere, neganti *Novellæ 77. cap. 1. pr.* verba: *Gravissimis luxuriis semetipsos inferunt, & ipsi naturæ contraria agunt,* opponimus. Ultimum vero supplicium irrogantibus difficilius responderi posse videtur, quod & Dei exemplum allegant, & suffragio Theologorum juvantur. Ita enim *Alberti in Supplementis ad tom. I. P. prior. Jurisprud. medicæ, p. 406. Lutherus,* ait, *in Genes. cap. XXXVIII.* **hält diese vor eine greulichere Sünde, als Blut-Schande und Ehebruch.** *Selneccer examin. ordinand. p. 111. abusum seminis homicidii reum facere existimat. Hoc crimen olim pœna capitis & ignis advertebatur.* Verum theologi nonnunquam, dum in vitia invehuntur, pio fervore abrepti, verbis asperioribus & figuris utuntur, ut dum eleemosynas & alimenta pauperibus non dantem furem & homicidam adpellant, quem tamen nemo furti & homicidii pœnis subjiciet. Dei vero exemplum hominibus non semper legem, quam & ipsi in judicando necessario sequi debeant, dat. Quamobrem communiter pœna ultra exilium non extenditur. Vide *Carpzovii Quæst. criminalem 76. n. 12.* Dico communiter.

Nam, circumstantiis ita singulariter exigentibus, fustium ictum exilio additum fuisse, testatur *Struvius Exerc.* 49. §. 43. Ipse quoque, relegationis pœnam exasperatam fuisse, recordor. Accusabatur nempe maritus in ducatu Brunsvicensi de adulterio cum puella commisso, nec negabat factum, fortunatus, nisi de defensione cogitasset. Leges enim Brunsvicenses adulterum simplicem pecunia, **willkührlich mit Gelde**, mulctari jubent. At miser advocatum defensorem sumserat. Is pro minuenda mulcta, clientem suum sedulo, ne semen immitteret, cavisse, atque id in terram effudisse, allegabat, & sic fœdam criminis onanitici, de quo vide *Geneseos XXXVIII*, 9. 10. exceptionem opponebat. Cohorrescebant JCti Helmstadienses, acceptis mense Decembri anni 1713. actis, ad turpitudinem defensionis, eratque inter illos, qui cum *Ant. Matthaei de Criminibus*, *lib.* 48. *tit* 3. *cap.* 6. *n* 8. reo ultimum supplicium irrogandum contenderet. At post longam deliberationem tandem placuit, in locum mulctæ perpetuam relegationem & solemnem, adpensis de tergo virgis, ex oppido deductionem substitui: Daß Hans Jacob Schrader mit angehangenen Ruthen an den Pranger zu stellen, und nachgehends auf ewig zu verweisen, ingleichen die auf diesen Procefs verwandte Unkosten zu entrichten schuldig. V. R. W. Rat. Dec. Hans Jacob Schrader, ein Ehe-Mann, und Marie Liese Frickin, eine ledige Dirne, gestehen freywillig, daß sie zu dreyen unterschiedenen malen mit einander gehuhret, führen aber dabey zu ihrer Entschuldigung an, es sey der Ehebruch per immissionem seminis nicht vollzogen worden; Alldieweil aber Inquisit, indem er den Saamen nicht immittiret, sondern vorbey fliessen lassen, ein höchststrafbares peccatum onaniticum begangen, welches von unterschiedenen Rechts-Lehrern auch so gar pro capitali gehalten wird;

So

So haben wir Delinquenten keine gelindere Strafe, als welche in unserm Urthel enthalten, auflegen können.

SPECIMEN DXC.
AD LIB. XLVIII. TIT. VI.
DE
VI PVBLICA
MENSE JANVAR. ANNI cIↃ IↃ CCXXXVII.
PVBLICE DEFENSVM
A
GOTTLOB CHRISTIANO KLVEHEL
CYGNEA - MISNICO,
NVNC JVRIUM DOCTORE.

I.

Pœna banni & mortis, quas leges imperii in violatores pacis publicæ statuunt, adhuc hodie infligendæ sunt;

II.

Non saltem auctoribus criminis, sed & satellitibus.

III.

Nec excusantur rei, quod jus legitimum in personas vel res, in quas vim publicam commiserunt, habuerunt.

IV.

Præter has pœnas publicas læsus privatas etiam exigere potest.

V.

Magistratus, qui leges contra pacis publicæ violatores latas non exsequuntur, in gravissimam mulctam incidunt.

VI.

In quam magis incidunt illi magiſtratus, qui violatoribus pacis publicæ poſt commiſſum crimen opem ferunt.

Iſtas theſes omnes clarius explicabit reſponſum a JCtis Vitembergenſibus menſe Januario cIↃ IↃ CCXI. exaratum: Iſt Titius, nebſt 20. bewährten Männern, in des Fürſten zu Cajetan Cammer-Guth, Tuſculanum, mit Einſchmeiſſung und Überſteigung der Mauren eingefallen, und hat den daſigen Verwalter Sejum mit Würgen, Schlagen, Stoſſen, auch ſonſt übel tractiret, endlich aber auf einen Wagen ſetzen, und davon führen laſſen; und, nachdem er ihn in eines andern Herrn Land gebracht, allda in ein Privat-Gefängniß geworfen; von dannen er ihn nicht ehe, als bis er Titium wegen einer Schuld-Foderung, darüber dieſer einen Wechſel-Brief in Händen zu haben vorgiebt, befriediget, loß laſſen will. Entſtehet alſo die Frage: Ob Titius hieran nicht unrecht gehandelt, und wie dieſerhalben gegen ihn und ſeine Beyſtände zu verfahren? Ob nun wol Titius das Wechſel-Recht, vermöge deſſen ihm, ſeinen Schuldner in Haft zu ſetzen, und darinnen ſo lange, bis er ſeiner Foderung halben vergnüget, zu halten vergönnet, vorſchützen möchte; Dennoch aber und dieweil ſolches Wechſel-Recht nicht durch angemaſte Privat-Gewaltthätigkeit, ſondern vermittelſt obrigkeitlicher Hülſe, ausgeübet werden muß, dahingegen Titius gantz ohne gerichtlichen Beyſtand geweſen, und ſich lediglich ſeiner eigenen Macht und unrechtmäßigen Gewalt gebrauchet, dieſemnach durch Exercirung eines carceris privati crimen læſæ majeſtatis, *L. 1. C. de Privatis carceribus*, ja ſo gar in genauer Betrachtung der bey der ausgeübten Feindſeligkeit mit unterlaufenden Umſtände einen öffentlichen Land-

Land-Friedens-Bruch begangen, gestalt denn alle hierzu von den Rechten erforderte Stücke in gegenwärtigem Facto anzutreffen, vide *Carpzov. Quæst crim.* 35. *n.* 14. 16. 20. & *Bergeri Electa Jurispr. crim. p.* 115. bey welcher Bewandniß die den Land-Friedens-Brechern und ihren Helfern im Käyserl. **Land-Frieden** *de anno* 1548. *tit.* **die Poen der Friedensbrecher, und Churfürst Augusti Landes-Ordnung** *de anno* 1555. *tit.* **Muthwillige Bevehder**, gesetzte Strafe wider Titium und seine Beyständе statt finden muß; So ist gegen dieselbe, dafern sie flüchtig würden, mit der Reichs-Acht, oder aber, dafern man ihre Personen in Haft bringen könnte, mit der Inquisition zu verfahren, und werden sie, wenn sie des verübten Friedensbruches geständig, oder gebührend überführet, auch sonst ein anders in der Defension nicht erhärten, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht; wobey denn dem beleidigten Sejo, nach Anleitung der Käyserl. **Cammer-Gerichts-Ordnung**, *P.* 2. *tit.* 9. §. **Wir wollen auch** 2c. frey stehet, zugleich auf die übrige denen Friedenbrechern geordnete Strafen, insonderheit die 100. Marck lötig Goldes, vide *Friderici III. Reformation de anno* 1442. *in fine*, oder auf eine derselben allein zu klagen. Wollet ihr endlich belehret seyn: Ob ein Richter anjetzo den Sejum mit Recht von Titio annehmen und arrestiren, auch, dafern wider seine Loßlassung protestiret würde, in Arrest behalten könne? Ob nun wol nach den Wechsel-Rechten ein Schuldner, so bald er den ihm vorgelegten Wechsel-Brief recognosciret, von dem Richter, auf des Gläubigers Begehren, alsofort in Arrest genommen, und darinnen so lange, bis er die Schuld völlig bezahlet, gehalten werden muß; Dieweil aber dennoch ein Richter, Kraft seines Amtes, denenjenigen, so Gewalt leiden, vor allen Dingen beystehen, und sie wieder in ihr voriges Recht und Stand einsetzen soll, ferner **in dem zu Augsburg**

burg verfertigtem Landfrieden *de ann.* 1548. *tit.* wie der Landfried zu halten, allen Obrigkeiten, bey Straf 2000. Marck feinen Goldes, und Verlierung aller Freyheit und Rechte, über den Land-Frieden zu halten, und denen darinnen gemachten Verordnungen nachzukommen, anbefohlen wird; So ist kein Richter, bey Vermeidung obbenannter Strafe, den Sejum von Titio anzunehmen, oder in Arrest zu halten, befugt, sondern vielmehr, auf vorhergehende des Seji, oder der Seinigen Imploration, denselben wieder in Freyheit zu setzen, und in das Guth Tusculan zu restituiren, verbunden.

VII.

Judex, etsi requisita fractæ pacis publicæ omnia concurrunt, potest tamen pro ratione circumstantiarum pœnam minuere, ac bannum & ultimum supplicium remittere.

VIII.

Tales circumstantiæ sunt, quando reus jus suum persequutus est, & arma saltem adportata, non adhibita fuerunt.

Quod in *thesi præcedente III.* dixi, violatores pacis publicæ non excusari, quod jus legitimum in res vel personas, quas violenter occuparunt, habuerint, in illa quidem, quam ibi retuli, atrociore specie verum est, tunc autem, quando vis tam atrox commissa non fuit, eatenus fallit, ut judex atrocissimam, quam leges imperii statuunt, pœnam minuere queat; ut ecce: Creditor quidam, imperator militum, debitorem suum ad solutionem adacturus, armatos milites in ædibus ejus collocat, atque per hos supellectilem & cetera bona detineri jubet. Quia hic vis publica commissa & pax, imperii nostri

ſtri legibus ſtabilita, fracta fuiſſet, dubitari non poterat. Neque proderat reo, quod milites neque gladios ſtrinxiſſent, neque quidquam atrocius feciſſent. Sufficiebat enim terror armorum, quæ adportarant, *L. 3. §. 5. de Vi & vi arm.* Augebat præterea crimen, quod creditor militibus ſibi a republica commiſſis ad bellum privatum abuſus eſſet, quod per ſe capitale eſt. Quum tamen ipſæ Imperii leges laxius arbitrium judici in hoc crimine permittant, vide *Receſſum Imperii de an.* 1594. §. 69. *verbis:* **Daß ſolches zu des Richters** *Diſcretion* **geſtellet ſeyn ſoll, welcher ſich aus den Umbſtänden, der erzehlten und erwieſenen Gewaltthat, auch der Worten Verſtand, und** *Diſpoſition* **des ausgekündten Land-Friedens, und gemeiner beſchriebener Rechten, jederzeit zu** *informiren,* **und in Erkennung oder Verweigerung der** *Proceſs,* **darnach zu richten wiſſen wird;** JCti Helmſtadienſes menſe Novembri anni cIↃ IↃ CCXX. ſat cauſſæ ſibi animadvertere viſi ſunt, ut, remiſſio banno & ultimo ſupplicio, pœnam extraordinariam decernerent, læſo tamen actionem injuriarum & ad intereſſe concederent: Hat der Königliche General-Lieutenant Titus zu Lion in Caji, eines Fürſtlichen geheimden Raths, Hauſe zu Lion, wegen einer an ihn vermeyntlich habenden Foderung, eine Soldaten-Wache geſetzet, und deſſen Meublen und Effecten, um ſich daraus bezahlt zu machen, eigenmächtig arretiret, iſt aber dieſerwegen von gedachtem Cajo injuriarum belanget worden, und entſtehen nunmehr die Fragen: Welcher Geſtalt Titus zu beſtrafen, und dem Cajo Satisfaction zu geben in Rechten verbunden? Nun iſt der von Tito in Caji Haus gethane Einfall nicht allein ein Haus-Friedens-Bruch, ſondern es finden ſich ſo gar die in den Rechten zu einem Land-Friedens-Bruche erfoderte Stükke dabey, und, wenn auch gleich die ordentliche auf die Land-

Friedens-Brecher gesetzte Strafen, der Reichs-Acht und des Schwerdtes, wegen einiger mit unterlaufenden, die Sache etwas mitigirenden Umstände, hinweg fallen, so verdienet doch solches Delictum, als eine vis publica, auch nach den gemeinen Rechten eine exemplarische Bestrafung, und wird demnach Titus von seinem Könige entweder auf ein Jahr lang von der durch diese üble Anführung der ihm anvertraueten Soldaten mißgebrauchten General-Lieutenant-Stelle und den ihr anklebenden Emolumentis suspendiret, oder um eine Summa von 1000. Thlr. bestrafet. Nächstdem ist dem Cajo durch Besetzung seines Hauses und Arretirung seiner Meublen und Effecten sonder Zweifel ein grosser Schimpf, auch vermuthlich ein ziemlicher Schaden zugewachsen, indem dem Anführen nach der bey dem Zustande seiner Affairen höchst-nöthige Credit sehr geschwächet worden. Folglich muß Titus sich nicht allein öffentlich, daß er Cajo zu viel und unrecht gethan, erklären, sondern auch demselben allen Schaden und Interesse, welches die Obrigkeit zu Folge des *Legis un. C. de Sententiis, quæ pro eo, quod interest,* ohne weitläuftigen Beweis der Billigkeit und den Umständen nach determiniren muß, erstatten.

IX.

Vis publica magistratibus vel directe, vel oblique infertur.

X.

Hoc fit, dum ministris eorum & apparitoribus resistitur;

XI.

Item, quando his, qui ad ipsorum tribunalia confugiunt, propterea injuria fit.

Præcipua vis publicæ species est, quæ magistratibus officium suum facientibus infertur; id quod duplici modo fit, directe,

recte, magiſtratibus ipſis, & oblique, miniſtris & apparitoribus eorum, vide *Conſtit. Elect. Sax.* 43. *P.* 4. vel iis, qui ad tribunal eorum confugiunt, opemque implorant. Satis clare hoc apparet ex *legis* 10. *pr. ad L. Juliam de Vi publica* verbis: *Qui dolo malo fecerit, quo minus judicia tuto exerceantur, aut judices, ut oportet, judicent: vel is, qui poteſtatem imperiumve habebit, quam ei jus erit, decernat, imperet, faciat.* Itaque ſic reſponderunt JCti Helmſtadinnſes menſe Decembri anni cIↃ IↃ CCXXVIII: Inquiſit iſt theils geſtändig, theils durch Zeugen genugſam überführet, daß, als er von des Poſthalters Ehe-Frauen verklaget und vor Gericht geladen worden, nicht allein auſſen geblieben, ſondern ſich auch mercken laſſen, er wolle ſie bey ihrer Heimkunft übel tractiren, und, ungeachtet ihn andere Leute davon abgemahnet, in ihre Stube gegangen, zu ihr geſaget: Du Beſtie, du Canaille, warum haſt du mich verklaget? Sie etliche mal mit dem Stocke geſchlagen, darauf fortgegangen, und, als die Gerichts-Diener ihn gefangen zu nehmen abgeſchicket worden, ſich zur Wehre geſtellet, mit Schelmen um ſich geworfen, Gewehr gefordert, und einen derſelben ſo gedränget, daß er in ein Keller-Loch gefallen. Nun führet er zwar zu ſeiner Entſchuldigung an, daß die der Poſthalterin zugefügte Schläge bloſſe Privat-Injurien wären, daß die Poſthalterin, wie ſie vermittelſt Eydes nicht abläugnen könnte, ihn vorher grob geſcholten, daß er betrunken geweſen, daß an der den Vöigten gethanen Gegenwehr nicht ſowol er, als ſein Bruder und Anverwandte, Schuld trügen. Alldieweil aber Inquiſit 1) nebſt den Injurien dadurch, daß er die Poſthalterin in ihrer eigenen Stube überfallen, einen Haus-Friedens-Bruch begangen, und ſecuritatem publicam gröblich lædiret, hiernächſt 2) ſolches we-

gen der gegen ihn gerichtlich angestelleten Klage gethan, also zugleich auctoritatem magistratus violiret, hingegen 3) sein Vorgeben, ob habe ihn die Posthalterin vorher durch Schelten zum Zorn beweget, nicht allein nicht erwiesen, sondern vielmehr das Gegentheil daraus, daß die bey dem Anfange des Handels gewesene unverwerfliche Zeugen von dem Schelten nichts gehöret, Inquisit auch, laut der andern Zeugen Aussagen den Stock vorhero auf die Posthalterin in Bereitschaft gehabt, und ihr gegen andere Leute damit gedrohet, deutlich erhellet, also gedachte Posthalterin mit einem Eyde zu belegen nicht einmal nöthig ist, ferner 4) die vorgeschützte Trunckenheit von ihm captiret worden, auch so übermäßig, daß er nicht gewust, was er gethan, gar nicht gewesen, dann 5) er selbst sich den Gerichts-Dienern mit Gewalt wiedersetzet, und darunter Zweifels ohne vim publicam begangen; So haben wir Inquisiten, nach Anleitung der Königlichen Edicten, mit zweyjährigem Vestungs-Baue beleget, auch zu Erstattung aller verursachten Unkosten angehalten. Similem in modum JCti Vitembergenses mense Novembri anni cIↄ Iↄ CCXXXVI. judicarunt: Daß Beklagter um 500. Thaler zu bestrafen, und den ausgestossenen Drucker in Klägers Hofe ruhig wohnen zu lassen, bey Vermeidung 1000. Thaler Strafe, demselben auch, ingleichen Klägern, alle verursachte Schäden und abgedrungene, nicht weniger die auf diesen Proceß gegangene Unkosten, zu erstatten schuldig. V. R. W. Rat. Dec. Beklagter hat nach Ertheilung des von dem Hoch-Fürstlichen Hof-Gerichte am 7. Maji 1735. gegebenen Bescheides Klägers Schwieger-Sohn mit Gewalt aus dem Hause hohlen, durch seine Leute mit Schlägen übel tractiren, in das Gefängniß setzen, und gar öffentlich verweisen lassen, anbey selbigem etliche Thaler als Unkosten abgepresset;

presset; Ob er sich nun wol, zu Beschönigung dieses Facti, auf den von ihm selbst den 8. Jan. 1735. ertheilten, seiner Meynung nach Rechts-kräftigen Bescheid, berufet; Dennoch aber und dieweil der den 8. Jan. 1735. gegebene widerrechtliche Bescheid seiner vielen Nullitäten halber nichts weniger als Rechts-kräftig, und die übrige vorgeschützte Exceptiones durchgehends ungegründet seynd, diesemnach Beklagter Klägers und seines künftigen Schwieger-Sohns Besitz und Gerechtigkeit gekräncket, die Litispendenz violiret, wider den Hof-Gerichts-Bescheid ein Attentatum begangen, den diesem hohen Gerichte schuldigen Respect ausser Augen gesetzet, diejenige, welche zu diesem Collegio ihre Zuflucht genommen, und von diesem Schutz erlanget, auch deswegen Sicherheit zu haben vermeynet, eben deshalb gröblich beleidiget, also wider den höchsten Landes-Herrn selbst, an dessen Stelle das Hof-Gerichte Recht spricht, gesündiget; So ist nach Inhalt unsers Urthels billig erkannt.

XII.

Magistratui, vim injustam inferenti, vis & arma recte opponuntur.

XIII.

Sed hoc non aliter, quam si aperta judicis injustitia est.

XIV.

At, si res dubia est, aut magistratus saltem in solennitate aliqua erravit, resistendum non est.

XV.

Si quis tamen & tunc restiterit, peccat quidem & punitur, sed extra ordinem saltem, ac lenius.

Jura iſta, quæ vim magiſtratibus illatam pro publica declarant, & graviſſimis pœnis, quin aliquando ultimo ſupplicio, coërcent, in *L.* 10. *pr. ad L. Juliam de Vi publica*, & *Conſtit. El. Sax.* 43. *P.* 4. judicem officium ſuum facere, & recte ac legitime procedere, ſupponunt. Nam, ſi quis judex officio ſuo abutitur, ac ejus fines excedit, injuriam facit, pro privato habetur, & impune ei reſiſtitur, *L.* 33. *C. de Decurionibus*, *L.* 5. *C. de Jure fiſci*, *L.* 32. *de Injuriis*, *L.* 170. *de Regulis juris*, vide *Strykii Diſſert. de Facto judicis de facto*, *cap.* 2. *n.* 81. *ſqq.* Itaque, ais, in hujusmodi judicem, limites officii ſupergreſſum, omnia licent? Subſiſto, ac multa mala, ſi civibus hanc facultatem ſimpliciter dem, prævideo. Judices etiam homines ſunt. Quam facile ergo eſt, eos in aliqua re labi, & forte circa ſolemnia, quæ leges præſcribunt, peccare. Quodſi tunc civibus, ſe tueri & vim vi repellere, ſimpliciter permittas, actum eſt de judiciaria poteſtate, multasque exſequutiones cædes & ſanguis comitabuntur. Sæpiſſime hi, in quos judex officio utetur, feſtinaſſe illum nimis, neglexiſſe aliquid in cauſſæ cognitione, in citatione, in ſententiæ publicatione, in temporibus &c. dicent, arma expedient, ac prœlia cum illis, quorum opera judex utitur, committent. Quantum inde periculi in rempublicam redundaturum ſit, unusquisque animadvertit. Quod ut avertamus, temperamento opus erit. Scilicet ſi aperta eſt injuſtitia, ſi judex, innocentem contra omne jus & fas oppreſſurus, graſſatur, ſi ſolitum judiciorum ordinem penitus pervertit, omnia in eum licebunt. At, ſi dubium eſt, num qua in re peccarit judex, num quid neglexerit, aut ſi ſaltem in re exigua erratum fuit, aut, ſi quid adverſus reſiſtentem fervore abreptus violentius, quam par eſt, facit, parendum eſt tantiſper, nec, niſi irreparabile damnum immineat, reſiſtendum arg. *L.* 29.

§.

§. *pen. ad L. Aquiliam.* Qui ſecus fecerit, peccat & punietur, *L.* 20. §. 1. *de Operis novi nunciatione.* Mitior tamen tunc pœna erit, & nec inquiſitio quidem ſolemnis decernetur, quemadmodum in *Med. ad ff. Specim. DLX. med.* 21. oſtenſum, ſed confeſtim mulcta aliqua imponetur. Sic certe JCti Vitembergenſes menſe Julio anni cIↃ IↃ CCXXXII. judicarunt: In Sachen Erich Cornelſen, Klägers und Angeklagtens an einem, der Beamten zu Neuhauß, Beklagter am andern, des Commiſſarii Fiſci, Anklägers am dritten, Hermann, Johann und Clauſens der Rathken, Mit-Angeklagter vierten Theils, erkennet ꝛc. Daß es, geſtalten Sachen nach, bey dem Verfahren der Beklagten in erſter Inſtanz zu laſſen, mithin dieſelbe disfals von Klägers weitern Anſprüchen zu entbinden, hiernächſt gedachter Kläger und Claus Rathke jeder um 10. Thaler, Hermann Rathke um 5. Thaler, Johann Rathke um 2. Thaler zu beſtrafen, dieſe viere auch alle durch die fiſcaliſche Anklage verurſachte Gerichts- ſamt gegenwärtigen Urthels-Koſten in gleichen Theilen zu bezahlen ſchuldig. V. R. W. Rat. Decid. Ob gleich nicht zu läugnen, daß Beklagte auf Hobergs bloſſes Anſuchen faſt allzu eilig verfahren, Klägern gar nicht gehöret, mithin ohne vorgängige cauſſæ cognition alſofort decretiret, auch die von Klägern ſo ſehnlich verlangte Beſichtigung unterlaſſen, folglich es das Anſehen gewinnet, ob hätten Angeklagte darunter, daß ſie ſich dem de facto procedirendem Richter, welchen die Rechte in ſolchem Falle pro privato halten, widerſetzet, und Gewalt gegen Gewalt gebrauchet, gar nicht unrecht gehandelt, mithin nicht die geringſte Strafe verdienet. Alldieweil aber Hoberg, wenn er ſich gleich in dem Beſitze des ſtreitigen Platzes nicht befunden, dennoch zu ſeiner Scheune keinen andern Fahr-Weg, als über ſolchen Platz, gehabt, die abgehörte Zeugen hin-

hingegen, daß Klägern aus solcher Fahrt einiger Nachtheil zuwachse, nicht sagen können, und denn in diesem Falle der Obrigkeit, die Uberfahrt demjenigen, welcher solche vorher nicht gehabt, ex officio anzuweisen, frey stehet, *L. 22. §. 3. Famil. ercisc. L. pen. pr. Si servit. vindic. L. 44. §. ult. de Legatis* I. nächstdem der Streit wegen der gesetzten Pfähle, durch Wegnehmung derselben, bereits gehoben, und wenigstens bis zu Erörterung der Haupt-Sache beygeleget gewesen, also den erfolgten Tumult nicht veranlasset, sondern dieser daraus entstanden, daß Kläger nachgehends der Obrigkeit und Hobergen zum Trotz das Holtz auf den streitigen Platz geleget, und die Einfahrt von neuen geschmählert, also offenbarlich dem an ihn ergangenen Verbothe zuwider gehandelt, also disfals keine Besichtigung nöthig gewesen, weiter den Unterthanen zwar erlaubet ist, sich offenbaren Ungerechtigkeiten zu widersetzen, hingegen, wenn man ihnen vergönnete, in dem Falle, da sie Recht zu haben, und von der Obrigkeit nicht alle Formalia processus in Acht genommen zu seyn vermeynen, die Execution mit Gewalt abzutreiben, eine gäntzliche Zerrüttung des Status publici erfolgen, und, nachdem jeder streitender Theil Recht zu haben, und nicht genug gehöret zu seyn, glaubet, keine Execution ohne Hand-Gemenge und Blut-Vergiessen geschehen würde, bey welcher Bewandniß die von den Angeklagten wider der Obrigkeit abgeordnete gebrauchte Gewalt ein offenbares Verbrechen ist, und, wenn nicht das etwas voreilige Verfahren der Obrigkeit, bey Wegnehmung der Pfähle, uns die Strafe zu mäßigen bewogen hätte, noch weit härter zu bestrafen gewesen wäre; So ist, wie im Urthel enthalten, billig erkannt.

CO-

COROLLAR.

Illud vis publicæ genus, quo magiſtratibus, vim legitimam inferentibus, injuſte reſiſtitur, atque id, quod ceperunt, eripitur iterum ac extorquetur, a ſcriptoribus Francicis medii ævi peculiariter *rescuſſa*, item *rescuſſio*, appellatur, quemadmodum ex exemplis a *du Fresne in Gloſſario mediæ & infimæ latinitatis* ſub voce *Rescuſſa in fine* collectis patet. Ipſe ergo hanc vocem non ſatis accurate de aggreſſione ſimplice, violentia & vi alicui illata, interpretatur.

SPECIMEN DXCI.

AD LIB. XLVIII. TIT. VI.

DE VIOLATIONE SECVRITATIS DOMESTICÆ.

I.

Violatio ſecuritatis domeſticæ, ſi cœtus & arma non acceſſerunt, jure Romano vis ſaltem privata, non publica, quin aliquando ſimplex injuria eſt.

II.

At ſecundum leges Germaniæ vis publica eſt, & morte, fuſtium ictu, exilio, ſi mitiſſime, temporario, punitur.

III.

Quæ leges Germaniæ non noſtri demum ſaculi, & particulares, ſed antiquiſſimæ & univerſales ſunt.

IV.

Vſus fori tamen raro ultra carcerem vel mulctam progreditur.

Inter violentæ ſpecies primum locum tenet violatio ſecuritatis domeſticæ, der Haus-Friedens-Bruch, de quo commentariolum non malum ſcripſit *Georgius Beyerus* noſter, in quo tamen ego unum maximopere miror. Conqueritur ille videlicet in §. 1. rariſſimam ſecuritatis, vel, ut vulgo, pacis, domeſticæ mentionem fieri, & in §. 2. cauſſam hujus neglectus hanc eſſe credit, quod leges Germanorum & univerſales & provinciales nunquam fere ſecuritatis domeſticæ meminerint, ſed ejus veſtigia quædam ex ſtatutis urbium legenda ſint, quæ tanti viſa non ſint JCtis noſtratibus, ut magnam in iis enucleandis operam ponerent: *Poſtquam vero*, addit, *Auguſtus, Rex & Elector Saxoniæ, edicto contra vindictam privatam & duella, d.* 15. *April.* 1706. *publicato, in violatores ſecuritatis domeſticæ ſeverius animadverti voluit*, §. 7. 8. 12. *nemo dubitabit, me operæ facturum pretium, ſi pro ingenii viribus in indolem ſecuritatis domeſticæ & modos eam violandi penitius inquiſivero.* Deinde in §. 7. altum eſſe de pace domeſtica in Speculis Saxonico & Alemannico ſilentium, oſtendit. Porro in §. 24. originem pacis domeſticæ urbibus quibusdam potentioribus adſcribit, atque inter has agmen ait ducere Magdeburgum, cujus ſanctio priſca exſtet im Weichbilde, *artic.* 88. Tandem in §. 43. ad Auguſtum regem redit, huncque primum legis univerſalis in Saxonia contra pacis domeſticæ turbatores auctorem facit. Itane vero ignoravit vir accuratiſſimus, jam tum anno 1550. Mauritium & Auguſtum, fratres, in dem Ausſchreiben, die Policey, Juſtitz und andere Articul belangend, inter caſus jurisdictionis ſuperioris, hohe Brüche, welcher Straffe Halß, Hand, oder andere Leibes-Straffe, oder auch Verweiſung betrifft, retuliſſe das Haußfriedbrechen, atque poſtea anno 1555. Auguſtum ſolum, fratre mortuo, hoc repetiiſſe. Nec nova hæc lex

eſt,

eſt, nec Saxonica ſaltem, nec quarundam civitatum tantum, ſed antiquiſſima & univerſalis totius Germaniæ, quemadmodum in *Corollar.* 1. oſtendam. Hic ſaltem dico, tantum abeſſe, ut Auguſtus rex legem univerſalem in Saxonia pro pace domeſtica primus tulerit, ut Mauritius etiam & Auguſtus, Saxones, ſuas contra pacis domeſticæ violatores leges non primi condiderint, ſed ex priſcis Germanorum, inprimis Saxonum conſuetudinibus, maxime ex *articulo* 88. **des Weichbildes,** quod *Weichbildum* jus Saxonum univerſale fuiſſe, & *auctor* ejus in *articulo* 10. perhibet, & *Æneas Sylvius cap.* 24. *Deſcriptionis Europæ* teſtatur, & *Conringius de Origine juris Germanici cap.* 29. docet, hauſerint. Recte igitur JCti Saxones olim apud *Colerum Deciſ.* 155. *n* 24. *Mollerum ad Conſtit.* 46. *P.* 4. *Schultzium in Synopſi Inſtit. tit. de Injur. lit. e.* & *Carpzovium P.* 4. *Conſt.* 13. *def.* 4. *n.* 9. pacis domeſticæ violatores exilio temporali, vel perpetuo, etiam cum fuſtigatione, aliquando capitis ſupplicio, puniverunt; & non immerito miratur *Beyerus in* §. 42. huic delicto, quo tamen graviter contra tranquillitatem reipublicæ peccetur, hodie pœnam arbitrariam oppido levem irrogari. Videmur profecto, qui ſic judicamus, legis Mauritianæ & Auguſteæ prorſus obliti, ac ſaltem juris Romani memores, quo vis alienis ædibus ſine cœtu facta pro ſimplice injuria reputabatur, *L.* 5. *pr.* §. 2. & 5. *L.* 23. *de Injuriis*, ſi congregati homines ſine armis adhibiti fuiſſent, vis privata dicebatur, publica nunquam, niſi turba & tela acceſſiſſent, *L.* 3. §. 2. & 6. *L.* 11. *pr. ad L. Juliam de Vi publica*, *L.* 5. *ad L. Juliam de Vi privata.*

V.

Offenſa accepta violatorem pacis domeſticæ non excuſat;

VI.

Nec antecedens blanda compellatio & interrogatio.

Definit *Beyerus in Commentariolo ante memorato* §. 28. violationem securitatis domesticæ crimen, quo actus hostilis adversus ædes privatas animo iisdem, aut inhabitantibus, aut ab his receptis, nocendi suscipitur, ac porro in §. 34. rixas cum patrefamilias in ædibus ipsius subortas ab hoc delicto excludit. *Quin*, inquit *in fine* §, *malignus animus ei tribuendus non est, qui ad alterius domum accedit, interrogaturus, num, quæ iste in ipsius injuriam dixisse, vel fecisse fertur, vera sint*, **wenn man zu einen ins Hauß gehet, ihn zu besprechen:** *Talismodi enim interrogatio, nisi vel injuriæ etiam conditionales, vel provocatio ad duellum accedat, minime injusta, quin multo magis laudanda est, quam taciturna credulitas, quæ simultates indies crescentes animis inspirat. Et magnus morum doctor Siracides eam ipsam cautionem commendat cap.* 19. *vers.* 13. 14. 15. 17: **Sprich deinen Nächsten darum an, vielleicht hat ers nicht gethan; Sprich deinen Nächsten darum an, vielleicht hat ers nicht geredt.** At enimvero tota hæc additio audacissimis hominibus perfugium dabit. Nemo ex his, qui pacem domesticam alterius turbant, hoc facile sine caussa facit. Plerique se offensos credunt, atque injuriam suam ulturi in inimici domum irrumpunt. Quodsi ergo doctrinam Beyeri admittas, nemo erit tam insipiens, qui pacem domesticam turbaturus hac cautione non utatur, ut tranquillo vultu ædes ejus, a quo lacessitum se putat, intret, eundem etiam salutet ac blande de caussa, ob quam hoc illudve dixerit, aut fecerit, interroget, responsionem vero, quæcunque detur, in sinistram partem rapiat, ac verberibus vel aliis violentis factis retundat, deinde vero, in jus vocatus, rixam in ædibus ipsis subortam

ortam prætexat, ac alterum occasionem facto, quod contigerit, dedisse dicat. Et sic actum est de securitate domestica, & malitiis hominum aperte indulgetur. Præstat itaque additionem istam Beyeri expungi, atque hos etiam pacis domesticæ violatoribus adnumerari, qui vel in rixa in ædibus ipsis orta vim adhibent, vel offensi ante, deinde ex intervallo, in ædes inimici ingrediuntur, ac post blandam compellationem & interrogationem rixari, verberare, vim facere incipiunt. Eandem Augusti regis **in dem** *Mandate* **wider die Selbst-Rache** mentem fuisse, ex §. 8. & 10. atque his inprimis verbis: **Wenn er gleich durch unmittelbar vorhergehende** *Injurien* **oder andere Beleidigung darzu veranlasset und gereizet worden**; item: **Wenn der Hauß-Friede dadurch zugleich gebrochen**; colligo. Atque sic JCti Vitembergenses mense Majo anni cIↄ Iↄ CCXXXVI. responderunt: Dieweil auch derjenige, welcher auf vorher gegebenen Anlaß in des andern Wohnung gehet, und sich daselbst rächet, einen Haus-Friedens-Bruch begehet, so gehöret gegenwärtige Sache allerdinges zun Ober-Gerichten, und wird Denunciat 12. Tage mit Gefängniß, oder vor jeden Tag mit 3. tägiger Arbeit, oder um 2. Rsch. bestraft, anbey der Steneckerin 6. Thaler Schmertzen-Geld und Versäumniß, dem Bader überhaupt 4. Thaler 6. Gr. ingleichen alle Gerichts-Kosten zu bezahlen angehalten.

COROLLARIA.

I. Pax domestica jam tum in principio sæculi XI. sub Henrico II. Imperatore jus universale & antiquum apud Germanos fuit. Ita enim Ditmarus, episcopus Merseburgensis, scriptor quidem, si stylum spectes, rudis & obscurus, sed cujus opus *Andreas Brunnerus* unicum sui ævi thesaurum, quem-

que *Leibnitius in Introductione in Collectionem scriptorum Brunsvicensium, num. XXIX.* eorum, quæ scripsit, peritissimum, sine quo Germanica & certe Saxonica pleraque ignoremus, vocat, in libro VII. Chronici apud *Leibnitium, tomo I. Scriptorum Brunsvicensium, pag.* 402. scribit: *Quum Bruno a Milone inimico ejus in domo propria, ubi omnibus pax habenda est, occideretur, idque ab omnibus indigenis Imperatori lugubriter intimaretur, multum rogatus, ut suorum more antecessorum tam sceleratis hominibus prædium cum incolatu prohiberet, idque sacramentis firmare ex sua parte jussisset, elevatis manibus, omnipotenti Deo & cunctis præsentibus illud se, quamdiu viveret, impleturum promisit.* Vides, Imperatores, qui ante Henricum II. regnarunt, jam tum pacis domesticæ violatores exilio mulctasse, atque Henricum II. hanc pœnam etiam jurejurando firmasse.

II. *Beyerus de Violatione securitatis domesticæ* §. *ult.* ait, homines de plebe pacem domesticam rarius violare. Ego contra, nullos pacem domesticam frequentius, quam rusticos ac de fæce plebis cives, nec non gregarios milites, violare, experientia edoctus adfirmo. Nullus fere mensis est, in quo non aliquot vilissimorum hominum rixæ, cum violatione pacis domesticæ conjunctæ, ex præfecturis Saxonicis ad me deferantur. Ista quoque exempla, quæ ipse Beyerus ex *Colero Decis.* 155. *n.* 24. 25. *Carpzovio P.* 4. *C.* 13. *def.* 4. commemorat, omnia de plebe sunt. Id tamen fateor, nobiles, si pacem domesticam violant, majore adparatu hoc facere, ac plerumque arma adhibere.

SPE-

SPECIMEN DXCII.

AD LIB. XLVIII. TIT. VI.

QVOD LOCVS VIM PVBLICAM NON FACIAT.

I.

Vis in via publica, per petulantiam aut rixam commiſſa, non eſt publica, ſed privata.

II.

Nec is, qui in tali rixa ſubita adverſario aliquid de veſtimentis aliisve rebus excutit, detrahit, ſecumque aſportat, in crimen rapinæ incidit.

Poſſe vim publicam in loco privato committi, ex *capite antecedente de violatione ſecuritatis domeſticæ* apparet. Nunc viciſſim, vim privatam aliquando in loco publico exerceri, oſtendemus. In *volumine II.* der Thomaſiſchen Gedancken und Erinnerungen über allerhand auserleſene Juriſtiſche Händel memorabilis inprimis eſt *obſervatio II.* quæ Unterſcheid zwiſchen der *vi publica*, oder Straſſen-Raub, und ſonſt andern liederlichen Händeln auf der Straſſe inſcribitur. Sunt ſcilicet, qui, quidquid petulanter & improbe in via publica fit, quod violentiæ ſpeciem habere videtur, ad legem Juliam de vi publica referunt, adpellatione viæ publicæ ſine dubio inducti. Verum his optime reſpondet *Thomaſius pag.* 83: Ob ſchon dieſe Streitigkeit auf öffentligem Wege vorgegangen, ſo iſt doch *ex communibus juris principiis* bekant, daß der Orth alleine *ad vim publicam* nicht genung ſey; maſſen zum öfftern dergleichen Streitigkeiten auf öffentlichen Wegen,

ſon-

sonderlich zwischen *vilibus personis*, vorgehen, die man, wenn es hoch kömbt, *pro injuria privata* zu halten und zu bestraffen pfleget. Equidem locus publicus injuriam atrocem facit, §. 9. *I. de Injuriis*, at, quod idem vim quoque publicam semper faciat, lex nulla exstat. Ergo si quæ vis per petulantiam aut rixam subitam in via committitur, ea publica non erit. Nec spolia, quæ in tali subita rixa adversario forsan detrahuntur, ac domum asportantur, crimen rapinæ efficiunt, ut satis ex *L.* 28. §. 10. *de Pœnis* apparet, & clarius adhuc ex *articulo Carolino* 126. qui einen boßhafftigen Räuber, hoc est, rapinam animo deliberato factam, desiderat. Ferebatur ad JCtos Vitembergenses mense Julio anni cIↄ Iↄ CCXXXV. species Thomasianæ illi simillima. Vir quidam puellæ & juveni, veteribus inimicis suis, in itinere publico obviam fit, ac cum iis rixari incipit, quin & eosdem baculo percutit vulneratque. In hac pugna puellæ onus, quod dorso portabat, sed in quo res exigui pretii erant, excidit. Id verberator ille tollit secumque asportat. Vocatur itaque in jus, & de vi publica ac rapina accusatur. Verum JCti nec inquisitione solemni opus esse crediderunt, sed reum ex lege aquilia & ex capite injuriarum, nec non propter vim privatam, condemnarunt: Dieweil Denunciat die ihm beygemessene hauptsächlichste Verbrechen, insonderheit die Wege-Lagerung und den Strassen-Raub, abgelehnet, so wird er mit der Inquisition verschonet, jedoch seines groben Verbrechens halber 4. Wochen mit Gefängniß, oder um 4. Rsch. bestraft, und beyden Denuncianten eine Abbitte zu thun, jedem 1. Thaler Schmertzen-Geld, den zugefügten Schaden, das Heile-Lohn und alle verursachte Unkosten zu bezahlen angehalten. V. R. W.

SPE-

SPECIMEN DXCIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. VI.
DE
RAPTV
AD DIEM XIII. JVLII ANNI cIↄ Iↄ CCXXXIX.
PVBLICE DEFENSVM
A
THEOD. LVDOVICO KRAFFEL
SEYDA SAXONE.

I.

Carolus VIII. Galliarum rex, verum in Anna Britanna, Maximiliani I. Imperatoris ſponſa, raptum commiſit.

II.

Raptus etiam eſt, quando mulieris conſenſus armis, minis, cuſtodia, extorquetur.

III.

Qui quæve in alienam poteſtatem redacti non contradicunt, ſed ſuſpirantes aut flentes adquieſcunt, vere non conſentiunt, ſed raptum patiuntur.

Multi illuſtres raptus in hiſtoriis memorantur. Sed nullus illuſtrior eſt eo, quem Carolus VIII. Galliarum rex, in Anna Britanna, Maximiliani I. Romanorum tunc Regis, poſtea Imperatoris, ſponſa, commiſit. Narrabo eum verbis Crantzii, ſcriptoris coævi, in *Saxoniæ lib. XIII. cap. 15: Rex Romanorum, jam diu viduus toro, de novis nuptiis cogitavit. Convenerat cum Franciſco Duce, ut unicam ejus filiam cum dote acciperet opu-*

lenta: Nam ducatus ille dos erat unicæ proli. Misit rex solennes ad contrahendum absens de præsenti matrimonium oratores, sufficienti mandato suffultos. Interim Franciscus dux in fata concessit. Bella non defuere ab rege Franciæ, qui latissimum illum ducatum suæ ditioni jam vacuatum arbitraretur, quod feudum esset ab corona. Proceres refragantur, & morientis sui ducis mandata implevere, Romanorum regi Maximiliano servantes provinciam cum herili puella. Non destitit Gallus oppugnare provinciam: Habebat, ut fit, in latissima regione, qui illi studerent; sed major pars procerum pro Maximiliano stabat. Venere interim Romanorum regis oratores, & puellam regi suo deportandam deposcunt, provinciam committentes gubernandam, quibus eam dux moriens permisit, donec veniens rex ipse cuncta propius inspiciens ordinet: Incolume iter ab rege Francorum cum puella, & securitatem publicam deposcerunt: Non negatur. Igitur rebus in provincia constitutis, ex sententia, cum puella & honesto comitatu iter per Franciam invadunt, freti præstita securitate. Jam pervenere in locum, qui Franciæ regi ad institutum suum visus est idoneus. Aderat rex ipse cum aliquot ex regno proceribus: Puellam sibi sisti jubet; dignanter venientem honorat. Tum sciscitatur ex Britonibus, qui e provincia illam deduxerant, si omnia legitima, quæ ad desponsationem puellæ pertinerent, ex persona Rom. regis essent impleta. Illi respondent, de voluntate mortui ducis parentis illius esse addictam Rom. regi, cætera se ignorare: ad hoc se exiisse, ut sponsam regi sponso deducant. Tum rex communicato cum suis consilio, jubet responderi missis a rege Rom. Ire liceat quo velint: puellam nulli nuptam, nec per verba de præsenti cuiquam devinctam, suo toro esse asservatam. Ibi volentem nolentem, incertum, puellam dominabus de suo regno permittit, ut inclinent ad regis assensum, & mox toro suo impositam habuit pro conjuge, omnibus de more impletis. Tum remittendam Romanorum regi filiam, sæpe & multum repetitam, decernitur. In uno facto geminum committitur piaculum: propriam sponsam

Jam tam diu in primis affectibus habitam, ita etiam, ut in nonnullis literis nomen puellæ suo conjunxerit, contemnens ac rejiciens, &, quam non debuit, invadens, injurius fuit in socerum, cui & sponsam ademerat, & in ejusdem filiam, cui torum diu promissum abstraxerit. Addo eundem *lib. I. cap.* 21. Crantzii verbis maximum pondus addunt publicæ ipsius Maximiliani & patris ejus Friderici in comitiis querelæ, quas in re recentissima vanas & mendaces fuisse, nemo cordatus sibi persuadebit. Breviter eas proponit Trithemius, coævus itidem auctor, in *Chronico Hirsaugiensi ad annum* 1492: *Anno supra notato in mense Septembris Fridericus Imperator mundi tertius, & Maximilianus, Rex Germanorum, filius ejus, semper invictus, conventum Regni Principibus apud Confluentiam oppidum Archi-Episcopi Trevirorum, consensu indixerunt unanimi, quorum multis in præsentia constitutis raptus desponsatæ Maximiliano Annæ Ducis Britanniæ per Carolum, Regem Galliæ, præsumptus in medium proponitur, & quid fieri decernant Principes, consultatio communis habetur.* Plenius Lehmannus in *Chronico Spirensi, lib.* 7. *cap.* 121: **Immittelst ist dem König Maximiliano Bottschafft kommen, als seine Gesandten seine verlobte Braut, die Hertzogin zu Britannien, abgeholt, und sie iren Weg und Reiß durch Franckreich angestellt, der König Carolus die Strassen verwahren, gedachte Hertzogin listiglich fangen, und in seinen Gewalt bringen lassen, deren Geferdten aber erlaubt, daß sie unbeleydigt an iren Ort reysen mögen. Dieweil dann der Reyser und König Maximilianus solch Beginnen des Königs in Franckreich dahin ermessen, daß es gemeiner teutschen Nation zu Schimpf und Verachtung fürgenommen, haben sie alsbald einen Reichstag gen Coblentz ausgeschrieben, und die Stånd unverzüglich zu erscheinen beruffen. Als nun auf bestimmte Zeit theils Churfürsten,**

Fürsten und Bottschafften angelangt, hat König Maximilianus durch den Keyserligen Anwaldt, Graf Eitel Fritzen von Zollern, den Ständen des Reichs in gemeiner Versammlung die von König in Franckreich wider ufgerichte Verträg, beschehene Gelübd und Eyd, verübte Handlungen lassen fürtragen, mit Begehren, es wolten Churfürsten, Fürsten und Stätt Bottschafften solche der Keysserl. und Königl. Maj. zugefügte Schmach, Schimpff und Thätlichkeit zu Hertzen nemen, der Teutschen Nation zu Ehren und Nutz solche Schand und Untreu mit Kriegsmacht zu bestraffen verholffen seyn. Consentit Cuspinianus, scriptor etiam coævus, in *Maximiliano*, qui Carolum Maximiliano Annam vi eripuisse, item violenter surripuisse, dicit. Et, ne domestica testimonia suspecta videantur, adjungimus binas Henrici VII. Angliæ regis, ad Electores & Principes Germanos, & ad Pontificem maximum scriptas literas, quibus, Carolum Ducissam Britanniæ violenter rapuisse, bis scribit. Exhibet eas *Dattius lib.* 3. *Rerum Germanicarum*, *cap*. 2. *n*. 13. 14. manifestum tamen mendum continentes, quod a sagace viro non animadversum, sed in *n*. 12. etiam repetitum miror. Ait nempe, literas istas die 8. Februario anni 1491. exaratas. Et raptus tamen in fine anni 1491. commissus, ac nuptiæ a Carolo 13. Decembri factæ sunt. Tantum ergo abest, ut Anna in principio anni 1491. rapta dici potuerit, ut eo tempore adhuc libera se reginam Romanorum appellarit in pactis cum ipso Henrico Anglo initis, a *Daniele dans l' Histoire de France ad annum* 1491. *p*. 478. memoratis. Erratum ergo manifestum est apud *Dattium*, sed emendatio difficillima. Facile esset, pro 1491. scribi 1492. Sed mense Februario anni 1492. ipse Maximilianus raptum nondum resciviſſe videtur. Lehman-

mannus quippe in *Chronico Spirensi*, *lib.* 7. *cap.* 121. literas Maximiliani I. ad Senatum Spirensem, die 12. Julii anni 1492. perscriptas, ex tabulario Spirensi adfert, quibus, se nuptias cum Anna Britanna fecisse, Carolum VIII. vero illas disturbaturum arma Britanniæ intulisse, significat, ac opem Spirensium contra Gallos poscit. Hanc Maximilianus injuriam sibi factam adhuc mense Julio ignoravit, de qua Henricus Anglus jam mense Februario omnes Imperii ordines certiores reddiderat? Sed nec annus 1493. in literis Henrici substitui potest, quoniam Henricus in fine anni 1492. die scilicet 3. Novembri, pacem cum Gallis fecit apud *Rapin Thoyras dans l'Histoire d'Angleterre*, *Tom. IV. pag.* 457. Ex quibus angustiis nullus alius exitus patet, quam ut dicas, & in Dattio & in Lehmanno mendum esse, ac Maximiliani epistolam die 12. Julii 1491. quo tempore circiter Carolum cum binis exercitibus Britanniam vexasse, *Lobineau dans l'Histoire de Bretagne*, *pag.* 814. & 1535. testatur, Henrici vero literas die 8. Februar. anni 1492. in ipsis regni comitiis, quæ Henricus tunc pro decernendo contra Carolum bello convocaverat, exaratas. Quidquid tamen de die scriptarum literarum sit, de veritate ipsius facti adeo dubitatum tunc non fuit, ut ipsi coævi scriptores Galli eam non negarent, sed more suo in narrationibus & excusationibus saltem taciti præterirent. Ipse Caroli VIII. ad Germanos orator, Robertus Gaguinus, Jacobo Wimpfelingio, qui, Carolum Annam turpissime rapuisse, ab alienis nuptiis violenter abstraxisse, conjugem viro suo viventi rapuisse, & a viva adhuc uxore dilectum maritum exclusisse ac separasse, scripserat, ita respondet, ut vim ipsam & raptum, quem a Friderico Imperatore & Maximiliano rege publice Gallis exprobrari norat, non neget, sed saltem nuptias, quas Maximilianus

cum Anna fecerit, *ſimulatum tantum ad cautionem quandam, & ſtrategema belli, matrimonium fuiſſe, ne gens terræ Britanniæ Franco regi ſe dederet*, contendat in Linturii Appendice ad Faſciculum temporum apud *Joannem Piſtorium, tom. II. Germanicorum ſcriptorum, pag.* 102. Simili calliditate rem narrant *Commineus dans ſes Memoires, lib.* 7. *cap.* 3. & *Brantôme dans les Vies de Dames illuſtres, pag.* 2. Neque, qui poſtea inſequuti ſunt, ſcriptores Galli vim inficiantur, ſed verba tamen in factum temperant, ac inter alios *Mezeray dans l'Abregé de l'Hiſtoire de France in Vita Caroli VIII. p.* 768. Annam nuptias inter ſuſpiria feciſſe, narrat: *Elle reſiſta quelque temps, mais enfin la grande negligence de Maximilian, & la neceſſité preſſante donnerent force a leurs raiſons, elle s'y rendit & ſe ſacrifia en ſouſpirant pour le ſalut de ſon pays.* Iſtum vero omnium conſenſum turbavit tandem noſtrâ ætate *Petrus Bayle dans la Reponſe aux Queſtions d'un provincial, Tom. III. c.* 125. *ſeq. pag.* 603. *ſeqq.* atque, quotquot raptum iſtum pro vero venditarint, quorum innumerabilem multitudinem eſſe fatetur, falſi ac calumniæ inſimulat: *Le nombre des Ecrivains, qui ont aſſuré cet enlevement, eſt innombrable: cependant le fait faux.* Annam perſuaſam ſponte ceſſiſſe & conſenſiſſe, contendit: *On ſe ſervit de la voie des inſinuations, & des negociations auprés de cette Princeſſe, & de ſon conſeil, & ce fut ainſi qu'on l'engagea à epouſer le Roi de France.* Nova hæc ſententia Gallis quidem honorifica, ſed rationes ejus infirmiſſimæ ſunt. Fortiſſima harum eſt ſilentium auctorum Gallicorum: *Qu'une telle Princeſſe allant trouver le Roi des Romains, ſon époux, ſoit arrêtée dans les chemins, ou dans une hôtelerie, & entrainée à la Cour de France, eſt une choſe d'un ſi grand éclat, qu'il eſt impoſſible qu'elle échape à tous les Hiſtoriens d'une nation, Il ſe pourroit faire, que quelques uns d'eux n'en diſſent mot, mais non pas, qu'ils gardaſſent tous le ſilence.* Itane vero Bay-

Baylius autumat, Gallos auctores, qui ſub Carolo VIII. Ludovico XII. Franciſco II. Carolo IX. Henrico III. vixerunt & ſcripſerunt, raptum & adulterium commiſſum publice deſcripturos, faſſurosque fuiſſe, reges iſtos ſuos ſe vel tantis criminibus polluiſſe, vel ex Annæ, quæ, legitimo marito ſuo erepta, juſtas cum aliis nuptias facere non potuerit, damnato coitu proveniſſe. Tanta profecto impudentia nec veriſimilis quidem, ſed plus quam ſatis eſt, quod Galli ſcriptores, qui tempore raptus vixerunt, crimen hoc, regi ſuo publice objectum, inficiari non ſunt auſi, ſed, quemadmodum ſupra oſtendi, colorarunt ſaltem. Hoc ipſum ergo ſilentium, ad quod Baylius tam confidenter provocat, fortiſſimum pro veritate raptus argumentum eſt. Verum, pergit *Baylius*, Mezerai tamen, qui ſibi in rebus a Gallis injuſte & ignominioſe geſtis deſcribendis placet, hac etiam macula, ſi vera fuiſſet, illos conſperſiſſet. Atque conſperſit etiam, quemadmodum ex verbis ejus, quorum partem ſupra excerpſi, patet. Porro Baylius *Varillaſii dans l'Hiſtoire de Charles VIII. lib.* 1. ſilentium nobis objicit. Ego vero Varillaſii librum, quamvis ad manus ſit, evolvere non dignor. Dicat ille, an neget, mihi perinde eſt. Jam diu enim fidem ſuam apud me & cordatos omnes ita perdidit, ut, ſi ego illum in quadam controverſia mecum ſentire animadverto, propter hoc ipſum de veritate ſententiæ meæ dubitare incipiam. Et quam poterit etiam in hac re fidem habere homo, qui lapſis poſt raptum ducentis fere annis ſcripſit? Supereſt ultima Baylii ratio, auctoritas *Bertrandi d' Argentré*, qui *dans l'Hiſtoire de Bretagne lib.* 12. rem geſtam paulo aliter narrat. Verum & hic auctor, multorum annorum intervallo poſt raptum natus, quæ ante ſe geſta fuerunt, ſcire ac ſcribere tam accurate, ut alii, non potuit, ac ita etiam ſcribit, ut vim tamen

An-

Annæ a Carolo adlatam non prorſus neget. Itaque Baylius cum nova ſua opinione, quod Anna in Caroli nuptias ſponte conſenſerit, ſolus, etiam ab ipſis Gallis, relinquitur. Nec eſt illa, ſi naturam mulierum ſpectes, veriſimilis. Maximilianus formoſiſſimus ſuæ ætatis erat, Carolus autem, ex Gallorum quoque confeſſione, fœde deformis. *Il etoit mal fait, & extremement laid;* ait *Daniel in Vita Caroli VIII. p.* 418. Augebat hanc deformitatem brevitas ſtaturæ & gibbus inſignis, propter quæ a Gallis, teſte *Brantomio dans les Vies des hommes illuſtres, Part.* 1. brevis, *le petit*, ab exteris vero gibboſus appellatus fuit, quemadmodum ex *Lutheri* **Tiſch-Reden** *p.* 156. diſco. Et hoc tamen monſtrum hominis, ſi Baylio credimus, Anna cum ſponſo ſuo pulcherrimo, quem Imperatorem primumque Europæ principem futurum ſciebat, ſponte commutavit. Credat Judæus apella, non ego. Quæ quum ita ſint, Carolus ſine dubio, & ex omnium, etiam Gallorum, confeſſione, Annam Maximiliani ſponſam rapuit, ac vim publicam commiſit. Student ſaltem Galli recentiores vim hanc ita depingere, ut quaſi legitima videri poſſit contra omnem hiſtoriæ fidem. Quin imo inter Belgas repertus eſt *Pontus Heuterus*, qui *Rerum Auſtriacarum libro* 4. *cap.* 4. Annam Britannam bello captam ſcribat: *Carolus*, inquiens, *Francorum Rex, occupato Britonum Ducatu, Reneſium, in quo Dux Anna erat, longa obſidione vexatum, in poteſtatem redigit, Britonum proceribus corruptis & Rom. Regis militibus trium menſium ſtipendio ad deditionem coemptis, urbemque ei cum Duce Anna tradentibus, quam poſt paucos dies in uxorem ducit.* Verum *Fuggerus* **im Spiegel der Ehren des Erzhauſes Oeſterreich,** *lib.* 5. *cap.* 39. *pag.* 1038. Heuterum hac in parte ab aliis omnibus hiſtoricis diſſentire ſolumque relinqui dicit, ac ipſe rem ex manuſcripto eundem in modum, quo Crantzius, narrat,

rat, atque adeo fidem Crantzii egregie firmat. Dabo hic excerptum illud, tanquam novum pro stabilienda raptus veritate argumentum: Sonsten berichtet hiervon ein Manuscript, wie daß K. Carl gegen die Prinzeßin keiner Feindseligkeit sich vermercken lassen, sondern, als sie durch Hennegau nach Teutschland abreisen wollen, sie, auf ihr Begehren, mit einem Königlichen Geleit versehen, auch beyde Herzogen von Bourbon und Orleans, mit 200. Pferden sie zu begleiten, ihr entgegen gesendet. Diese zween begegneten ihr, als sie samt ihrer Gefärtschafft zu einer grossen steinernen Brücke gelanget, mit einem starcken Reisigen Zeug, welcher sich von einander theilte, sie zwischen sich mitten einnahme, und umschlosse. Hierauf naheten sich ihr beyde Fürsten, und zeigten ihr an, im Namen des Königs: Sie möchte ihr belieben lassen, ihren Weg nach Tours zu nehmen, daselbst der König ihrer warte, sie anzusprechen; ihre Teutsche Geleitschafft aber solte, bis auf fernern Bescheid vom König zu Amiens verharren. Also wurde sie, wiewohl weinend und über Gewalt, auch daß dieses wider den mit K. Maximilian aufgerichteten Frieden, vermög dessen sie sich aller Sicherheit getröstet, gehandelt sey, sich beschwerend, nach Tours geführet: allda sie der König stattlich empfienge, sie mit vielen Worten tröstete, ihr die Teutsche Verheyrathung wiederriethe, und sie vermahnte, daß sie das Glück, in dem Lande, darin sie geboren und gezogen, als eine mächtige Königinn zu regieren, nit ausschlagen solte. Als sie ihm hart widersprache, und dem Röm. König ihre Treu nit fälschen wolte, gab er ihr 5. Wochen Bedenkzeit, inner welchen ihr so viel süsses und saures, Versprechen und Drohungen, vorgeschwatzet wurden,

den, daß sie endlich, sehend, daß es anderst nit seyn könde, das abgezwungene Jawort von sich gabe, und darauf vom König daselbst offentlich getraut, seine Gemahlin worden. Non possum igitur satis mirari, *Struvium in Syntagmate historiæ Germanicæ, dissert.* 30. §. 60. rejectis tam luculentis testimoniis ac argumentis, solius Heuteri fidem sequi maluisse.

IV.

Violenta abductio mulieris consentientis verus raptus est ex principiis juris Romani & Germanici hodierni.

V.

At prisci Germani talem abductionem pro raptu non reputarunt.

VI.

Ne tunc quidem, quum illa contra cæsaris & principis voluntatem facta est.

Inter alia pro antiquitate gentis Beichlingiæ argumenta commemoratur a *Georgio Fabricio in Originibus Saxonicis, lib.* 2. *p.* 285. raptus anno 1015. in Reinhildi Beichlingia commissus. Equidem *Leuckfeld* in der Historischen Beschreibung von dreyen in und bey der guldnen Aue gelegenen Oertern, *capite* 2. quod totum de priscis comitibus Beichlingicis agit, Beichlingiæ gentis nomen integro fere sæculo recentius facit, atque ductum a Reinhildi argumentum §. 8. explodit, incertissimumque appellat: Weiln nicht bekannt, ob sie eine gebohrne oder verwitbete Beichlingen gewesen, oder ob sie nur als eine vornehme Dame in Beichlingen sich aufgehalten. Verum Ditmarus in Chronico lib. 7. apud *Leibnitium in Tomo I. Scriptorum*

ptorum Brunſvicenſium, *pag.* 401. Reinhildam hanc dominam urbis Bichlingi, quod Leuckfeld male **eine Frau aus der Stadt Beichlingen** vertit, vocat. Privata profecto mulier non fuit, quam eximiæ civitatis dominam Imperator jurejurando, ne injuſſu ſuo nuberet, obſtringere operæ pretium credidit, cujus nuptias Wirinharius, comes & marchio, fruſtra ambivit, & ad quam defendendam armati clientes & ſatellites concurrerunt. Itaque raptum hunc a Wirinhario, comite Waldbeccenſi, & marchione Bernaburgenſi, commiſſum, recte inter illuſtres referimus. Reinhilda illa ſui juris plene non erat. *Namque*, ut *Ditmarus* ait, *Imperatori*, *ut nulli absque ſcientia & conſilio ſuimet unquam ſociaretur marito*, *antea firmiter promiſerat.* Wirinharius ergo, quum fruſtra nuptias ejus petiiſſet, vim parat, irrumpit cum ſuis Bichlingam urbem, ac Reinhildam, nequidquam clamantem & ejulantem, abducit. Excitati iſto clamore Reinhildæ clientes ac ſatellites armati concurrunt, pugnare incipiunt non ſine cæde & ſanguine, &, quamvis Wirinharium cum domina ſua abeuntem retrahere non poſſint, quendam ex comitibus ejus, Albinum, in abducenda alia muliercula occupatum ac moras nectentem, agmine facto circumdant, egreſſu prohibent, ac tandem obtruncant, regreſſum quoque pro liberando Albino Wirinharium circumſiſtunt, & fortiter pugnantem primum telo, deinde fugientem & murum tranſilientem lapide vulnerant. Wirinharius, ſuos cum præda, Reinhilda ſcilicet, abeuntes adſequutus, ſed graviter ſaucius in villa quadam proxima conſiſtere, cogitur, ſatellites tamen ſuos ex pugna ſuperſtites cum Reinhilda longius ablegat. Re comperta, cæſar mittit, qui eum comprehendant, ac de comprehenſi ſupplicio deliberaturus conſilium convocat, huicque conſilio Ditmarum, epiſco-

ſcopum Merſeburgenſem, Wirinharii agnatum, cujus verbis, ſed paulum emendato ſpurciſſimo ſtylo, hæc narro, adhibet. Nocebat inprimis Wirinhario, quod cæſar olim in alia cauſſa juraſſet, ſe nulli eorum, qui domeſticam ſecuritatem turbarent, parſurum. Ipſe ergo Ditmarus cæſari, ut fidem Deo datam fallat, ſuadere non audet, ſed Deo ſalutem conſanguinei ſui tacitis precibus commendat, & decretum ex conſilio optimorum factum: ut reus, *ſuperata infirmitate, ſi culpabilis efficeretur, capite privaretur: Si autem hæc omnia cum conſenſu matronæ acta fuiſſent, optime uteretur ſponſa.* Et Wirinharius quidem, ex vulnere mortuus, pœnæ ſubtractus eſt. Nos tamen ex iſto cæſaris decreto diſcimus, abductionem violentam mulieris, contra eorum, quorum juri & poteſtati ſubeſt, voluntatem, apud priſcos Germanos pro raptu, ſiquidem illa conſenſit, reputatam non fuiſſe, atque adeo *articuli Carolini* 118. verba: **Unangeſehen, ob die Ehefrau oder Jungfrau ihren Willen darzu giebt**; non ex jure patrio, ſed Romano, ſcilicet ex *L. un. C. de Raptu virginum*, hauſta eſſe.

VII.

Galli peculiare genus raptus habent, quod ſine vi & mutatione loci committitur, atque in parentes appellatur.

VIII.

Exemplum ejuſmodi raptus in Gaſtone Ludovici XIII. regis fratre commiſſus memoratur, & error quidam in Specimine IV. emendatur.

IX.

Aliæ gentes omnes vim aut ſaltem mutationem loci in raptu deſiderant.

X.

X.

Non requiritur tamen locus dissitus, sed sufficit abductio de domo in domum.

Si quid in me boni est, hoc est profecto, quod nunquam obstinatus in sententia mea veritati cedere possum, & sæpe primus errorem, si quem, ut homo sum, commisi, agnosco, ac publice declaro. Ejus rei nunc luculentum specimen dabo. Risi olim juvenis, quum nondum triginta annos natus *Meditationes ad Pandectas* scribere inciperem, in *Specimine IV. de Jure publico, med.* 1. Gallos; sed, quod nunc ingenue agnosco, indocte ac imperite risi. Legeram scilicet apud *le Vassor dans l'Histoire de Louis XIII. lib.* 35. *p.* 827. & *lib.* 36. *pag.* 120. ac in aliis Gallorum annalibus, Ludovicum XIII. regem, quum frater ejus, Gaston Aurelianensis, in Lotharingiam profectus, Caroli, ducis Lotharingici, sororem, Margaritham, contra regis voluntatem uxorem duxisset, duci huic, fratrique ejus, Nicolao Francisco, ac sorori Henricæ, in summo Parisiensi senatu per procuratorem generalem, quem vocant, accusationem de raptu publice intentasse, *à raison du rapt commis en la personne de Monsieur le Duc d'Orleans, Fils de France, Frere unique du Roi;* & sententiam, qua omnes in exilium ejiciebantur, & bona eorum fisco addicebantur, obtinuisse. Mihi tunc, qui nullum violentiæ vestigium animadvertebam, sed Gastonem sponte in Lotharingiam venisse, atque ibi nuptias fecisse, sciebam, accusatio hæc pariter ac condemnatio ridicula & absurda videbatur; & excusatius actionem utilem de servo corrupto, arg. *L.* 14. §. 1. *de Serv. corrupto* institui potuisse credebam. Ignorabam nempe jura & instituta Gallorum, qui crimen aliquod peculiare habent, ceteris omnibus gentibus incognitum, quod raptum in parentes appellant, at-

que ab iis committi dicunt, qui nuptias cum persona alterius juri seu potestati subjecta sine hujus consensu vel faciunt vel conciliant. Audiamus JCtum doctissimum, *Stephanum Paschasium* seu *Pasquierium*, *tom.* 1. *literarum lib.* 3. *pag.* 112: *Nos ancestres cognoissans, combien c'estoit chose de mauvais exemple qu'un enfant au dessous de vingt cinq ans fust estimé marié par les paroles de present au prejudice de l'authorité paternelle, introduisirent en l'action de Rapt, que nous appellons volgairement Raptum in parentes, qui est incogneuë à toutes autres nations. Par laquelle on permittoit aux peres & meres, voire aux tuteurs, d'accuser devant le Juge Royal celuy ou celle, qui par telle affeterie de Paroles auroit attiré & suborné à un mariage l'un de leurs enfans: & est ceste poursuite de telle puissance & effect, que pendant le cours d'icelle, elle suspend & arreste toutes les procedures, que l'on pourroit faire devant un Official & juge d'Eglise pour la validité du mariage.* Peto itaque nunc erroris mei veniam, atque hanc me eo facilius impetraturum spero, quod inter ipsos Gallos quidam singulare hoc jurisprudentiæ patriæ suæ caput ignorant. *Petrus Baylius* certe in *Dictionaire historique & critique*, art. *Pienne*, *lit. H.* locum istum ex Paschasio excerpit, atque sic commentatur: *Peutetre voluit - il parler de ceux, qui ne se contentent pas de seduire un jeune cœur, mais qui l'engagent aussi à se laisser enlever. S'il a omis par inadvertence cette partie de la definition du rapt, & que neanmoins il l'ait euë dans l'esprit, sa conclusion ne peut point passer en France pour trop severe, car les Francois punissent de mort tous ceux, qui enlevent une fille soit qu'elle consente, soit qu'elle n'y consente pas.* At enim vero nihil omisit Paschasius. Ad raptum, quem Galli in parentes appellant, nulla vis, nulla abductio de loco in locum desideratur. Audiamus *Paponium* in *Corpore juris Francici, lib.* 22. *tit.* 6. *arrest.* 4. *p.* 704: *Puella inops, cui præter elegantem formam nihil reliqui erat, minis suis*, h. e. machinationibus, par

ses

ſes menées, vide du Freſne Gloſſarium mediæ & infimæ latinitatis, art. Mina: *matris ſuæ cuniculis & dolis, aliisque auxiliis, adoleſcentem, & genere & opibus ſe longe clariorem, clam curatore expugnaverat; & ad ſe ducendam ita pellexerat, ut pacta ſponſalia de præſenti a Notario conciperentur, ac magna præcipui jure dona & commoda hujus ſponſæ insererentur. Curatores id pro crimine raptus perſequuntur. Iis opponitur, raptum eſſe non poſſe. Arreſto Pariſienſi, de 3. May 1535. acta omnia infecta atque inducta. Mater, cujus aſtutia & artibus res acta, ad certas ſummas & multas Regi & Curatoribus condemnata fuit. Proxenetæ, qui huic rei operam dederant, & Notarii, qui adoleſcentem ſponſum celaverant, quid præſentia ſponſalia vellent, quid donatione, ut erat propter nuptias facta, comprehenderetur, in ſimiles multas omnes condemnati fuerunt. Ex hoc Arreſto cognoſcitur, raptum æque in viro atque fœmina committi per Gloſſam in l. unic. C. de Rapt. virg. in verb. Sponſam in princ. Eaque ſententia fuit Joannis, veteris Gloſſatoris, quæ hodie in Francia obſervatur.* Adde *Appendicem II. ad hunc tit. 6.* ubi raptus in parentes expreſſe memoratur, & *les Plaidoyez de le Maitre* 18. & 24. Quæ quum ita ſint, Galliarum rex ex regni ſui legibus, quæ principibus viris nuptias ſine regis conſenſu interdicunt, gentem Lotharingicam, quæ ad fratris regii nuptias opem tulerat, de raptu accuſare juſte poterat. Dubitat quidem de iſtiusmodi in Gallia lege *le Vaſſor, lib. 35. pag 827: Cette loi fundamentale*, inquiens, *qui defend aux Fils de France & aux Princes du ſang de ſe marier ſans le conſentement exprés du Roi, on ne la trouvoit écrite nulle part.* Verum exſtare in Gallia talem aut legem, aut certe conſuetudinem, evincunt *Limnæus in notitia regni Franciæ, lib. 1. cap. 8. not. uu. pag. 224. ſq.* & *Schilterus in Inſtitut. juris publ. lib. 1. tit. 9. §. 1.* item in *Exerc. ad D. 36.* §. 32. Ceterum, ut ſupra dixi, raptus ille, qui ſine vi, vel abductione ſaltem in alium locum, committitur, aliis

gen-

gentibus, quæ jure Romano & Carolino utuntur, prorsus incognitus est, quum voces: *rapere*, entführen, in juribus communibus positæ mutationem loci clare significent; quod eo extendit *Ludovici in articulum Carolinum* 118. ut ne quidem abductionem de domo in domum sufficere ad raptum credat, sed locum dissitum desideret, de quo tamen ego merito dubito.

COROLLARIA.

1. Quod in *Observat.* 3. dixi, pro dissentientibus reputari, & raptum pati, qui quæve in alienam potestatem redacti non contradicunt, sed flentes aut suspirantes consentiunt; egregio exemplo illustratur apud *Senecam lib.* 8. *Controv.* 6. *Lex: Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Dives pauperem de nuptiis filiæ interpellavit tertio. Ter pauper negavit. Profectus cum filia, naufragio expulsus est in divitis fundum. Appellavit illum dives de nuptiis filiæ. Pauper tacuit, & flevit. Dives nuptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pauper educere puellam ad magistratus. Dives contradicit.* Et vim quidem factam hic esse fateor. Recte Seneca: *Lacrima est indicium inoptatæ rei. Lacrimæ pignora sunt nolentium, & repugnantis animi vultus index. Nemo unquam, quod cupit, deflet. Lacrimæ coacti doloris inter præcordia, & intolerabilis silentii eruptio.* Sed vis hæc saltem privata est, non publica. Nec raptus dici poterit, in quo abductio de loco in locum deficit. Dives enim saltem casu, qui naufragos in fundum ejus ejecerat, abusus est.

2. Aliam non minus nobilem controversiam *Seneca lib.* 1. *controv.* 5. habet: *Lex: Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Una nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat, altera nuptias.* Litem hanc secundum raptorem dat *Pufendorffius de Jure naturæ & gentium, lib.* 5. *cap.* 12. §. 6. ac nuptias optantem

tem puellam præfert. Ego ex adversa parte sto, & mortem optanti satisfaciendum puto, ex his, quas Seneca habet, rationibus: *Quum, quod utraque optat, fieri non possit, ea eligenda optio, qua ultio ad utramque perveniat. Atqui mortem optat mea optio, & te vindicat: tua me non vindicat. Nullum non raptorem impunitum futurum, si hæc via impunitatis monstretur, ut, qui plures rapuisset, tutior esset. Neminem non inventurum aliquam humilem, quæ se in optionem commodaret. Qui duas rapuit, perire utrique debet. Lex, quæ dicit: Rapta raptoris aut mortem optet, aut nuptias; de eis loquitur, qui singulas rapuerunt, non putavit quenquam futurum, qui una nocte duas raperet. Vtrique raptæ debet ultio contingere. Vtramque enim non potes ducere, utrique mori potes. Vna pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors est; putate enim utramque nuptias optasse. Quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuisse, quam duas; quid fiet? una nubet: nuptiæ ad unam pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit, utrique debet mori, quare? dicam: Quod vult, eligat: aut nuptias optabunt: aut altera mortem, altera nuptias. Si nuptias optaverint, non poterit fieri, quod utraque voluerit. Vno modo poterit fieri, quod utraque volet, si utraque mortem optaverit: ergo fiat id, quo uno duæ vindicari possunt. Ne exemplo quidem utile est, non utique perire eum, qui duas rapuerit; hinc morem perniciosissimum introduci civitati, ut aliquis propter hoc non pereat, quia perire sæpius meruit.*

3. Addo tertiam ex *Seneca lib.* 7. *cap.* 8. controversiam: *Lex: Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optavit. Juvenis raptorem se negavit. Convictus est. Illa optionem petit. Contradicitur.* Præter rationes, quas Seneca habet: *Non oportet tibi amplius, quam semel, licere optare; qui potest condemnare, possit semel: qui potest occidere, possit semel: aut si qua iteratio recipi potest, in pœnitentia mortis recipienda est. Periculo-*

culosius est negare raptum, quam commisisse. Minus est ergo quod vitiavit, quam quod negavit. Non sum, inquit, optatura mortem, sed volo mihi licere & mortem optare: quam potestas ista delectat, crudelis est. Ergo nos injuriam periculosius negavimus, quam fecimus. Justa fuit optio. Optio semel puellæ datur; immutabilis est, semel emissa est. Judex, quam tulit de reo, tabellam revocare non potest; hæ quoque ex jure civili allegari possunt, quod nec in pecuniariis caussis optans voluntatem mutare, *L.* 20. *de Optione vel electione*, nec judex, quem absolvit, deinde condemnare queat, *L.* 14. & 42. *de Re judicata.* Itaque nova optio permitti non potuit.

4. Raptus apud aliquas gentes tanquam solemnis cerimonia in nuptiis receptus est, irrationabili prorsus & turpi consuetudine, quæ abrogari debebat, sed, ubi tamen abrogata non est, raptores a supplicio liberat. Exemplum fœdum & ridiculum olim apud *Valvassorem* in der Ehre des Hertzogthums Crain *lib. XI. pag.* 19. legitur: An dem Venetianischen Grund und Boden, ist ein Dorff zu finden, *Rujal* benennet, eine viertheil Stunde von dem Meer entlegen, welches einen sonderlichen Gebrauch von dem Alterthum, und zwar denen Römern, erborget, und deren Sabinischen Weiber-Raub in Unvergessenheit erhält. Es heget dieses Dorff über 30. ziemlich grosse Häuser, deren Inwohner gewohnet, ihre Weiber, auf was Art und Weis sie nur mögen, zu stehlen, oder mit Gewalt zu rauben; in Betrachtung, daß die Weiber keines Orts sich mit diesen Dörfflingen verheyrathen wollen; weiln das gemeine Gerücht überall ausgestreuet, es alteten hier keine Weiber, und müssten sie das Leben, und ihre Ehe verändern, ehebevor sie noch recht die neue Wohnung und ihren stehlenden Ehe-Gatten erkannt. Welches, wann es in der Warheit also beschaffen,

sen, vielleicht der Lufft, und dero ausdufftenden bösen Feuchtigkeit, zuzuschreiben. Müssen also diese arme Männer durch Gewalt sich verehlichen; Und versichert man für gewiß, daß nicht über drey oder vier Männer mit gutt-willigen Ehweibern verheirathet; die andern alle geraubtes Gut besitzen. Es gehet aber diese gewaltsame Heim-führung und Entführung auf diese Weise an: Drey oder vier Männer begeben sich zusammen, nach dem Reyserli-chen Grund und Bodem, und wo sie dann erfahren, daß eine arme Bauren-Magd, so ihnen gefällig, daselbst ver-handen, erwarten sie eine gewünschte Gelegenheit, die ih-nen dieses Mägdlein Hülff-los in die Hände spiele; welche sie dann alsobald ergreiffen, und beyderseits einer umfängt und bey der Hand fortschleppen. Wo aber sie sich zu sehr widersezt, und den ihr so unlieblichen Weg nicht kie-sen will, hebt ihr der hinden nachfolgende die Unter-Klei-der auf, damit sie hierdurch beschämt, entweder forteilen, oder den entblößten hindern Theil des Leibs zeigen muß; und wird sie, so bald sie nur in gedachtem Dorff angelan-get, diesem ihren Braut-Räuber verehlichet. Auf solche Weis sind innerhalb wenig Jahren, allein aus diesem An-tignianischen *Territorio*, drey solcher Zwang-Bräute, oder Bauren-Mägde, entführet worden. Dabo aliud exemplum ex *Pauli Oderbornii*, sacerdotis Lituanici, *ad Davidem Chytraum epistola*, anno 1582. edita, & *Maderi commentario de Coronis nuptiarum pag.* 54. *seqq.* inserta: *Matrimonii*, in Russia scilicet, *contrahendi ratio talis: Juvenis, si cui favet puellæ, propinquos tres quatuorve ablegat; qui parentes de elocanda virgine interpellent. Hi vero, ut vehementius animum proci irritent, nihil illo de negotio confieri posse affirmant; sponsus tali spe frustratus alia rem via aggreditur, tem-*

pusque & occasionem venandæ virginis diligentissime observat. Illa vero si forte domo paterna egreditur, ministri, in insidiis collocati, incautam & nihil tale timentem in casses sponsi venatoris conjiciunt: quæ simul atque deflorata fuerit, mittuntur alii ad parentes legati, qui partim culpam deprecentur, partim amoris vehementiam accusent. Tum demum parentum impetrato consensu nuptiis dies dicitur. Neque enim illis cohabitare licet, nisi solemnitate publica copulentur. Igitur circa horam noctis undecimam sponsi cum fidibus, facibus & fistulis ad delubrum deducuntur. Ante illorum adventum aliquot vascula sincera, melicrato & cerevisia plena huc advecta sunt. Convivæ itaque utriusque sexus, saltando, ludendo, clamando & ridendo bonam noctis obscuræ partem consumunt. Interea mittuntur certi homines, qui flaminem accersant. Hi plerumque re infecta semel atque iterum discedunt, idque fit propter temulentiam deplorati sacrificuli, qui vino & somno sepultus jacet. Vulgus interim ducendis choreis occupatur. Postea moræ & absentiæ impatientes illi, qui sponsam affinitate attingunt, flaminis poti domum effringunt, & vi abreptum ad peragenda sacra eundem pertrahunt. Ille dum solito vult fungi officio, nec tamen rectis pedibus consistere potest, sæpe concidit in medio templo. Exoritur inde damnabilis risus & barbaries, ut vix opiner Ethnicos Veneris sacra scurrilius peregisse. Accurrunt illico, qui lurconem teneant, ne collabatur. Tum primum panes sibi debitos adferri jubet. Deinde libro aperto stentorea voce aliquem hymnum Davidicum cantat. Postea intortam sponsi cæsariem manu comprehendens, in hanc sententiam eundem affatur: Dic mihi, o sponse, o frater, o amice, numquid hanc teneram fustibus aliquando mulctabis? Numquid ægrotam scabiosam & decrepitam derelinques? His sancte jurat sponsus, se facturum viri boni officium. Ad sponsam igitur sermonem convertens, eam quoque interrogat: An rei familiaris curam agere? An cæco, curvo & decrepito marito fida velit esse comes? Adfirmat illa. Mox flamen serto ligneo viridi utriusque caput co-

coronat. In circumferentia coronarum descripta sunt Rutenice hæc verba: Crescite & multiplicamini. Ille dum hæc agit, inflammantur ab omnibus cereæ candelæ & patera medone spumans sacrifico traditur. Eam novis sponsis uno propinat haustu. Illi simili alacritate evacuant & viro religioso reddunt: Adjecto jam ligneo casficulo ac pedibus contrito novas instituunt choreas. Hic flamen choragus est, cæteri longo ordine eundem insequuntur. Feminæ etiam lupulum in templo spargunt & linum cum tali acclamatione: Dii nostri tutelares faciant, ne novi conjuges ullo unquam destituantur bono. Sic tandem tumultuum finis est. Sacrificulus domum reducitur. Convivæ sponsos comitantur, & in tali conventione egregie potant & mœchantur. Ego vero, improbissimum hunc rapiendi ritum nunquam inter Russos viguisse, sed Oderbornium, quod quidam forte ex Russis tunc male fecit, toti nationi tanquam morem imprudenter imputare, credo. Certe *Olearius* qui quinquaginta circiter annis post Oderbornium, anno scilicet 1634. in Russia fuit, atque omnia diligentissime scrutatus est, **in der Moscowitischen und Persianischen Reise-Beschreibung** *lib.* 3. *cap.* 5. nuptias Russorum accurate, & multa quidem, ut de ebrietate sacerdotis, de panibus, quos ille ante cerimoniam exigit, de coronis, de cereis candelis, de pateris, quas sacerdos novis conjugibus propinat, de cratero pedibus conteri solito, &c. eadem, qua Oderbornius, ratione describit, de raptu autem non solum nihil habet, sed & talia narrat, quæ cum raptu hoc consistere nullo modo possunt. Idem *Mayerbergius*, qui *Iter in Moschoviam anno* 1661. factum edidit, *pag.* 44. ubi de matrimonio Moschorum agit, & *Lyseckus in Relatione eorum, quæ circa Sacr. Cæsareæ Majestatis ad Czarum ablegatos anno* 1675. *gesta sunt c.* 20. *pag* 113. quorum neuter Russis favet & parcit, faciunt. Inverisimile autem est, publicam consuetudinem tam brevi tempore sic obliterari potuisse, ut non solum

 nul-

nullum ejus vestigium superfuerit, sed & contraria prorsus introducta sint.

SPECIMEN DXCIV.

AD LIB. XLVIII. TIT. VII.

DE

VI PRIVATA

HORIS CONSVETIS

MENSE MAJO ANNI cIↄ Iↄ CCXXXVII.

PVBLICE DEFENSVM

AB

ADAMO HENRICO FLEISCHERO

GRIMMA - MISNICO, NVNC IVRIVM DOCTORE.

PRÆFATIO.

Litem, quæ mihi huc usque de vi privata cum summis viris, Jo. Laurentio Moshemio, theologo Helmstadiensi, & Bernhardo Gualthero Marpergero, primo sacrorum in aula regis nostri antistite, intercessit, nemo ex vobis est, qui ignoret. Hanc litem nunc sopitam esse, lætus vobis annuncio, remque totam, ut gesta est, breviter narrabo. Tria circiter, & quod excurrit, sæcula sunt, quod Joannes, Burgundionum dux, & Ludovicus Aurelianensis, ambo ex sanguine regio in Gallia orti atque in aula viventes, gravissimas invicem simultates exercerent, atque tandem Joannes Ludovicum per suos privata vi trucidaret. Vocatus in jus Joannes patronum caussæ sibi elegit Joannem Parvum, theologum celebrem, qui luculenta oratione, quæ adhuc exstat, ostendit, Ludovicum, hominem vitiis omnibus contaminatum, regi domino suo, & familiæ ejus, insidias struxisse, ac potestate sibi a rege

rege data tyrannice ad oppressionem populi & optimatum, ac perniciem regni usum, itaque jure cæsum fuisse. Nihil est profecto hac doctrina innocentius. Incredibile ergo vobis, Auditores, videbitur, adversarios Joannis Burgundi & Joannis Parvi in hac oratione doctrinam, quod civi, principem suum, qui tyrannidem exercet, occidere liceat, reperire atque Joanni Parvo adfingere potuisse. Sed magis vobis incredibile erit, hoc illos non solum publice perhibuisse, sed & toti terrarum orbi persuasisse, quin imo effecisse, ut Jo. Parvus per tria continua sæcula auctor hujus perniciosissimæ opinionis appellaretur, ac publice in hæreticorum catalogum referretur. Nemo illum defendere ausus fuit. Ipse ego, opinionem istam refutaturus, constitueram in principio, Jo. Parvum auctorem ejus facere, atque, sicut a præceptoribus meis acceperam, tanquam hæresiarcham atris coloribus depingere. Ut accuratius hoc facerem, ipsam Parvi orationem in manus sumsi, argumenta, quibus ille pestilentissimum hunc errorem tueretur, excerpturus & explosurus. Dici non potest, quantopere obstupuerim, ubi nihil eorum, quæ in ea esse vulgo perhibentur, repperi. Nihil ille contra reges ac principes gravius dicit; potius sacrosanctam eorum majestatem esse, contendit, atque civem, qui contra hanc quid machinetur, si is tuto ad judicium & carcerem trahi nequeat, impune a privatis ad liberandam majestatem & rempublicam occidi, adfirmat. Primum oculis meis diffisus, deinde, me forte in orationem, quæ Jo. Parvo opposita fuisset, incidisse, credidi, tandem exploratis omnibus, Joanni Parvo opinionem doctrinæ ipsius prorsus contrariam affictam fuisse, animadverti. Itaque memoriam Jo. Burgundionum ducis & doctrinam Jo. Parvi contra trium sæculorum calumnias edito publico scripto de-

defendi, hancque lucubrationem Moshemio, amico meo optimo, qui ipſe in Inſtitutionibus hiſtoriæ eccleſiaſticæ Jo. Parvum hæreticum & opinionis de licita tyrannorum cæde auctorem fecerat, inſcripſi, eumque judicem hujus cauſſæ conſtitui. Fluctuavit ille in principio, ac mora ſua effecit, ut alii etiam docti viri, ac inter hos Marpergerus, ſe liti huic immiſcerent. Tandem vero Moshemius in Inſtitutionibus hiſtoriæ chriſtianæ, quas his ipſis nundinis Lipſienſibus edidit, mutavit veterem ſententiam ſuam, ac Jo. Parvum ab hæreſeos crimine abſolvit, me quoque popularem iſtum errorem primum detexiſſe, confeſſus eſt. Quæ retractatio tantum abeſt, ut ſummam incomparabilis hujus viri exiſtimationem ac auctoritatem imminuat, ut magis augeat & amplificet. Nec tamen indecore cedit, ſed leonis more, qui etiam, dum cedit, leonem non exuit. Fatetur nempe, falſam Jo. Parvo opinionem ac hæreſin adfictam fuiſſe; ſed, addit, nec illa opinio, quam vere tuetur, de cæde perduellium privatis licita, omnis vitii expers eſt. Ego, eam periculoſam videri poſſe, non diffiteor, ceſſare tamen omne periculum firmiſſime credo, ſi inter eos cancellos, quibus ego illam circumſcripſi, coërceatur, ut nempe non aliter vis privata in cives perduelles liceat, quam ſi res publica ſalva & princeps incolumis aliter eſſe non poſſit.

I.

Vis privata nec tunc, quum jus facientis indubium eſt, permittitur.

II.

Locator, conductorem, finita locatione, expellens, contra legem Juliam de Vi privata peccat.

III.

III.

Pactum, ut liceat vi privata uti, nullius momenti est, nec facientem a pœna, nec a restitutione ejus, quod interest, liberat, L. 38. de Pactis.

IV.

Interesse hoc ex æquo & bono æstimari oportet, & peccat judex contra leges civiles in L. un. C. de Sentent. quæ pro eo, quod interest, *&* Saxonicas in Constit. Elect. 30. p. 2. *verbis:* Per circumstantias vel conjecturas; *qui operosam probationem & reprobationem decernit.*

Mortuus erat locator prædii equestris, heredesque ejus ac successores conductorem, quum sponte cedere nollet, invitum expulerant, & nunc etiam in judicium trahebant, mercedem præteritorum annorum ac alia, quæ ex lege conductionis deberet, poscentes. Ille vero, opposita exceptione spolii, sententiam victricem, ne scilicet prius ad intentatam actionem respondere cogeretur, quam adversarii ipsum plene in possessionem restituissent, obtinet. Appellant actores, multaque pro se, inprimis conductorem in possessione non esse, nec spoliari posse, deinde conductionem finitam fuisse & jus ejus omne cessasse, denique, ipsi contractui locationis pactum, ut liceret vi privata uti, insertum, allegant. Feruntur acta ad JCtos Vitembergenses mense Septembri anni cIↃ IↃ CCXXXIII, qui, refutatis istis argumentis, sententiam priorem confirmant, atque hoc saltem addunt: non opus esse longo super eo, quod intersit, judicio, sed hoc ex æquo & bono æstimari oportere, hunc videlicet in modum: Daß es, der eingewandten Supplication ungeachtet, bey dem den 26. Oct. 1731. gesprochenen No. Actorum 58. be-

findlichen Urthel zu lassen. Und weil Klägere, daß sie Beklagten aus dem Genusse des Zehendens, der Brau-Pfanne, des Holtzes und der Mast gesetzet, nicht in Abrede, und nur, daß der Schade, welchen dieser dadurch gelitten, so hoch, als er sub No. 56. angegeben, sich belaufe, läugnen, so wird, nach eingezogener Erkundigung, von dem Betrage solcher Stücke das Quantum des Schadens in einer deshalb anzustellenden Verhör der Billigkeit nach auf was gewisses gesetzet. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil die von Klägern in ihrer Supplication aufgeworfene unterschiedene Fragen: Ob die in dem Urthel benannte Stücke nur accessorie bey dem Lehn-Guthe Schöppau verpachtet worden? Ob, nach erloschenem Pachte des Lehn-Guths selbst, durch Absterben des alten Herrn von K. auch die Pacht der Erb-Stücke erloschen? Ob Beklagter sein Pacht-Recht verlohren? Ob die Land-Erben die dem Beklagten aus Endigung der Lehn-Pacht zugewachsene Schäden zu ersetzen schuldig? hieher nicht gehören, und es auf selbige, da sie zumal höchst illiquid und zweyfelhaftig seynd, gar nicht, sondern lediglich darauf ankommt: Ob Klägere den Beklagten eigenmächtig aus dem Genusse der ihm mit verpachteten Erb-Stücke, welche derselbe inne gehabt und länger behalten wollen, setzen können, auch, da sie solches ohne obrigkeitliche Hülfe gethan, hierunter ein Spolium begangen, mithin Beklagten, ehe dieser sich auf die an ihn gemachte Ansprüche einlassen darf, wieder in vorigen Stand setzen, oder ihm doch allen dadurch erlittenen Schaden erstatten müssen? und denn ein Pächter in possessione naturali der ihm verpachteten Stücke stehet, *L. 7. § 11. Communi dividundo*, *L. 7 § 1. pro Herede*, also, wenn er in solchem Besitze gekräncket wird, sich des interdicti unde vi und anderer remediorum possessoriorum, *L. 12. & 18. pr. de Vi &*

vi

vi armata, *L. 1. C. Si per vim vel alio modo*, selbst wider seinen Verpachter, wenn er von diesem Gewalt leydet, bedienen kan, *cap. 4. X. de Prælatis ne vices suas vel ecclesias*, *Leyser in Medit. ad ff. Specim. 451. de Variis possidendi modis, medit. 3.* gestalt auch Klägern dasjenige, was Beklagter dem Pacht-Contracte einverleiben lassen, daß nemlich der Process wider ihn von der Execution angefangen werden möge, und seine Exceptiones zur Reconvention verwiesen werden solten, nicht zu statten kommt, nachdem alle dergleichen Pacta, welche eine Privat-Gewaltthätigkeit verstatten, ungültig seynd, *L. 38. de Pactis*, bey welcher Bewandniß voriges Urthel wohl und den Rechten gemäß gesprochen worden, gleichwol die darin erkannte Einlassung auf die übergebene Liquidation nunmehr, da Klägere das zum Grunde solcher Liquidation gesetzte Factum durchgehends eingestehen, und nur das Liquidum der Schäden abläugnen, weiter nicht nöthig ist, sondern, da das Spolium selbst richtig, das Liquidum nach der Natur des in Spolien-Sachen eingeführten summarischen Processes und deutlicher Vorschrift des *Legis un. C. de Sententiis, quæ pro eo, quod interest*, billig mäßig gesetzet, auch die Brau-Pfanne, wenn solche ein Lehn-Stück gewesen, und den Lehn-Erben ersetzet werden müsse, von diesem Processe nothwendig ausgenommen wird; So ist nach Inhalt unsers Urthels gesprochen worden.

V.

Vim faciens læso non solum rem ipsam ac damna data, sed præterea lucrum interversum, restituit.

VI.

Etiam in hujus æstimatione breviter ac ex æquo & bono proceditur.

Damnatur vim faciens læso in omne id, quod interest. Hic quidem multi cum *Gailio lib. 2. Observ. 6. n. 2. 3.* interesse lucri cessantis nemini, nisi mercatori, adjudicari posse, autumant. Hoc vero iniquum est, & pugnat aperte cum *l. un. C. de Sentent. quæ pro eo, quod interest*, verbis: *Non solum in damno, sed etiam in lucro*, item cum *Constit. Elect. Sax. 30. P. 2.* verbis: **In allen Fällen und Personen, Kauff-Leuten und andern ohne Unterscheid.** Consentit *Bergerus in Oeconomia juris, pag. 767. n. 1.* Et in æstimatione hac lucri interversi pariter ex æquo & bono procedendum est, ne scilicet probatio ejus *immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, nec, dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat.* Secundum hæc JCti Vitembergenses mense Octobr. anni cIↃIↃ CCXXXIII. judicarunt: Daß Klägere dasjenige, was ihnen zu bescheinigen obgelegen, und sie sich angemasset, zum Theil bescheiniget, derowegen Beklagte ihnen überhaupt 20. Thaler binnen 14. Tagen zu bezahlen schuldig. V. R. W. Rat. Dec. Obwol bey der von Klägern geführten Bescheinigung gar vieles zu erinnern, gestalt, was der gepfändete Ochse eigentlich werth gewesen, und was damit zu Klein-Rösen verdienet werden können, directe gar nicht beygebracht worden, hiernächst das, was die Grochwitzer in tolle angeben, von dem, was die Klägere fodern, weit unterschieden ist, noch bey ermangelnder umständlichen Befragung wahrzunehmen, ob die Grochwitzer in Bestimmung des Quanti alle Winter- und Sommer-Tage mit- und die nöthige Kosten, Fütterung und dergleichen abgerechnet, oder nicht, ferner der Eigenthümer des Ochsens selbigen zur Zeit der Pfändung noch nicht angespannet gehabt, auch seine Haushaltung nach der Pfändung, wie vor, mit seinem übrigen Gespanne besorgen, und sich, anstatt des abgepfändeten, keinen andern Ochsen anschaffen dürfen,

weiter Klägere eingeräumet, daß der Ochse zu der Zeit, als sie ihn wieder erhalten, weit stärcker und mehr werth gewesen, bey welcher Bewandniß es das Ansehen gewinnet, ob hätten Klägere dasjenige, was ihnen auferleget worden, nicht bescheiniget. Alldieweil aber ein Richter in Entscheidung der Interess-Klagen die Weitläufstigkeit vermeiden, keinen allzu umständlichen Beweiß fodern, und dem Kläger dadurch sein Recht zu Wasser machen, jedoch auch nicht allen dessen weit her gesuchten Foderungen Platz geben, sondern der Billigkeit nach durchgreifen, und nach seinem besten Wissen und Gewissen ein eigentliches Quantum setzen soll, *L. un. C. de Sententiis, quæ pro eo, quod interest, proferuntur*, *Leyser Medit. ad Pand. Specim.* 250. *de Interesse*, *medit.* 5. und denn der Eigenthümer des Ochsens diesen, wenn er ihn gehabt, allerdinges in seiner Haushaltung brauchen, und solche damit verbessern können, nächstdem aus der Grochwitzer Aussage so viel, daß Klägere mit dem Ochsen etwas verdienen können, erhellet, endlich dieselbe den Ochsen, wenn sie ihn gehabt, eben so gut, als der Herr Obrist-Lieutenant, brauchen, und dabey stärcker und besser machen können; So ist nach Inhalt unsers Urthels billig erkannt.

VII.

Qui, altero jam possidente, compossessionem adprehendit, etsi illum non expellat, sed secum habitare sinat, vim tamen facit, & ex lege Julia de Vi privata puniendus est.

Hunc in modum mense Martio anno cIↄ Iↄ CCXXXII. consultus respondi: Haben nach Absterben Christoph Ludewigs von Weise zu Boßdorff anfänglich die Vormündere der Unmündigen von Weise zu Wollmirstedt, und Tages darauf die von Weise zu Calix den Besitz der hinterlassenen Lehn-Güther

ther ergriffen, seynd auch beyde zusammen bey solchem Besitze so lange, bis die Vormündere ihr angegebenes Vorrecht in petitorio ausgeführet, durch einen Regierungs-Abschied geschützet worden; Wogegen die Vormündere Leuterung eingewendet, und zu wissen verlangen: Ob den Unmündigen der zuerst ergriffene Besitz zu statten komme? Nun gestehen die von Weise zu Calix in ihrem über ihre Besitznehmung errichteten fol. 11. ad Acta gegebenen Documente selbst, daß ihnen bey Ergreifung der Possess gemeldet worden, wie bereits Tages vorher die Vormündere Namens des Unmündigen sich in den Besitz gesetzet. Da also derjenige, welcher von einem Guthe Besitz nimmt, nicht bloß Besitzer von einem Theile, sondern von dem gantzen Guthe wird, *L.* 3. §. 1. *de Acquirenda vel amittenda possessione*, folglich derjenige, welcher sich nachgehends mit in den Besitz setzet, den andern offenbarlich seines erlangten Besitzes zum Theil entsetzet, mithin ein ungezweifeltes Spolium begehet, und wider die klare Rechte in *L.* 13. *Quod metus caussa*, und *L.* 7. *C. Unde vi* handelt, *Bergerus lib.* 1. *Respons.* 300. *n.* 7. adde *Medit. meas ad Pand. Specim.* 504. *de Spolio*, *med.* 3. so kömmt den Unmündigen von Weise ihr älterer Besitz allerdings zu statten.

VIII.

Cœtum ac turbam congregare, & misericordiam hominum provocare, vis privata est.

IX.

Quæ tamen tunc licet, quando quis se, vel suos, vel bona sua, vel innocentem servare aliter non potest.

X.

X.

Exemplum, quo id pro tuenda filiarum pudicitia impune factum, adfertur.

In *L. 2. 3. 4. & 5. ad L. Juliam de Vi privata* notantur, qui cœtum & concursum faciunt, seu homines ad vim faciendam convocant congregantve. Idem crimen *supra in titulo Vi bonorum raptorum & de turba* inter privata delicta refertur, & turba appellatur. Ac contra illud in Saxonia nostra ante aliquot annos peculiaris lex, wieder das auflauffen und *tumultuiren*, promulgata est. Istæ tamen leges omnes ex recta ratione ac aliis legibus sic temperandæ sunt, ut ad eum, qui vim patiens, dum magistratus auxilium in promtu non est, fidem & misericordiam populi implorat, ac ab eo opem poscit, sed, dum hoc facit, turbam concitat, non pertineant. Licet profecto, misericordiam publice provocare, ac per hoc turbam contrahere, si nos & nostros, vel bona nostra, vel etiam innocentem, aliter tueri non possumus. Et *lex 4. §. 6. Vi bonorum raptorum*, quæ misericordiam provocare simpliciter vetat, ex *l. 45. §. 4. in fine ad legem Aquiliam* restringenda est ad casum, quo misericordia ulciscendi, non tuendi, caussa provocatur. Verum hæc omnia luculenter in *Specimine DXL. Meditat. ad ff. de Turba* explicata ac exemplis illustrata fuerunt. Istis exemplis addam nunc ex superiore sæculo aliud, quo pater quidam Pragæ in Bohemia pro tuenda filiarum pudicitia turbam convocavit; quod profecto impune ferre debuisset, si etiam hi, qui vim parabant, in illa turba periissent. Rem sic narrat Bassompierre *dans l'histoire de sa vie, tom. I. pag. 103. seqq. Le General Rosworm, pensant m'obliger, m'embarqua en une assés mauvaise affaire. Il avoit traitté avec un hoste de la nouvelle ville, que pour*

deux cens ducats il luy livreroit ses deux filles, qui estoient tres-belles, & je pense qu'il surprit ce pauvre homme estant yure, pour luy faire cette promesse, comme il apparut en suite. Car comme nous fusmes arrivés à deux pas de cette hostellerie, nous descendismes de carrosse, qu'il commanda de retourner & de nous attendre là, & le Rosworm & moy, avec un sien page Boheme, pour nous servir de Truchement, allasmes en cette hostellerie. Nous trouvasmes le pere dans son poile avec ses deux filles, qui travailloient à leurs ouvrages, qui fut aucunement estonné de nous voir, & plus encore, lors que le Rosworm luy dit, que nous luy portions chacun cent ducats pour avoir le pucellage de ses deux filles, comme il luy avoit promis. Lors il s'escria, quil n'avoit jamais promis telle chose, & ouvrant la fenestre cria par deux fois, morteriau, morteriau, qui veut dire au meurtre. Alors le Rosworm luy porta le poignard à la gorge, & luy fit dire par le page, que s'il parloit aux voisins, & s'il ne commandoit à ses filles de faire nostre volonté, il estoit mort, & me dit cependant, que je prisse une de ses filles, & que je m'en jouasse. Moy, qui pensois estre venu à une affaire, où toutes les parties estoient d'accord, fus bien estonné, lors que je vis qu'il nous falloit forcer les filles, en la presence de leur pere. Je dis au Rosworm, que je ne m'entendois point à forcer des filles. Il me dit lors, que, si je ne le voulois faire, je vinsse tenir le poignard à la gorge de son pere, & qu'il feroit son devoir avec une des deux filles: ce que je fis à grand regret, & ces pauvres filles pleuroient: le Rosworm commencoit à en baiser une, quand un grand bruit du voisinage, esmeu aux cris qu'avoit fait l'hoste, luy fit lascher prise, & me dire, qu'il nous falloit payer de courage & de bonne mine, ou qu'autrement nous estions perdus. Lors il fit dire à l'hoste, qu'il le tueroit, s'il ne nous faisoit sortir des mains du peuple. Cet hoste avoit une jupe volante, sous laquelle il luy mit sa dague, qu'il luy tenoit contre la chair, & me fit donner le poignard du page, pour en faire de mesme. Ainsi sortismes

tismes du poile, jusques à la ruë, l'hoste intimidé disant toujours au peuple, que ce n'estoit rien, jusques à ce qu'estant un peu esloignés, nous retirasmes nos dagues de dessous sa jupe, & l'hoste commença a crier comme devant, morteriau, morteriau: ce qui convia le peuple de courir après nous avec infinis coups de pierres. Alors le Rosworm me cria, mon frere, sauve qui peut. Si vous tombez, ne vous attendez point, que je vous releve: car chacun doit songer à soy. Nous courions assés viste, mais une pluye de pierres nous incommodoit grandement, dont l'une ayant donné dans les reins du Rosworm, le porta par terre, & moy, pour ne faire ce qu'il m'avoit dit qu'il me feroit, le relevay, & l'aiday à marcher vingt pas, au bout desquels nous trouvasmes heuresement nostre carrosse, auquel nous estans jettés nous fismes toucher, jusques à ce que nous fussions en seureté dans la vieille-ville, estans eschapes des pattes de plus de quatre cens personnes.

PRÆSES CANDIDATO SVO SALVTEM.

Qui intra proxima quatuor sæcula commentarios juris scripserunt, maximam partem hodie infelix hoc fatum experiuntur, ut honorem, quo olim floruerunt, pedetentim amittant, & negligi primum, deinde & ignorari incipiant. Ætas, quæ aliorum libris pretium addit, hoc Jureconsultorum scriptis detrahit, ac tandem plane aufert. Igitur ego bibliothecæ, si quam ex priscorum juris interpretum, Bartoli, Baldi, Jasonis, similiumque, voluminibus compositam in pulvere jacere video, inscribi posse existimo:

Nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus.

Forsan nos, qui hodie scribendo plausum aliquem laudemque meremur, post centum annos eadem cum his, qui

nos antecesserunt, fata habebimus, & lectorem tunc amplius non inveniemus. Quapropter longe rectius faciunt, qui magis se ad agendum, quam ad scribendum, applicant. Est quippe hæc jurisprudentiæ pulcherrima pars, gerere negotium publicum, cognoscere, judicare, caussas agere, promere ac exercere justitiam, quæque alii literis consignant, in usu habere. Hanc meliorem partem tu tibi, Candidate ornatissime, elegisti, prudenti profecto consilio. Etsi enim nondum adhuc sciamus, quid de magna advocatorum parte futurum sit, quam optimus princeps tanquam reipublicæ inutilem ex curiis, quas artibus suis rabulisticis hucusque turbavit, exturbare decrevit; tibi tamen inde nihil metuendum est. Spectat hoc sapientissimum consilium ad hos solos, qui indigni in causidicorum ordinem superioribus temporibus irrepserunt, ac nobilissimam artem ignorantia & præstigiis suis in maximum contemtum adduxerunt, sibique magis, quam clientibus suis, servierunt. Tibi vero, tantum abest, ut inscientia objici possit, ut potius sancte adfirmem, nos aliquot ab hinc annis doctiorem melioremque candidatum non habuisse. Quæ affirmatio mea, uti maxime sincera est, ita Tibi forsan aliquid utilitatis adferet apud eos, qui meis testimoniis, semper verissimis, & commendationibus fidem habent. Id unicum adhuc adscribo, me non dubitare, quin integritas tua se eruditioni æquatura sit. Quæ duo si conjungis, viam tibi ipsi ad majores honores sternes, ac omnia, quæ cupis & optas, etsi nunc difficillima videantur, consequeris. Vale. Vitembergæ XII. Kal. Jun. anni cIↃ IↃ CCXXXVII.

SPE-

SPECIMEN DXCV.
AD LIB. XLVIII. TIT. VII.
DE
VI, QVÆ IN PIGNORATIONIBVS COMMITTITVR.

I.

Pignorationes vulgo definiuntur, quod ſint vis privata.

II.

Verum hoc eſt de iis, quas Germani veteres creditori in debitorem ſuum, etiam Cæſarem & Principes, permiſerunt.

III.

Sed, poſtquam leges publicæ has vetuerunt, illæ, quibus hodie uti licet, proprie non ſunt vis privata;

IV.

Verum defenſio poſſeſſionis ſuæ contra vim privatam, ipſo jure naturali licita.

Vis privata maxime in pignoribus committitur: *de* quibus *Pignorationibus*, etſi in *Meditationum ad Pand. Volumine II.* integrum *Specimen CXI.* exſtet, novas tamen quasdam meditationes hic communicabo. Quotquot de pignorationibus ſcribunt, eas ſic definiunt, ut vim privatam pro genere ponant, nec errant, ſi jus vetus Germanorum ſpectes, quo creditor debitoris ſui vel perſonam vel prædia vel res mobiles, ut illarum diſtractione ſuum poſſit conſequi, violenter auſuque privato invadit. Hic violentus ſuum perſequendi modus ma-

joribus nostris tantopere placuit, ut ipse Cæsar ac Principes illum civibus suis ac ministris in se ipsos permitterent, cujus rei illustre exemplum habet *Lunig* im Reichs-*Archive*, *tom. XII.* Absatz *III. pag.* 78: Ich Gottfriedt Pauler *Vicedom* an dem Rheine, des Hochgebohrnen Herrn, Herrn Ludwigen, des Römischen Königs, vnnd Herrn Rudolffen, deß Edlen Pfaltzgraven bey Rhein, und Hertzogen in Bayern, rc. Veriehe und thun kund allen denen, die diesen Brieff ansehent oder hörent lesen, daß ich von meiner vorgenandten Herren wegen han gelobet Jacob Lercken von Dürmstein 60. Pfundt Heller, vnd da soll Er jetzund vmb dienen meinem vorgenandten Herrn dem Könige, die vorgenandte Heller soll man dem vorgenandten Jacoben geben auf Sanct Georgen Tag, der nun nechst kompt, Gebe man aber dem vorgenandten Jacob das vorgenandt Geldt nicht auf das vorgenandte Ziel, so möchte vnd solt der vorgenandte Jacob, meinen vorgenandten Herrn den König pfenden, vnnd die Pfandt treiben und führen in Meines Herrn Hertzog Rudolphen Vesten, ohne seinen Zorn vnnd ohne seiner Armen Leuth Zorn, vnnd solte das auch sein ohne deß Königs und seiner Armen Leuth Zorn: Wäre es aber, daß der vorgenandt Jacob vorgenandten Herrn den König nit möchte gepfenden, ohn alles Gefährde: So möchte er und solte meinen vorgenandten Herrn Hertzog Rudolffen angreiffen vnd pfendten, ohne seinen und seiner Armen Leuth Zorn: Vnd darüber zu einem Vrkundt, so gib ich ihme diesen Brieff mit meinem Insiegel versiegelt der ward geben, da man von Christi Geburt zahlte dreyzehen hundert Jahr, und darnach in dem Funffzehenden Jahr an dem nechsten Dienstag nach *Bartholomæi* Tag. Sæculo sequente adhuc hoc pignorationum genus in pu-

publicis comitiis probatum ac lege stabilitum fuit. Ita enim in dem Reichs-Abschiede zu Franckfurth am Mayn *de anno* 1442. qui vulgo Käyser Friedrichs *Reformation* appellatur, *cap.* 3. constituitur: Item ob yemand zu dem andern kuntlich vnd vnlogenbar Schuld hette, hette dan der Schuld-Vorderer Bürgen, oder Brieve, so möchte Er sein Schuld Vordern vnd einbringen nach laut vnnd Sage solicher seiner Brieve, vnnd als Im versprochen ist zu bezahlen. Möchte aber einer nicht bezahlt werden nach seiner Brief Lute, oder als Im versprochen wäre, daß man In bezahlen solt, vnnd Im alßdenn zu pfenden darum geputte, der sol es doch mit den Pfanden halten, so hernoch geschriben steet. Doch darum vnvergriffen die Kaufleute, die sollen einander zahlen, auch jedermann sein Zinse, Gulte, vnnd Zehende ynprinngen, alsdan bisher herkommen ist. Vnnd der also pfenden will, sol vor, ehe er darum pfendt, den, der Im die Schuld schuldig ist, schrifftlich, münndlich oder vnder Augen erfordern, In umb sin Schuld gütlich oder mit landlöffigen billichen Rechten vnclaghafft zu machen in den nechsten zwain Monaden nach solicher Ermanung glich nacheinander volgende, vnnd ob er in solicher Zite in obgeschriebener Masse nicht vnclaghafft gemacht wurde, so mag er den, der Im schuldig ist, vnnd desselben Habe vnnd Gute darnach pfenden vnnd angryffen. Istiusmodi pignorationes vis privata utique erant, & in legibus Romanis, *L.* 13. *Quod metus caussa*, *L.* 7. *ad L. Juliam de Vi privata*, & *L.* 7. *C. Vnde vi* sub pœna amittendi juris sui prohibentur. Quam pœnam deinde etiam Germani in publicis legibus suis, nempe in *Ordinat. Cam. Wormat de anno* 1521. *tit.* 32. §. 2. sanciverunt, ac, coërcita prisca pignorationum licentia, istas solas reliquerunt, quibus domi-

 nus

nus pecora aliena, agris suis damnum inferentia, vel res alias, in prædio suo deprehensas, occupat, nec nisi damno restituto dimittit. Hæ vero non sunt vis privata, sed justa tuitio possessionis suæ, qua vis aliena repellitur. Ais, inest tamen ejusmodi defensioni aliqua vis. Inest utique, attamen non infertur, verum opponitur saltem, atque adeo omni jure, etiam naturali, permittitur. Clarius hoc explicuerunt JCti Vitembergenses in responso mense Februario anni cIↃ IↃ CC XXXV. exarato: **Wird zu wissen begehret: Ob der Besitzer des Hauses Brachwitz wider diejenige, welche sich das Brachwitzische Wege- und Brück-Geld zu entrichten weigern, mit Pfändung zu verfahren befugt sey? Wiewol nun die Pfändungen eine Privat-Gewaltthätigkeit seynd, die Rechte aber alle Privat-Gewaltthätigkeit untersagen, und allen Menschen, sich selbst Recht zu schaffen, verbieten, sondern dieselbe an die ordentliche im Lande gesetzte Obrigkeit und Gerichte verweisen. Dennoch aber und dieweil sowol die Römische als Teutsche Rechte einem jeden, sich bey seinem wohl erlangten Besitze gegen alle Privat-Eingriffe zu schützen, erlauben, und denn die Pfändung eigentlich keine Gewaltthätigkeit, sondern eine Defension und Mittel ist, wodurch man sich bey seiner Possession mainteniret, folglich nicht sowol derjenige, welcher pfändet, sondern der, welcher den andern in seiner Possession stöhret und kräncket, also die Pfändung veranlasset, eine Privat-Gewaltthätigkeit begehet; So ist der Besitzer des Hauses Brachwitz, daferne er bishero das Brück- und Wege-Geld von den Leuten erhoben, demnach in Possession solchen Juris stehet, wohl befugt, diejenige, welche sich solches Geld ferner zu entrichten weigern, zu pfänden, und sich dadurch in dem Besitze zu schützen.**

V.

V.

In pignoratione moderamen inculpatæ tutelæ servandum est.

VI.

Si quis hos limites egreditur, is non solum damni restitutionem petere non potest, sed præterea, si quidem excessus notabilis est, punitur.

Quum, ut in antecedentibus dictum, pignorationes, quousque hodie tolerantur, non tam sint vis, quam defensio contra vim, consequitur, eosdem limites, qui communiter moderamini inculpatæ tutelæ ponuntur, hic etiam observari oportere, & peccare ac vim inferre, quisquis eos egreditur. Perdit igitur actionem suam, qua damni restitutionem petere potuisset. Sic mense Septembri anni 1734. hominem, in cujus ædes canis alienus intrarat, carnesque vorarat, pretium harum carnium a domino canis petentem, a limine judicii repuli propterea, quod canem, quem includere potuisset, verberibus male mulctarat: Weil die Rechte ein Thier, welches Schaden thut, nur zu pfänden und anzuhalten, oder zu verfolgen erlauben, hingegen zu schlagen, es sey denn aus Nothwehre, verbieten, **Sachsen-Spiegel** *lib.* 2. *art.* 47. & 62. item *lib.* 3. *art.* 48. adde *Medit. meas ad Pand. Spec.* 111. *de Pignorationibus*, *med.* 11. so hat Klägers Suchen nicht statt, und ist er die dadurch verursachte Gerichts-Kosten zu tragen schuldig. Quin imo, si notabilis excessus defensionis fuit, excedens propter vim privatam juste punitur. Igitur mense Februario anni 1733. hominem, qui equos currui alligatos in agro suo juste pignorarat, sed lora, quæ solvere potuisset, per iram disciderat, punivi, a restitutione damni tamen, quod alter in re illicita deprehensus fuisset, absolvi: Lange wird 2. Tage mit Gefängniß bestraft, und die an-

ge-

geschriebene Gerichts-Gebühren zu erlegen angehalten, jedoch mit Bezahlung der entzwey-geschnittenen Stränge, in Ansehung, daß Thiele nicht über jenes Feld fahren sollen, verschonet.

VII.

Occupatio pignoris in alio loco, quam in quo damnum datum, vis privata est.

VIII.

Animal alienum, in suo deprehensum, persequi quidem, si fugiat, in alienum agrum, sed non ibi occupare licet.

Dixi in supra memorato *Specimine CXI. de Pignorationibus, medit.* 7. vitiosam esse pignorationem, quæ in re præsenti non fiat. Quemadmodum enim fines inculpatæ tutelæ excedit, qui adgressorem repulsum persequitur, alibique vulnerat, ita damnum passus nequit rem, per quam damnum datum, postea in alio loco adprehendere. Quem in modum Scabini Vitembergenses mense Octobri anni cIↄ Iↄ CCXXXI. responderunt: Dieweil der von Voigt in Abforderung und gewaltsamer Ergreifung eines Pfandes auf des Amts Gerichtsbarkeit und ausser dem Orte des zugefügten Schadens widerrechtlich gehandelt, und Knollen sich zu wiedersetzen und mit einem Steine zu wehren Ursach gegeben, anbey denselben geprügelt, diesemnach dasjenige, was an Knollen strafbares überbleibet, eigentlich nur auf eine bäurische Grobheit hinausläuft; So fällt die Knollen zuerkannte Abbitte, das 3. Monathliche Gefängniß und die Erstattung der aussergerichtlichen Kosten hinweg, sondern es werden ihrer Begünstigung halber Knoll 6. Tage mit Gefängniß, oder umb ein Nsch. der von Voigt aber um 5. Rthlr. bestraft, beyde auch zu Bezahlung der durch sie verursachten Unkosten angehalten.

Magis

Magis ergo peccant, & pacem quoque domesticam violant, qui pignus ex ipsis domini ædibus sine judicis auctoritate extrahunt. Sic mense Martio anni cIↄ Iↄ CCXXXV. judicavi: Weil beyde Theile darinneu einig, daß den Coßsäthen die Grentzen und Reinungen zu begrasen erlaubt, hingegen auf die Felder selbst zu kommen verboten sey, so stehet zwar den Acker-Leuten frey, die Coßsäthen, wenn sie solche in handhafter That auf ihren Feldern oder sonst in verbotnen Handlungen und Orten antreffen, daselbst ohne Vorbewust des Amts zu pfänden; wenn sie aber ihnen ein Pfand aus dem Hause nehmen wollen, so kan solches nicht eigenmächtig, sondern es muß auf Amts Verordnung geschehen. Da also die Acker-Leute hierunter ihrem eignen Geständnüsse nach fol. 8. wieder die teutsche Rechte und Gewohnheiten, *Speculum Sax. lib.* 2. *art.* 28. & 40. gehandelt, so werden sie zusammen um 1. ℳßo bestraft, und die innen behaltene Pfänder binnen 2. Tagen heraus zu geben, bey 5. Thlr. Strafe angewiesen. Fac vero, animal, quod quis in agro suo deprehendit, dum id occupare parat, fugere ac se in vicinum agrum recipere. Poteritne tunc saltem illud persequi, ac adprehendere? Non poterit. Verant hoc leges inculpatæ tutelæ, ut supra dixi. Vetat etiam *jus Saxonum priscum*, atque viam, qua tunc eundum sit, accurate præscribit in *lib.* 2. *art.* 47. **So lade der, dem der Schade geschiehet, darzu zwene Manne, und beweiß ihn den Schaden, und folge dem Viehe nach in seines Herrn Hauß, und beschuldige ihn darum, so muß er ihm den Schaden bessern für das Viehe, als ob es gepfändet wär.**

IX.

Qui pignus captum in judicium non defert, vis privatæ reus est;

X.

Sed tamen nihilominus damni restitutionem petere potest.

Si quid etiam violentiæ privatæ pignorationibus inest, hoc ut confestistim tollatur, ac interventu auctoritatis publicæ quasi corrigatur, patriæ leges tam antiquæ, *in Reformatione Friderici III. de anno* 1442. §. 3. quam recentiores *in Constit. elect. Sax.* 7. *Part.* 2. provident, & pignus, simulac captum est, in judicium deferri jubent. Qui hoc negligit, ac pignus privata custodia detinet, vim facere incipit, ac jus pignoris & retentionis perdit. Sed numquid etiam actionem legis Aquiliæ, seu jus damni reparationem petendi, amittet? Ita videtur secundum *articulum* 32. §. 2. **der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Wormbs** *de anno* 1521. verbis: **Gerechtigkeit, um die der Streit gewesen, verlohren haben, nach Ordnung gemeiner Recht,** scilicet in *L.* 13. *Quod metus caussa.* Verum quum vis injusta hic incidat saltem, & in principio legitima fuerit, excessus hic tam gravem pœnam non meretur. Adsentio itaque *Bergero in Oeconomia juris pag.* 269. *n.* 8. actionem pro damno restituendo sic non amitti, statuenti, atque sic mense Sept. anni 1732. respondi: Weil Cajus das Pfand nicht in das Gerichte geliefert, mithin zwar das Jus retentionis, nicht aber actionis, verlohren, so wird er das gepfändete Rind der Semproniæ ohne Verzug heraus zu geben, und die bisher verursachte Kosten zu bezahlen angehalten, ihm jedoch seinen Schaden durch die vorgeschlagene Zeugen oder sonsten binnen 14. Tagen bey zu bringen frey gestellet.

XI.

Qui pignus captum domino privatim reddit, ac cum hoc extra judicium transigit, auctoritatem magistratus non violat.

Iubent

Iubent Germaniæ leges, quemadmodum dixi, pignus captum judici exhiberi. Captant hoc sæpe magiſtratus noſtri, lucri, quod eis inde obventurum eſt, ac ſportularum cupidi, & pignorantem, qui cum eo, a quo damnum paſſus eſt, tranſigit, huicque pignus confeſtim reddit, tanquam judiciariæ poteſtatis violatorem, ad judicium trahunt, punireque volunt. Improbe. De delictis privatis tranſigi omni tempore licet, & magis etiam, antequam querela in judicium defertur, *L.* 7. §. 14. *in fine L.* 17. §. 1. *de Pactis.* Nec obſtat *Conſtit. elect.* 8. *Part.* 2. quæ quippe transactiones & pacta privata non vetat. Quapropter ſic menſe Auguſto anni 1732. reſpondi: Gräfe und Keferitz haben darunter, daß ſie die gepfändete Pferde, ohne ſie auf das Gerichte zu bringen, guttwillig abfolgen laſſen, und ihren privatim erlittenen Schaden entweder remittiret, oder ohne Proceſs bezahlt genommen, nichts ſtrafbares befangen, geſtalt die Churfürſtl. Sächſiſche 8. Conſtit. part. 2. mehr nicht, als die Pfande in andere Gerichte zu bringen, verbiethet.

XII.

Pignorans, dummodo finem ſuum, tuitionem ſcilicet poſſeſſionis & cautionem de damni reſtitutione, obtineat, in pignoribus capiendis moderatus eſſe, &, quam poteſt, minime nocere.

XIII.

Igitur res inanimatas potius, quam pecora, capere,

XIV.

Atque pignoribus, quæ infra æſtimationem damni dati ſunt, ſi ei per hæc ſatis cautum eſt, contentus eſſe,

XV.

Nec, quod accepit, pignus reddere, ac pretioſius occupare debet.

XVI.

Qui secus facit, ei impune resistitur.

Ex primo illo, quod stabilivi, principio: pignorationem scilicet saltem defensionem possessionis esse, atque adeo in ea moderamen inculpatæ tutelæ servari oportere; uti omnes, quæ de pignoratione moventur, lites decidendæ sunt, ita quoque omnes, quas proposui, theses fluunt, secundum quas hunc in modum mense Januario anni 1739. judicavi: Weil sonderlich bey angesessenen Leuten eben nicht auf den Werth des Pfandes, sondern nur darauf, daß selbige dingpflichtig gemachet, und im Leugnungs-Falle re ipsa überwiesen werden mögen, gesehen wird, auch, wenn todte Pfände vorhanden, lebendige nicht leichtlich genommen werden sollen, so hat Denunciant dadurch, daß er an den ihm angebothenen todten Pfanden sich nicht begnügen wollen, und solche so gar, nachdem er sie einmahl angenommen, wieder zurück geworffen, unrecht gehandelt, und in der Pfändung trunckener Weise excediret, wird also, da Denunciat das Pferd folgen zu lassen sich nicht unbillig verweigert, mit seiner Rüge nebst ernstlichen Verweise abgewiesen, und alle verursachte Unkosten zu bezahlen angehalten.

XVII.

Pignoratio pro tuenda saltem possessione, non proprietate, permittitur.

XVIII.

Peccat ergo & vim privatam committit, qui, dum non possidet, dominium tamen & jus indubium habens, possessorem pignorat.

Sic

Sic privatim consultus mense Novembri anni 1737. respondi: Ist die Gemeinde zu Radis mit der Gemeinde Gremmin der Huthung halber anno 1736. in Proceß verfallen, und bey dem Besitze solcher Huthung, jedoch anfänglich mit Ubergehung des Büschgens sub A. geschützet, nachgehends jedoch dieses Urthel in der Appellations-Instanz auch auf das Büschgen sub A. erstrecket worden, da denn zu wissen verlanget wird: ob die inzwischen von der Gremminischen Gemeinde unternommene Pfändung rechtmäßig, und die Radisser Gemeinde das Pfand gehörig ablösen müsse? Nun führet zwar die Gremminische Gemeinde vor sich an, sie habe bey der unternommenen Pfändung so wol den klaren Buchstaben des im Jahre 1673. ertheilten rechtskräftigen Bescheides, mithin die unläugbare Jura petitorii, welche das Possessorium absorbiren, als auch das in erster Instanz über die Possession gesprochene Urtheil, worinnen das Büschgen sub A. ausgenommen sey, vor sich gehabt, zudem wieder die ihr ehemahlen geschehene Inhibition und den Befehl, das Pfand heraus zu geben, gehörige Vorstellung gethan, der Radisser Gemeinde Erklährung gefordert, auch selbst appelliret, da denn der obere Richter diese Appellation mit angenommen, gleichwol in dem Appellations-Urtheile des Pfandes halber nichts reguliret. Alldieweil aber die Jura petitorii, wenn sie das Possessorium absorbiren sollen, gantz ungezweifelt und unläugbar seyn müssen, hier hingegen die Radisser Gemeinde der von der Gremminischen Gemeinde zum Grunde gesetzten rei judicatæ verschiedene wahrscheinliche und eine genauere Untersuchung erfordernde exceptiones, insonderheit der von ihr gleich Anfangs dargegen eingewendeten und unerörterten Leuterung, der Verjährung, der Ungewißheit, welcher Ort eigentlich unter dem Büschgen sub A. verstanden werde, opponiret, und die darwieder

 von

von der Gremminischen Gemeinde vorgeschützte Replicæ auf Beweiß ankommen, überdies, da ob gedachte Radisser Exceptiones bey dem angestelltem Possessorien-Processe von genugsamer Erheblichkeit geachtet, und deshalb die Radisser Gemeinde bey dem Besitze geschützet, und die Greminische Gemeinde in das Petitorium verwiesen, mithin der Radisser Gemeinde Besitz noch zur Zeit vor gegründet geachtet, und die Gremminische Pfändung implicite vor unrechtmäßig erkannt, anbey die in dem Urthel erster Instanz enthaltene Ausnahme des Büschgens sub A. wieder aufgehoben, dieses alles auch rechtskräftig worden, und denn hieraus von selbsten fliesset, daß die Gremminische Gemeinde den Radisser zugestandenen Besitz durch ihre Pfändung, welche zu Maintenirung der Possession, und nicht des petitorii, vergönnet wird, also contra possidentem keine statt findet, zur Ungebühr turbiret, folglich das Pfand ohne Entgeld heraus geben müsse, da zumahl schon im Jahre 1714. eine Inhibition, und nachgehends bey dem Processu possessorio eine Verordnung, das Pfand ohne Entgeld heraus zu geben, ergangen, und diese Verordnung, ob ihrer gleich in dem Appellations-Urthel nicht gedacht wird, nicht wieder aufgehoben, demnach bey Kräften geblieben ist; So thut die Gemeinde zu Gremmin wohl, und erspahret Zeit und Unkosten, wenn sie der Gemeinde zu Radis das Pfand ohne Entgeld abfolgen lässet.

COROLLAR.

Animadverti ex actis, rusticos nonnunquam loco pignorationis lora dissecare, atque hoc pro consuetudine inter agricolas recepta, einem Ackergebrauche, venditare. At enimvero hoc cum natura pignorationis pugnat, quemadmodum *supra in medit.* 5. dictum; & de consuetudine rece-

recepta non constat. Itaque istam ruptionem lororum pro facto illicito nuper adhuc declaravi.

SPECIMEN DXCVI.

AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

HOMICIDIUM CRIMEN IRREMISSIBILE ESSE.

I.

Commentariolus de injusta in homicidas indulgentia, anno 1714. *editus, luce aliqua eget.*

II.

Peccant, qui principi jus, pœnam dolosis homicidis remittendi, tribuunt.

III.

Improbantur leges & consuetudines, quæ homicidia mitius, quam morte, puniunt.

Scripsit olim, me suggerente, dirigente & corrigente, *Albertus Riperus, Bremensis*, qui admodum juvenis decessit, sed binis tamen scriptis, quorum alterum ipse sub titulo *Moses & Aaron*, alterum *de lege ac legibus divinis positivis universalibus*, eo mortuo, frater illius edidit, aliquod in republica literaria nomen adeptus est, commentariolum *de Injusta in homicidas indulgentia*, quem etiam nunc probo, sed tamen in nonnullis capitibus majore luce opus habere, animadverto. Nam Riperus ingenio non solum florebat, sed abundabat etiam, eique sæpe plus, quam par

par erat, indulgebat. Exſtant ejus rei adhuc aliqua in ſcripto illo veſtigia, ſed exſtabant longe plura, quum id mihi primum offerret. Itaque multa confeſtim expunxi, multa vero ex ſolita Præſidum indulgentia reliqui, ne continuæ lituræ belliſſimum ingenium offenderent, & abſterrerent. Nunc autem defuncto illo, lucem, qua id ſcriptum adhuc opus habere, dixi, *in ſequente Specimine DXCVII.* adferam, & adjiciam nonnulla, detraham etiam, explicabo, temperabo, quin aliquando emendabo. In præſens id ſolum caput, quod de ultimo ſupplicio homicidis doloſis non remittendo agit, paulo copioſius, quam *in* §. 6. *&* 25. factum eſt, exponam. Ne tamen idem bis ſcribam, lectorem, quod ad *meditationes* 2. *&* 3. ad ipſos §. 6. *&* 25. in quibus illæ exponuntur, ablego.

IV.

Per homicidium, ſi id non puniatur, totam provinciam impiari ac pollui, non ſolum ex ſacro codice, ſed & recta ratione conſtat.

V.

Homicidium ergo apud Chriſtianos crimen irremiſſibile eſſe debet, atque tale in Saxonia noſtra declaratum eſt.

Ex omnibus, qui pro ſtabilienda neceſſitate ultimi ſupplicii in homicidas ex ſacro codice adferuntur, locis nullus animum meum magis movet, quam *Numerorum XXXV*, 32. 33. 34. in quo ſic Deus: *Ne terram, in qua eritis, impietis. Nam ſanguine impiatur terra, neque a ſanguine in ea fuſo expiatur, niſi ejus ſanguine, qui fudit;* quibus jungo 2. *Samuelis XXI*, 1. 14. nec non 1. *Regum. II*, 31. Et movent hæc me magis, quod animadverto, philoſophos, etiam non Chriſtianos ac idolorum cultores, veritatem ejus ex recta rati-

ratione agnovisse. Quamvis enim recta ratio, ut homicida crimen suum morte luat, non præcipiat, puniri tamen eum jubet. Igitur philosophi prisci prorsus simili fervore, quo nostri concionatores sacri de piaculis publicis, von den Blutschulden des Landes, dicere solent, contra eadem declamant. Cujus rei luculentum specimen in *Libanii Sophistæ oratione de ulciscenda Juliani nece* §. 20. apud *Fabricium in Volumine VII. Bibliotheca græcæ pag.* 170. *seqq.* exstat. Totum nempe hujus §. 20. argumentum est, Deos vindictam cædis, ab uno vel paucis commissæ, ad totam civitatem, si hæc interfectores non puniat, extendere; id quod variis exemplis ibidem confirmatur. Non dicam nunc de Dracone, Atheniensium legislatore, qui non solum sicarios ultimo supplicio adfecit, sed & bruta animalia, quæ hominem necarant, occidi atque res inanimatas, τα ἄψυχα, si quod eorum corruens hominem peremisset, in mare projici aut alias aboleri jussit, teste *Pausania in Eliacis pag.* 478. Objicietur quidem mihi, Draconis leges secundum *Gellium Noctium Atticarum lib.* 11. *cap.* 18. impendio acerbiores, seu, ut Demades orator apud *Aristotelem lib.* 2. *rhetoric. cap.* 23. loquitur, non atramento sed sanguine perscriptas fuisse. Attamen Solon, Draconis successor, mitissimus vir, etsi apud *Plutarchum* omnes Draconis leges aboleret, solam tamen de sicariis retinuit. Pie itaque Jo. Georgius II. Septemvir Saxo, in *Ordinatione politica anni* 1661. *tit.* 6. peculiariter, homicidii, des freventlichen und vorsätzlichen Todtschlags, pœnam remitti aut temperari, vetat.

VI.

Transactiones principum cum homicidis juri divino non conveniunt.

VII.

Sed tamen facilius excusantur, si quidem ante omnia occisi vidua ac heredibus satisfiat.

VIII.

Istiusmodi transactiones inter origines feudorum oblatorum referendæ sunt.

Prisci Cæsares ac Principes Germaniæ sæpe cum homicidis de pœna transegerunt, crimenque, accepta pecunia aut alia re, aboleverunt. Quod quidem, si legem Dei universalem de homicidis ultore ferro persequendis spectas, non potest omnino excusari, sed aliquam tamen veniam propterea meretur, quod Principes illi non ante, quam & occisi viduæ ac heredibus satisfactum ac cum his transactum esset, ad transactionem venerunt. Inprimis autem istæ transactiones inter origines feudorum oblatorum referendæ sunt. Cujus rei illustria exempla in Germaniæ annalibus reperiuntur, ex quibus hoc maxime memorabile est: Quum in principio sæculi XVI. Ferdinandus I. rex Romanorum, Wurtenbergiam, Vlrico duci ablatam, ex beneficio Caroli V. fratris teneret, Gultlingius quidam, eques Imperii, ob homicidium in agro Wurtembergico commissum profugus, bonisque exutus, tandem anno 1533. hæc bona, in feudum prius oblata, a Ferdinando recepit. Transactio ipsa sic concepta est: **Ich Sebastian von Gültlingen** der Aelter, und sambt Ihme **Wir Sebastian, Jacob** und **Georg von Gültlingen** seine Söhn, bekennen für uns und unsere Erben, und thun kundt offenbahr allermänniglichen mit diesem Brief, als Ich vorgemeldter **Sebastian von Gültlingen** der Aeltere, verwailter Zeit, zwischen **Böblingen** und **Eh-**

Ehningen im freyen Feld, und des Fürstenthumbs Württemberg, hohen und nieder Oberkeiten auf Kilian Hemmerers seeligen gedachts Fürstenthumb Württemberg Einspänniger und bestellten Diener gestanden, darunter sich zugetragen und begeben, daß gedachter Kilian verwundt worden, dermassen, daß er solcher Beschädigung halb, unlang darnach, ausser dieser Zeit tödtlich verschieden ist, deßhalb in Besorgung Ungnad, und Unsicherheit, meine Sitz, Schlösser, Dörffer, Flecken und Güter, verlassen, und mich an meine Gewarsame verfügt und gethan, dardurch folgends der Allerdurchleuchtigist Großmächtigist Fürst und Herr, Herr *Ferdinand*, Römischer zu Hungarn und Böheim ꝛc. König, Hertzog zu Württemberg ꝛc. unser allergnädigster Herr, nicht unbillig verursacht und bewegt, vorgemeldt mein Sitz, Schlösser, Dörffer und Güter, so viel deren in gemeldtem Fürstenthumb Württemberg gelegen, durch Ihrer Königl. Majest. Statthalter und Regenten jetzmahls Fürstenthumbs zu Dero Handen und Gewalt einnehmen zu lassen, wie dann beschehen, und aber jetzo hochgenandt Röm. Königl. Majest. auf mein und obgemeldter meiner Ehlichen Söhn, auch ander meiner Herren und Freund, unser unterthänigst, und hochfleißigst Bitten, im Bedencken, daß Ich mich zuvorderist mit Kilian Hemmerers seel. Haußfrauen, Kinder und Freundschafft vertragen, welchem abgeredten und beaydigten Vertrag Ich in alleweg geleben und Folg thun soll, und will mich sambt uns beeden seinen Söhnen, auch unsern Dienern, und wer solcher Entleibung Schuld haben mag, wiederumb zu Gnaden angenommen, und ausser Sorgen gelassen, und uns all eingenommene Schlösser, Dörffer, Leuth und Güther wiederumb ein-

eingeben und zugestellt hat, daß alles Wir zu unterthänigstem höchstem Danck angenommen, daß Wir dargegen und umb solcher erzaigter Gnaden willen, mit Trewen gelobt, und darzu gelehrten Aeyde zu GOtt und den Heiligen geschworen, auch unsere Erben damit gleicher massen verpflicht, verbunden und verschrieben haben, und thuen das hiemit wissentlich, in Krafft diß Briefs also und dergestalten und Anfangs: So machen wir sonderlich unverscheidenlich all und jede nachbemeldte Schloß und Flecken, nemblich, Schloß und Dorff Pfeffingen, den Drittheil dieser Flecken Boltringen und Oberndorff mit allen und jeden derselben Hohen und Niedern Obrigkeiten, Gerechtigkeiten, Zu- und Inngehörungen, nichts davon ausgenommen, noch hindan gesetzt, so viel daran bißher aigen gewesen, und hievor nicht Lehen ist, der Königl. Majest. und dem Fürstenthum Württemberg, mit diesem Brief zu rechten Mann-Lehen, die wir und unser Mann-Lehens-Erben jetzund künfftiglich dermassen empfangen, tragen und verdienen sollen und wollen, nach Mann-Lehens-Recht, Sitten und Gewohnheit, und als ein Altvater- und Schild-Lehen. Wir geben also, stellen auch zu das Eigenthumb derselben hochernandter Königl. Majest. als Hertzogen zu Württemberg, alles in der besten Formb, Maaß und Gestalt, wie das inn- und ausserhalb Rechtens am beständigsten und kräfftigsten immer seyn kan und mag. Adjectam eam reperies der in Jure & Facto best-gegründeten Gegen-Deduction, worinnen einer unmittelbahren Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben vermitgliedeter Hoch-Fürstl. Würtembergischen Vasallen unfürdenckliche Vor- und Nach-*Erection* des Hertzogthums Württemberg obgehabte und mit Ehren auf die Posterität ererbte Reichs-*Immedietät*, wider den

den von Seiten des Hoch-Fürstl. Hauses Würtemberg, in öffentlichen zu Stuttgard Anno 1695. & 1701. gedruckten Deductionen und Schrifften gegen männiglich, und insonderheit **Jhro Röm. Kayserlichen Majestät** hochpreißlichen Reichs-Hof-Rath neuerlich imputirten, vor Alters obgehabten singularen **Fürstlich Würtembergischen Land-*Sassiat***, und die vermittelst einer sogenandten Rebellion de Anno 1395. unternommene, auch zu Zeiten Hertzog Ulrichs Anno 1519. angefangenen Exilii de facto wiederhohlte, und erst Anno 1561. völlig ins Werck gesetzte Exemption, so zu vermeintem mehrerem Vorstand der einem Schwäbischen Reichs-Ritter-Corpori bey der Würtembergischen **Lehen-Güter** *Consolidationen de facto* **entziehender** *Collectationen* hier und dar im Reich divulgirt worden, abgenöthigter massen defendirt und gerettet wird; sub titulo eines Vertrages, darinn Sebastian von Gültlingen sich mit Röm. Kayserl. Majest. ausgesöhnt; Sed parum accurate. Nam Ferdinandus anno 1533. nondum Cæsar fuit, ad transactionem istam ne quidem ut rex, sed ut Wurtenbergiæ dux, iniit. Aliud exemplum in eadem Deductione apud *Cassandrum Thucelium in Tomo V.* des Heil. Römischen Reichs Staats-*Acten* von jetzigem *XVIII. Seculo cap. 7. Num. V. pag.* 339. refertur: Hohen Rechberg, und andere Rechbergische Ritter-Güter, darunter auch in specie das damahlige Holtzische Ritter-Gut Alfdorff gewesen, waren 1554. zu einem Würtembergischen Lehen gemacht, weilen Ulrich von Rechberg einen Würtembergischen Hüner-Vogt und Glait-Knecht zu Geißlingen aus Ursachen angefallen, darüber solcher geblieben. David Wolleben in seiner geschriebenen Würtenbergischen Chronographia p. 2. f. 704.

IX.

Magistratu, in cujus provincia cædes commissa est, officium suum non faciente, magistratus tamen alius, qui reum in sua provincia deprehendit, & si non requisitus, caussam cognoscere & homicidam punire ex officio debet.

Cædis reus, quum gravibus indiciis premeretur, quæstioni subdi jubetur, sed, dum tormenta expediuntur, e vinculis aufugit, & post breve intervallum in alio oppido, longissime dissito, ob nova flagitia, quorum nullum capitale erat, capitur, ac in judicium ducitur. Dum caussa ejus ibi instruitur, fama de cæde a reo alibi commissa emanat; super qua interrogatus reus, se alibi de homicidio accusatum pendente caussæ cognitione profugisse, fatetur, responsionem vero ad objectum homicidii crimen detrectat, & exceptionem litis pendentis ac remissionis ad forum delicti opponit. Quo audito, magistratus tantisper quiescit, ac ad eum magistratum, a quo reus aufugerat, scribit, exhibitionem rei ad perficiendum cœptum judicium offerens. Hic respondet quidem, sed frigide admodum, ut appareret, oblationem frustra factam, nec reum, si vel maxime exhiberetur, receptum iri. Adjecerat quidem magistratus responsioni suæ excerpta ex actis, sed tam mutila, ut ad caussam legitime instruendam non sufficerent. Propter has difficultates magistratus deprehensionis maluisset & ipse, omissa homicidii caussa, reum ob nova facinora extra ordinem punire. Verum JCti Helmstadienses, hoc cum justitia & officio pii magistratus, qui homicidium punire a Deo jubetur, quemque negligentia alterius magistratus non excusat, pugnare, rati, homicidium porro persequendum & magistratum istum negligentem ad acta integra exhibenda ope principis compellendum, men-

mense Januario anni cIↄ Iↄ CCXXI. responderunt: Daß vor allen Dingen bey Königlicher Geheimbder Rath-Stube zu K. um Communication der zu M. ergangenen Inquisitions-Acten anzusuchen. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil Angeklagter wegen des zu M. an Madewitzen begangenen Todtschlages überaus starcke Indicia wider sich hat, hiernächst exceptio litis pendentis und remissionis ad forum delicti allhier, da man seine Auslieferung in foro delicti nicht einmal begehret, keine statt findet, endlich die Nachläßigkeit einer Obrigkeit in Bestrafung einer vorsätzlichen Mordthat einer andern Obrigkeit keinesweges die Hände bindet, daß selbige nicht nach Vorschrift der göttlichen Gesetze die Sache untersuchen, und die Blutschuld von der Erden tilgen könne; So haben wir kein besseres Mittel gesehen, als daß die Communication der M. Inquisitions-Acten bey der K. Geheimbden Raths-Stube, welche solche zu Behuf der Gerechtigkeit nicht versagen wird, gesuchet werde.

X.

Etiam, qui volentem petentemque obtruncat, homicida est, mortemque meretur.

An, qui volentem ac sponte se morti offerentem occidit, homicida & ultimo supplicio dignus sit, quæritur. Fit hujusmodi oblatio plerumque ex impatientia aut desperatione, cujus exempla in Saulo rege, 1 *Samuel XXXI*, 4. & in Nerone Augusto apud *Suetonium in vita Neronis cap.* 47. exstant, aliquando etiam ex petulantia & ostentatione virtutis. De Lipsio hæc narrat *Janus Nicius Erythræus Pinacotheca III. cap.* I. Audivi de eo, qui sermoni se interfuisse narrabat, in Germania, quum esset apud principem nescio quem virum, ac die quodam

dam injiceretur mentio de Tacito, gloriantem Lipsium dixisse, se aureum illud volumen adeo memoria comprehensum habere, ut nihil ex eo unquam exciderit, qui etiam sponsionem lacessivit, ni ita esset ut diceret; atque: Agite, inquit, statuite hic aliquem cum pugione, ac, si, Cornelium totum recitans, verbum unum peccavero, non recuso quin eo me ille pugione confodiat; ac sponte jugum vel pectus, quod ferire possit, aperiam. Sed Lipsius quidem hoc impune tulit. Funestior sua temeritas fuit adulatori illi, der, narrante *Zeilero in Epistola* 396. sich immer gegen grosse Herren mit den Maul vernehmen ließ, er wolte gerne seinen Kopf vor sie her geben, wenn er ihnen damit dienen könnte, war auch so verwegen, daß er ofte deshalber seinen Kopf auf den Tisch legte. Als er nun dieser Aufschneiderey gegen einen General Fr. Grafen von T. auch sich bedienete, fragte derselbe: Ob es denn auch sein rechter Ernst sey? Als nun dieser mit Ja geantwortet, und den Kopf seiner Gewohnheit nach auf den Tisch legte, hieb der Graf mit seinen Sebel, ehe einer sich dessen versahe, hin, und schlug ihm den Kopf herab. Dieser Herr hat sich zwar eine Zeitlang solches Todtschlages halber auswärts aufgehalten, ist aber doch ausgesöhnet worden. Comes tamen ille verus homicida fuit, mortemque meruit. Præterquam enim, quod, adulatorem caput suum non ex animi sententia devovere, sed saltem dicis gratia offerre, satis intelligebat, tamen, etiamsi seria oblatio fuisset, nosse debebat, neminem vitæ suæ dominum alteri sui occidendi potestatem facere posse.

SPECI-

SPECIMEN DXCVII

AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

DE INJUSTA IN HOMICIDAS INDULGENTIA

PUBLICE DEFENSUM
AB

ALBERTO RIPER
PALAEOGEA-BREMENSI

MENSE MARTIO ANNI clↃ IↃ CCXIV.

I.

Intempestiva misericordia in judice damnatur.

Inter causas, quæ justitiæ impedimento sunt, inprimis referendam esse intempestivam judicum lenitatem ac misericordiam, nemo negare potest. Nam, dum plus justo placidos se præbent judices, sæpius crimina, quæ æquitas tegere non potest, misericordia tegit: sæpius, quæ innocentiæ tribui nequit, absolutio miserationi datur. Multa intempestivæ hujus misericordiæ exempla & apud antiquos auctores, ut *Valerium Maximum l.* 8. *c.* 1. §. 1. *sqq.* reperiuntur, & nostris temporibus quotidie conspiciuntur. Male tamen ejusmodi judices facere, ex iis, quæ dicentur, manifestum erit. Equidem non damnamus omnino misericordiæ affectum, neque prorsus cum Stoicis consentimus, qui apud *Ciceronem pro L. Muræna* statuunt, *sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cujusquam delicto ignoscere, neminem misericordem esse, nisi stultum & levem: viri esse, neque exorari, neque placari, omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum, qui*

gallum gallinaceum, quum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Relinquimus utique aliquem misericordiæ locum. Fatemur, affectum piissimum esse commiserationem, quum quis dolore adficitur propter malum, quod alteri contingit. At ea pietas tunc saltem locum habet, quum præter meritum alicui malum accidit, non etiam, si quis jure meritoque malum patitur. Ille quippe, qui pœnam legibus statutam perferre cogitur, commiseratione adeo dignus non est, ut potius odio sit prosequendus, quum nemini, quam sibi ipsi, hoc imputare possit, nec recusare debeat pœnam legibus constitutam, qui contra leges facere sustinuit. Probe Callistratus in *L.* 19. §. 1. *D. de officio præsidis*: *In cognoscendo*, inquit, *neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrimari oportet. Id enim non est constantis & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit. Et summatim ita jus reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat:* Idem præcipiunt Imperatores in *l.* 8. §. 2. *C. ad L. Jul. de vi publica*, addita pœna infamiæ, si qui judices mitius puniant eos, qui deliquerunt, quam leges statuunt. Sic enim ajunt: *Judicem nosse oportet, quod gravi infamia sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit seu omiserit, vel impunitate donaverit, aut molliorem, quam præstituimus, pœnam protulerit.* Sed non solum leges civiles misericordiam in judice damnant, verum naturalia quoque jura suppeditant rationes, quibus demonstrari potest, prava ac intempestiva lenitate abstinendum esse. Etenim illi, qui deliquerunt, ideo pœnis adficiuntur, quo & ipsi in posterum meliorem vitam vivant; & ii, in quos peccaverunt, tuti ab illis sint; & aliis quoque ab iisdem damnum non inferatur, atque ut reliqui omnes ipsorum

exem-

exemplo territi similia delicta non perpetrent. Hic vero scopus non potest obtineri, nisi absit spes aut impetrandæ veniæ aut mitioris pœnæ. Impunitas enim delinquenti concessa & ipsum & alios, ut idem iterum sub eadem spe tentent, invitat. Denique notum est, soli principi competere potestatem ob commiserationem mitigandi pœnas. Ergo judices hanc sibi potestatem arrogare non debent, nisi leges eam ipsis tribuant, quemadmodum in *l.* 37. *D. minoribus* permittitur, ob miserationem ætatis interdum mediocrem pœnam imponere. Quoties vero facultas hæc concessa non est, atque tamen commiseratione adduci se patiuntur, quo minus justitiam exerceant, & contra leges peccant, & in ipsam principis majestatem injurii sunt.

II.

Fontes intempestivæ judicium misericordiæ investigantur.

Vt vero tot tantæque rationes adsint, quæ judices ab injusta in pœnis infligendis commiseratione adsterrere possint ac debeant, nihilominus illorum, quibus misericordia potior est justitia, magnum numerum esse videmus. Causam ejus rei si requiras, partim illam levitati & facilitati eorum, qui officio judicandi funguntur, partim artibus ipsorum reorum, partim astutiæ advocatorum tribuimus. De levitate animi, quæ in quibusdam judicibus & JCtis cernitur, nihil in præsentia dicemus, considerabimus saltem artes, quibus & rei & patroni ipsorum misericordiam judicis eliciunt. Apud Romanos, qui rei erant, barbam radendam non curabant, & veste candida non utebantur, quem cultum reorum solitum fuisse refert *Gellius l.* 3. *c.* 4. ut scilicet adspectu suo atque vestium squalore ad misericordiam judices commoverent. Flebant ubertim, parvulosque liberos suos populo commendabant, humi prostrati pedes

judicum osculabantur, ut sæpe os cœno replerent, ostendebant vetustam nobilitatem suam, parentumque merita & memoriam, quemadmodum ex *Valerio Maximo l. 8. c. 1. n. 2. 6. & 10.* discimus. Adhibebant præterea propinquorum suorum & affinium dolorem, squalorem & lacrymas, ut *Ciceronis pro Q. Ligario n. 32.* verbis utamur. Hi sese supplices ad accusatorum pedes prosternebant, & humi aliquamdiu jacebant, quale exemplum *Valerius Maximus d. l. n. 3.* habet. Nec propinquis tantum & affinibus ad deprecandum utebantur, sed omnibus suis clientibus & amicis. *Cicero in Orat. post reditum ad Quirites n. 8.* senatum hominumque viginti millia vestem pro se mutasse scribit. Sed major adhuc advocatorum versutia erat. Ad hanc potissimum, quum in judiciis agendum esset, respiciebatur. Neque enim is victor recedebat, qui justiorem causam haberet & melioribus argumentis atque firmioribus juribus instructus veniret, sed qui lingua plus valeret fucatisque persuasionibus in animis judicum vel misericordiam erga clientem suum vel odium contra adversarium excitare posset. Vide exempla apud *Ciceronem de Orat. lib. 1. n. 228.* & *in Verrem 7. init.* Etsi autem isti Romanorum mores nostris temporibus non prorsus conveniant, attamen neque rei neque advocati quidquam hodie intermittunt, quo judicum & JCtorum, qui sententias concipiunt, animos ad lenitatem flectant. Advocati potissimum egestatem & calamitatem reorum, quos defendunt, speciosissime ante oculos ponunt, pauperes eos miserosque in scriptis suis perpetuo vocant, miscent querelas, preces & lacrymas, atque ita sæpe efficiunt, ut judex minus constans & gravis a justitiæ legumque tramite recedat. Debebant vero memores esse dicti illius veteris: *Non minus est flagitium, prece judicem, quam pretio corrumpere.*

III.

Misericordia in caussis civilibus justitiæ nocet.

Dicimus primum de causis civilibus, &, quomodo in illis intempestiva judicum misericordia sæpe cursum justitiæ sistat, offendemus. Videlicet ex hoc fonte nimius ille erga reos favor descendit. Non ignoramus quidem, secundum *l. 125. de Regulis juris* favorabiliores reos potius, quam actores, habendos esse. At vero hæc regula non ubivis obtinet, sed tunc saltem, quum auctor in probatione deficit. Tum reus, etsi nihil probaverit, absolvendus est, *l. 4. de Edendo l. 2. C. de Probat.* At in ceteris par debet esse utriusque causa. Quin imo aliquando jura nostra actoris partes meliores esse jubent. Sic, quum libellus dubius & ambiguus offertur, is secundum mentem actoris explicandus est, *l. 66. de judiciis l. 83. §. 1. de verbor. obligat.* reus de fuga suspectus in vinculis & custodia continetur, in re obscura magis favetur repetioni, quam adventitio lucro, quod reus captare intendit, *l. 41. §. 1. de Reg. juris.* Peccant igitur judices, qui reorum favorem per intempestivam misericordiam nimis, in odium & præjudicium actorum, extendunt. Sunt quoque intempestive misericordes, qui eos, quos temere litigasse certo persuasi sunt, a restitutione expensarum litis liberant. Tacemus alia. Ipse Deus *Leviticorum XIX, 15.* pauperis in judicio misereri, ac homini de plebe magis, quam nobili viro, favere vetat.

IV.

Misericordia in pœnis infligendis justitiæ officit.

Potissimum judices in criminibus puniendis lenitatem suam ostendunt. Multæ quidem sunt rationes, quæ eos, ut pœnas debita severitate exerceant, movere debent. Nam & jus naturæ magistratum ad puniendum obligat, & salus reipublicæ, ne delicta impunita maneant, poscit,

& legislator supremus in sacro codice hoc præcipit, & ipse quoque severus criminum ultor vindexque sæpius existit, denique & humani legislatores pœnas in delinquentes sanciunt. Nihilominus judices, miseratione adducti, nonnunquam, ubi in delicta animadvertendum est, pœnas jure constitutas vel plane omittunt, vel alias mitiores imponunt, quum meminisse deberent, se ministros tantum legum esse, adeoque nec leges pro lubito interpretari, nec restringere, multo minus tollere posse. Neque desunt jura, quæ intempestivam hanc judicum in puniendo lenitatem graviter coercent. Aliquando judices hujusmodi misericordes eadem, quam omiserunt, pœna, ut in *l.* 3. *C. Ne sanctum baptisma* & *l.* 1. 6. *C. de Paganis*, interdum infamia, ut in *l.* 8. §. 2. *C. ad l. Iul. de vi publica*, puniuntur. Sed parum hæc judices curant. Inprimis, ut verbis *ex Specimine IX. Medit. V.* utamur, incredibile est, quanta sit tyrannis, quam in causis criminalibus praxis exercet. Nullus fere est in Constitutione Carolina articulus, quem observantia, vel Carpzovii auctoritate vel intempestiva misericordia subnixa, non corruperit, in alium sensum detorserit, aut etiam usum ejus plane sustulerit. Hoc Augiæ stabulum ut quis purget & observantiæ contra juris scripti sacrilegam auctoritatem in jurisprudentia criminali exstirpet, justum est. Sed hucusque tyrannis ista inconcussa stat, & ICtos invitos sæpe & renitentes, ut obsequantur, compellit. Sic pœna famosi libelli in *art.* 110. constituta nunquam infligitur, quia Carpzovius de contraria observantia cum aliis testatur. Sic ultimum supplicium *art.* 162. in furtum tertium indistincte statutum fere nunquam adjudicatur, quod observantia limitationes invexit, ut fur bis jam antea fuerit punitus, & furtum quoque ultimum magni momenti sit. Porro, quidquid dicat

arti-

articulus 130. pro veneficis non habentur, nec pœnæ ibi constitutæ subjiciuntur illi, qui venenum propinarunt, si mors illud non sequatur, sed furor aut paralysis, aut alius morbus gravis & sonticus, ex ea ratione, quod Carpzovius verba istius articuli an Leib oder Leben conjunctim contra nativam eorum significationem accipi debere putavit. Præcepit Carolus *art.* 116. ut masculus vel femina, qui cum brutis concubuerunt, item masculus, qui cum masculo, & femina, quæ cum femina consueverunt, comburantur. Sed JCtorum miseratio eo rem perduxit, ut tantum, qui cum bruto coiverunt, crementur, ii vero, qui cum eodem sexu se commiscuerunt, gladio plectantur. Tacemus cetera, quæ observantia contra claras leges ex superstitioso erga Carpzovium ceterosque Doctores obsequio & intempestiva misericordia, quæ rebuspublicis longe, quam sævitia, perniciosior est, introduxit.

V.

Inprimis nimia in homicidas indulgentia notatur.

Nostrum jam institutum est, omissis ceteris capitibus, in quibus judices per lenitatem peccant, saltem homicidia considerare. Non opus esse putamus, ut in præsentia, quid & quotuplex sit homicidium, quam atrox illud crimen sit, quantopere reipublicæ totique generi humano noceat, quam graviter omni jure puniatur, ob oculos ponamus. Vulgaria hæc sunt & passim a Doctoribus ad nauseam usque inculcantur, quum tamen a nomine fere ignorentur. Illud saltem asserimus, peccare judices atque ICtos & contra jus naturæ, & divinum positum, & leges publicas, qui in homicidas sunt indulgentiores. Ista vero indulgentia dupliciter potissimum sese exserit, dum quædam homicidia vel plane impunita relinquuntur, vel leviore

ore, quam par erat, pœna afficiuntur. Nos casus istos, quibus hoc fieri solet, ordine proponemus & examinabimus.

VI.

Peccant, qui principi jus pœnam dolosis homicidis remittendi tribuunt.

Primo loco delibabimus controversiam, & olim jam & nostra ætate acerrime agitatam, an princeps ultimum supplicium homicidæ doloso remittere aut saltem pro capitis pœna mitiorem statuere possit. Nemo facile nescit, quæ super hac quæstione in utramque partem a summis viris, *Hannekenio, Rechenbergio & Thomasio*, peculiaribus scriptis fuerint disputata. Illi vero hoc argumentum tam dilucide proposuerunt, atque omnia, quæ circa illud dici poterant, ita exhauserunt, ut nec spicilegium nobis reliquerint. Quapropter non operose hanc controversiam pertractabimus, sed breviter sententiam nostram proponemus, omissisque his, quæ eam illustrare poterant, præcipuas saltem, quibus stabilitur, rationes afferemus. Equidem ab illis longissime recedimus, qui jus naturæ quoque, ut homicidæ occidantur, præcipere putant. Potius jus naturæ, si id recte inspiciamus, suadere videtur, ut non morte, sed alia pœna, homicidæ plectantur. Tres fines sunt, quos ut in puniendo princeps intendat, jus naturæ exigit; primus, ut civibus securitas præstetur, aliter, ut relinqui a simili facinore absterreantur, tertius, ut is, qui deliquit, emendetur. Etsi vero necesse non sit, ut in omni pœna isti tres fines simul intendantur, sed sufficiat, dummodo unus alterve obtineatur; attamen negari nequit, omnium perfectissimam pœnam esse, per quam uno tempore delinquens melior, cives securi & ceteri facinorosi probi redduntur. Sed, si delinquenti mortem inferas, emendatio ejus non obti-

obtinebitur. Quodsi itaque alia pœna appareat, per quam æque commode & securitas civibus præstari, & exemplum reliquis facinorosis statui, & simul delinquens emendari queat, jus naturæ permittit atque etiam suadet, ut princeps illam potius homicidæ infligat. Sed divinæ justitiæ fundamentum, quod ex sacro codice cognoscimus, talio est. Itaque secundum hujus regulas Deus pœnam homicidii, ante in arbitrio principum positam, determinavit, & sibi aliter satisfieri non posse constituit, quam si homicida vicissim occidatur. Hoc ergo *Geneseos IX*, 6. hoc *Exodi* XXI, 12. *&* 14. hoc *Numer.* XXXV, 16.17.18. 31. 32.33.34. hoc *Roman.* XIII, 4. hoc denique *Apocal.* XIII, 10. præcipit. Scimus equidem, non deesse adversariis, quæ ad ea loca respondeant. Inprimis, in dicto *Genes. IX*, 6. non imperativum sed futurum positum esse, animadvertunt. Sed, qui genium Ebrææ linguæ norunt, futurum tempus pro imperativo in præceptis esse, optime sciunt, ut vel ex integro decalogo apparet. Sunt & alia, quæ objiciuntur, in quibus refellendis operam non consumemus, quum & viros celeberrimos jam accurate hoc ante nos fecisse animadvertamus, & adversariis, quicquid etiam illis respondeatur, tamen, ut in ceteris controversiis, sic & in hac, non defuturum sit, quod reponant, & quo opinionem suam aliquantulum tueantur. Igitur missa disputatione nihil profutura, lectorem saltem rogamus, ut loca ista a nobis allata omnia cum cura consideret. Quo facto fidem ejus obtestamur, ut dicat, annon ex aliis manifeste perspiciat, Deum serio voluisse, ut homicidæ a magistratu interficiantur. Si quis hoc agnoverit, is jus aggratiandi in pœna homicidii principi non potest non denegare. Quum enim gratiam facere delinquenti nihil aliud sit, quam legem, quæ pœnam statuit, eo in casu tollere & mutare, potestas autem mutan-

di legem superioris inferiori non competat, principi hoc in legem Dei non licebit. Scimus, quid Saulo regi, qui mortem alicui a Deo condemnato remiserat, comminatus sit Deus 1. *Reg.* XX, 42. *Quia*, inquit, *dimisisti virum, morte dignum, erit anima tua pro anima ejus & populus tuus pro populo ejus.* Adde commentariolum meum *de Assentationibus JCtorum cap.* 4. *sect.* 2. §. 34.

VII.

Peccant, qui monstrorum cædem promiscue permittunt.

Nunc considerabimus sententiam eorum, qui monstra impune occidi existimant. Nulli hac in re faciliores erant Romanis. Primus eorum legislator Romulus, teste *Dionysio Halicarnasseo Antiq. Rom. l.* 2. *c.* 15. nullam prolem triennio minorem necari permisit, nisi, si quid *mutilum* aut *monstrosum* esset editum, quod tamen non patri sed quinque viris ex vicinia dijudicandum relinquebatur. Sed, quod Romulus patris arbitrio commiserat, id deinde necessitatis factum & jure XII. tabularum sancitum est. Extitit enim in his lex, quam ex *Ciceronis lib.* 3. *de legibus* sic restituit Jacobus Gothofredus: *Pater insignem ad deformitatem puerum cito necato.* Latissime autem hoc extendebatur, sic, ut androgyni seu hermaphroditi quoque comprehenderentur. Apparet hoc ex *Livii lib.* 27. *cap.* 39. inprimis vero ex *lib.* 31. *c.* 12. ubi quidam sexdecim jam annorum ambiguo sexu inventus in mare deportari jubetur. Hæc apud Romanos priscos obtinuerunt. De priscis Germanis hæc narrat Conradus Botho in chronico picturato ad annum MXII. *In dussem salven iare worden twey Kinder geboren to like* (gemini) *de hadden münde alse göse snevele* (rostra anserina) *unde hadde den rechten arme alse göse flogel* (alas anserinas) *unde in den dridden dage orer gebort, lachede ör eyns dem*

dem anderen to. De Richter leyt se beyde döden, wente mal-ckem gruvede dar vore (multi in iis exhorrescebant.) Eodem jure, si *Grotio in Inleydinge tot de Hollandsche Rechts-Geleert-heyt part.* 3. credimus, Batavi adhuc hodie utuntur, atque partus monstrosos, *wanschappene geboorten, die't lichaem niet hebben bequaem, om een redeliike Ziele te vaten*, interficiunt & suffocant, accedente tamen, ut *Grœnewegen de legibus abrogatis ad l.*14, *de statu hominum* observat, magistratuum consensu. Etsi vero nec inter JCtos Germanos desint, qui monstra impune occidi simpliciter dicant, nos tamen hac in re cautissime procedendum existimamus. Et Romanorum quidem morem, partus quoscunque mutilos, & a consueta hominum forma paulisper aberrantes, atque etiam hermaphroditos occidentium, prorsus damnamus. Nec Batavorum generalem nimis consuetudinem omnino probamus. Distinguendum erat inter monstra, quæ ex coitu hominum procreantur, & ea, quæ nascuntur ex coitu cum bestiis. In his non dubitamus, veram esse eorum sententiam, qui monstrorum occisores nulla pœna adficiendos esse statuunt, adeo ut non solum impune occidi, sed & necessario occidenda esse credamus. Nam si bestiæ istæ, cum quibus crimen Sodomiæ commissum est, perimuntur, ne facinoris cum ipsis perpetrati memoriam renovent, atque aliis occasionem delinquendi præbeant; partus quoque ex coitu isto natus occidendus est, ut citissime rei turpissimæ memoria exolescat. Quod vero ad monstra ex hominibus nata attinet, cavendum est, ne statim pro monstro reputetur, in quo formando natura aliquantulum aberravit, de quo vide *l.* 38. *de Verb. signif.* Monstra ea sunt proprie, quæ & corpus deforme habent, & anima humana non sunt prædita. Id vero e vestigio non statim apparet. Apparebit vero crescentibus annis. Qui ante occidit, quantacunque

etiam partus fuerit deformitas, periculo sese exponit homicidii committendi, pœnamque aliquam sustinebit. Sic infantem illum, quem Hafniæ nuper pilosa facie, uno oculo in media fronte Cyclopum more posito, rostroque vulturnino natum in *Diario Trevoltiensi de M. Ianuario anni cIↄ Iↄ CCXII.* legimus, non tamen occidendum putaremus, priusquam, sitne intellectu præditus, an non, liquido appareat.

VIII.

Peccant, qui moderationem inculpatæ tutelæ nimis & extendunt & restringunt.

Videamus de his, qui moderationem inculpatæ tutelæ nimis late extendunt. Id quidem dubium non habet, nullo jure peccare vel puniri eum, qui moderatione inculpatæ tutelæ utitur, siquidem incontinenti seu in ipso periculo constitutus id faciat, periculumque aliter depellere nequeat. Quin imo is ipse contra jus naturæ peccat, qui vitam suam non defendit, sed se occidi patitur. Neque cum his sentire possumus, qui tunc aggressori etiam cum propriæ vitæ discrimine parcendum esse putant, si invasus de sua salute certus invasorem, si cædatur, æterna supplicia subiturum prævidet. Quum enim incertissimum sit, an aggressor iste, siquidem nos ab illo occidi patiamur, ad frugem rediturus, meliusque aliquando moriturus sit, Deus autem, ut unusquisque vitam suam omni modo tueatur, velit, eam certe propter incertam de altero spem & intempestivam erga salutem ejus misericordiam profundere non licebit. Magis etiam improbamus eorum acumen, qui invasum in periculo vitæ constitutum ponderare jubent, an respublica majorem utilitatem a se, an vero ab aggressore expectare queat, &, si hunc utiliorem animadvertat, vitam ejus suæ præferre debere autumant. At præterquam quod

quod hoc quoque incertissimum sit, his, qui in præsens vitæ discrimen adducuntur, integrum non erit, otiosæ istiusmodi disceptationi vacare.

IX.

Peccant, qui cædem furis sine discrimine permittunt.

Considerabimus, possitne quis furem vel alium quemlibet invasorem non vitæ & pudicitiæ, sed rerum tantummodo suarum conservandarum causa, interficere. Jus naturæ nec non lex divina *Exodi XXII*, 2. quin & Romana in *L.* 1. *C. Vnde vi*, item Carolina in *articulo* 150. hoc permittit. At *Augustinus*, *Grotius* aliique id, quod Judæis licuit, in Christiano fas esse negant, quibus jus canonicum in *c.* 10. *X. de Homicidio* accedit. Nos tamen sententiam hanc tuebimur, quod Christiano quoque, quicquid *Grotius de Jure Belli ac Pacis l.* 2. *c.* 1. §. 13. dicat, cædes invasoris vel furis, si res servari aliter nequeat, sit permissa. Nunc saltem contra eos disputabimus, qui licentiam hanc plus justo extendunt. Ipsi conditores legum XII. tabularum hac in re domino nimium indulserunt, tametsi res suas aliter etiam conservare aut furem comprehendere & ad judicem ducere potuerit. Testes habemus *Ciceronem*, qui *in Orat. pro Milone*: *Duodecim*, ait, *tabulæ nocturnum furem quoquo modo interfici impune voluerunt*; *Gellium*, qui *in Noctibus Atticis l.* 2. *c.* 18. *Decemviri*, inquit, *furem tunc occidi permiserunt, si, quum faceret furtum, nox esset*; Vlpianum qui apud *Licinium Ruffinum in Collatione legum Iudaicarum & Romanarum titulo de Furibus & pœna eorum*: *Furem*, ait, *nocturnum lex duodecim tabularum omni modo permittit occidere*. Adde *Senecam lib.* 10. *Controv. ult. in fin.* & Augustinum in *c.* 3. X. *de homicidio*. Quapropter Paulus apud *Licinium Ruffinum d. l.* non quidem necesse, melius tamen esse putat, furem talem capere & magistratui offerre:

Sic enim ille: *Si quis*, inquit, *furem nocturnum vel diurnum, quum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur, sed melius fecerit, qui eum comprehensum transmittendum ad Præsidem magistratibus obtulerit.* Sed ista decemvirorum indulgentia & JCtis antiquis & ipsi Iustiniano nostro, ut par fuit, iniqua visa est. Pomponius jam, teste Vlpiano apud *Ruffinum*, dubitavit, num lex XII. tabularum in usu esset. Qui vero eum secuti sunt JCti, retinuerunt quidem illam, sed arctioribus limitibus circumscripserunt. Et Iustinianus noster non simpliciter eam in leges suas recepit, sed tres potissimum distinctiones, Cajum & Vlpianum secutus, addidit. Voluit scilicet, ut tunc demum furem vel invasorem nocturnum impune interficere liceat, (1) si apprehendere eum ac magistratui sistere nequeamus, *l. 5. pr. ad L. Aquil.* (2) si parcere ei sine periculo vitæ rerumque nostrarum non possimus, *l. 9. ad L. Corn. de Sicariis* (3) si hoc ipsum periculum nostrum clamore testificati simus, nemoque suppetias tulerit, *l. 4. § 1. ad L. Aquil.* Nihil potest esse his limitationibus æquius, nihil divino juri convenientius. Atque tamen sunt, qui ab iis recedunt & legem XII. tabularum in usum reducunt. Apud Batavos, si *Hubero in Eunomia Romana p. 405.* fidem habemus, Ordines binis edictis nocturni furis cædem indistincte permiserunt. Idem *Huberus d. l.* theologum Marpurgensem absolutum imo ne quidem accusatum fuisse, ait, qui hominem noctu ædes suas ingressum & in cella se occultantem interfecerat, tametsi appareret postea, occisorem sine periculo suo ei parcere atque strepitu & voce eum abigere potuisse. Neque videmus, quomodo excusari possint, qui cum *Lessio de Iustitia & jure l. 2. cap. 9. dub. 11.* statuunt, occidi posse raptorem in ipsa rapina, etiamsi rem meam per judicem recuperare queam, nec peccare contra justitiam, qui furem fugientem interficiat,

X.

Quousque invasus ad fugam capessendam obligatus sit, disquiritur.

Hanc thesin pluribus explicui infra *in Specimine DC. de Inculpata tutela, medit.* 21, 22, 23. 24.

XI.

Peccant judices, qui in homicidio iræ qualicunque veniam dant.

Hanc thesin pluribus explicui *in Specimine DCI. de cæde per iram, medit.* I.

XII.

Peccant, qui homicidæ ebrio simpliciter veniam dant.

Amplum quoque refugium homicidæ apud eos Doctores inveniunt, qui ebrietatem ab ultimo supplicio liberare dicunt. Parum abest, quin ebrietatem plane e numero causarum pœnam homicidii mitigantium eximamus, atque Pittacum, qui, teste *Laertio*, delictis per ebrietatem admissis duplicem pœnam imposuit, nec non Carolum V. qui secundum *Peckium ad c. sine culpa de Reg. juris in sexto* remissionem pœnæ ob ebrietatem per rescriptum prohibuit, recte statuisse dicamus. Nam quantacunque sit ebrietas, non tamen omnem rationis usum tollit, sed aliquem relinquit; id quod vel exinde apparet, quod ebrii non furiosorum more in quemvis obvium, sed in eum, a quo offensos se putant, impetum faciunt. Qui vero rationis usum habet & delinquit, sine dubio in dolo est. Et tametsi concedendum esset, ebrietatem omnimodo mentis exilium inducere, ipsa tamen ebrietas per se delictum est. Qui autem delinquit, in ea omnia consentit, quæ pro-

probabiliter ex isto delicto proventura, scire poterat. At quia communis receptaque sententia est, ebrietatem ab ultimo supplicio liberare, cedemus illi tantisper, monebimusque, graviter peccare eos, qui istam opinionem late nimis extendunt, & in ebrios justo sunt indulgentiores. Huc pertinent, qui cum *Baldo* eumque secuto *Tiraquello de pœnis temperandis causa* 6. *n.* 11. lenem etiam ebrietatem quadantenus excusare statuunt, & cum illis collegiis juridicis, de quibus *Brunnemannus in Processu Inquisitionis c.* 9. *n.* 63. conqueritur, pro profunda & ad mitigandam homicidii pœnam sufficiente ebrietate reputant, si quis vino aut zutho onustus pedibus quidem titubet, sciat tamen aliquo modo, quid agat, & ex rixa in cædem prolabatur. Nimium, qui sic statuunt, faciles sunt. Nos tria requirimus ad hoc, ut homicida ab ultimo supplicio liberetur, (1) ut ebrietatem non studio captarit, sed casu quodam in eam inciderit, (2) ut enormissima fuerit, quod arbitrio judicis dijudicandum relinquimus, (3) ut discussam crapulam pœnitentia sequatur. Adde *l.* 6. §. 7. *de Re milit.*

XIII.

Peccant, qui adultero & furi jus cum cæde resistendi tribuunt.

Aliqui nempe JCti in permittendis homicidiis nimis faciles sunt, ac contendunt, eos, qui in delictis gravissimis deprehensi legibus permittentibus occidi possunt, licite resistere atque eos recte interficere, quibus ipsorum cædes permissa. Ita *Molina de Iustitia & Jure Tom.* IV. *Disp.* 15. §. 1. existimat, eum, qui in adulterio cum alterius uxore reperitur, posse e medio tollere maritum vitæ periculum intentantem. *Idem* §. *sequenti* asserit, furem, si vita ejus in periculo sit, jure vita privare eum, a quo periculum ipsi immi-

imminet. Sed impium est, talia defendere, atque adultero & furi permittere, ut delicta cumulent. Illis certe, quibus leges potestatem occidendi alios in delictis atrocibus concedunt, eaedem etiam securitatem praestant, neque illorum caedem impunitam relinquunt.

XIV.

Peccant, qui ob simplices minas quem occidi posse putant.

Non debet silentio praeteriri sententia *Fichardi*, qui *Tom. 3. consil. 37. n. 14.* statuit, homicidam a capitali poena liberandum esse, si minis alterius ad homicidium committendum se adduci passus sit. Videtur consentire Carolus V. Imperator, qui *Constitutionis Criminalis art. CXL.* ait: er ist mit seiner Gegenwehr, bis er geschlagen wird, zu warten nicht schuldig. Sed haec verba, uti ex praecedentibus planum est, de eo casu intelligenda sunt, quo quis periculum vere sibi imminere videt, quod arma vel instrumenta mortifera adsint, & post minas statim impetus fiat. Tunc utique licebit, eum, qui minas profudit atque eas exequi conatur, repellere, etiam caede ejusdem, si aliter incolumitas obtineri nequeat. At solae minae non praebent excusationem, quo minus is, qui istis commotus alterum occidit, pariter occidendus sit. Debet is, in quem minae jactantur, judicem adire, atque ab eo petere, ut, qui minas protulit, vel cautionem de non offendendo praestet, aut, si eam praestare nequeat, carceri includatur. *Constit. Crim. art.* 176. Non negamus tamen, posse aliquando accidere, ut quis ob solas minas recte interficiatur, nempe, si appareat, alterum eas mox executurum esse, neque remedium suppetat, illum repellendi, *L. 1. C. Quando liceat unicuique, sine judice se vindicare.* Quae res ex circumstantiis dependet, & prudentis arbitrio a *Soto* & *Struvio de Vindicta*

 priva-

privata cap. 4. *aph.* 2. *n.* 6. definienda relinquitur. Vide elegans exemplum apud *Schilterum in Additamentis ad Exerc.* 49. *n.* 8.

XV.

Peccant, qui alium pro alio occidenti ultimum supplicium remittunt.

In numerum JCtorum, homicidis plus justo indulgentium, referendi quoque sunt, qui existimant illi, qui, inimicum interfecturus, alium, conciliandæ concordiæ aut alius rei causa forte intervenientem, per errorem aut casum occidit, pœnam ordinariam remittendam esse. Tuetur hanc opinionem præter multos alios *Menochius lib.* 2. *arbit. jud. quæst. cent.* 4. *casu* 324. Quamvis vero sententia hæc lenitate sua sese commendare videatur, verius nihilominus est, pœnam hujusmodi occisoris non aliam esse debere, quam capitalem. Nemini quidem actus, per errorem gestus, nocere potest, *l.* 15. *D. de jurisdict.* nec casus fortuitus cuiquam imputandus est. At hic error & casus ipsam homicidii essentiam non ingreditur, sed in accidentali saltem circumstantia contingit. Adest animus occidendi: ipsa cædes secuta est: saltem circa personam error commissus fuit. Hic error non quidem nocere, sed tamen etiam non prodesse, nec a pœna, legibus divinis humanisque statuta, liberare debet. Vide *Constit. elect. Sax.* 6. *P.* 4. Aliud vero esset, si quis invasus, in periculo vitæ constitutus, adgressorem interficere volens, alium interficiat. Hic nullam aut pro ratione circumstantiarum levissimam pœnam a judice constituendam perferet, id quod patet ex *Constit. crim. art.* 145. So einer in einer rechten erwiesenen Nothwehr, wieder seinem Willen, einen unschuldigen mit Stichen, Streichen, Würffen oder Schiessen, so er den Nöthiger meinet, treffe und entlei-

entleibet hätte, der ist auch von peinlicher Straffe entschuldiget.

XVI.

Peccant, qui mortifere vulneranti veniam dant, si is vulneratum per alium occidi curet.

Communis sententia est: eum, qui mortifere vulneravit, homicidii tamen reum non esse, si alius superveniat, & vulneratum, antequam ex priore vulnere decedat, interimat. Multa quidem sunt, quæ hanc sententiam dubiam reddere poterant. Quum tamen aliquam æquitatis speciem habeat, atque etiam in *L.* 11. §. 3. & *L.* 15. §. 1. *ad L. Aquil.* fundata sit, eam non impugnabimus, nec *Rolandino Romanicio*, advocato Bononiensi, cappam sericam invidemus, quam, dum reum a morte per istas leges liberavit, meruisse se gloriatur *in sing.* 158. *quidam fuit vulneratus.* Sed impium istud consilium damnamus, quod ex hac communi sententia nonnulli desumserunt. *Baldus* scilicet *in L. Ita vulneratus ad L. Aquil.* memorat, advocatum quempiam consuluisse reo, qui aliquem mortifere vulnerarat, ut eum per tertium interficiendum curaret, atque sic pœnam mortis evitaret. At recte *Baldus*, dignum istius advocati præmium laqueum fuisse, addit.

XVII.

Peccant, qui ad ultimum supplicium, homicidæ irrogandum, animum occidendi directum requirunt, & indirecto veniam dant.

Illi porro Doctores, qui ad irrogandum ultimum supplicium directum in homicida occidendi animum requirunt, sæpe homicidis elabendi occasionem præbent. Res tamen non sine omni dubio est. Quodsi enim quis in rixa

xa aut singulari pugna, quam duellum vocant, gladium stringat, vel aliud mortiferum instrumentum habeat, eoque adversarium appetat, non hac mente, ut interficiat, sed ut vulneret atque lædat; Quodsi, quem casum contigisse recordor, aliquis, dum ad certamen progreditur, aperte præ se ferat, atque amicis dicat, se non mortem, sed vulnus saltem inflicturum, er wolle ihm nur ein Denckzeichen in den Arm geben, sed aberrante ictu interficiat; poteritne hic propter istud facinus ad mortem abstrahi? Negant nonnulli, quorum nomina & argumenta recenset *Esbachius ad Carpzovium P.4.c.7.def.8.* Ajunt scilicet, non dolum hoc casu, sed culpam tantum intercedere, quam ultimo supplicio puniri, iniquum sit. Deinde, mortis pœnam per se satis duram esse, adeoque restringi potius, quam extendi debere, dicunt. Urgent denique verba *l.1.§.3. ad L. Corn. de Sicariis*, ibi: *eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse*, item *l.1. C. ad L. Corn. de Sicariis*, ibi: *probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna*, quæ lex reperitur in *can.47. Dist.50.* nec non *Const. Carolina art.146.* ibi: wieder des Thäters Willen. Verum enim vero, qui rem recte considerabunt, utique in eo, qui saltem vulnerare aut graviter lædere vult, animum quoque occidendi, licet indirectum, deprehendent. Quisquis enim lethifero instrumento vulnus intentat, hic certe, siquidem recta ratione præditus est, prævidet, ex vulnere illo mortem sequi posse. Dum itaque hoc scit, & tamen vulnerat, in mortem adversarii consentit, atque adeo non in culpa, sed dolo est, quamvis eum, qui directum interficiendi animum habet, magis in dolo esse, non inficiemur. Interim omnis dolus, etsi gradu inferior, ordinariam pœnam meretur. Convenit hæc sententia nostra juri divino, uti inprimis ex *Numer. XXXV,*

XXXV, 16. 17. 18. apparet, ubi ad irrogandum homicidæ ultimum supplicium sufficere dicitur, ut quis mortifero instrumento aliquem percusserit, atque hic ex eo vulnere decesserit. Congruit quoque juri civili, quo crimen homicidii contrahi dicitur, si & voluntas nocendi intercedat, *L. 1. C. ad L. Corn. de Sicariis.* Istæ vero leges, quæ ab adversariis afferuntur, non de nostro, sed de eo casu agunt, cum quis plane nec vulnerandi, nec occidendi animum habet, sed vel mero casu, vel per incuriam hominem interficit. Denique reminiscor, Collegia Juridica, quibus ipse olim interfui, & nunc intersum, Vitembergense & Helmstadiense, nostram sententiam amplecti, atque in eum quoque, qui animum occidendi indirectum habuit, pœnam mortis statuere. Ceterum tunc utique ultimum supplicium cessare debere fatemur, quum quis verberans cogitare non potuit, mortem inde secuturam, uti si lapide exiguo aut instrumento, quo raro quis interficitur, percutiat, *l. 1. §. 3. ad L. Corn. de Sicariis,* si mors ex accidenti saltem consequatur, uti si non adfuit chirurgus, qui vulnerato mederi potuit, vel ipse ex malo regimine decessit.

XVIII.

Peccant, qui homicidæ, animum occidendi neganti, jusjurandum purgationis temere permittunt.

Similiter alii homicidis, se animum occidendi non habuisse asserentibus, nimia facilitate fidem habent, ac sæpe jurijurando purgatorio, per quod animum occidendi optime probari, *Mascardus de Probationibus vol. 1. concl. 97. n. 28.* ait, rem committunt, etsi contrarium ex circumstantiis sæpe evidentissime appareat. Rem exemplis illustrare possemus, sed nolumus, ne scriptum hoc in nimiam molem excrescat.

XIX.

Peccant, qui vulnerare jubentem excusant, si mandatarius occidat.

Ex iis, qui supra diximus, porro apparet, illi, qui alii mandatum dedit, ut hominem vulneraret aut atrociter verberaret, imputandum quoque esse, si is, qui mandatum accepit, non vulneribus solum & verberibus tertium istum adficiat, sed etiam interimat. Igitur uterque, & qui mandatum dedit, & qui accepit, pari pœna, ultimo scilicet supplicio, adficiendus est. Non desunt tamen, qui aliud sentiunt, inter quos *Fachinæus* est, qui *lib. 1. controversiarum juris cap.* 36. variis argumentis, maxime tamen ex æquitate, evincere conatur, mandantem hujusmodi morte puniri non posse. At quum in mandante animus occidendi indirectus adsit, hic vero per ea, quæ §. 17. exposuimus, ad irrogandum ultimum supplicium sufficiat, non videmus, quomodo mandans hoc casu id effugere queat. Neque objici nobis potest, quod tamen is, qui mandatum dedit, non obligetur, si accipiens illud excessit. Hoc enim saltem verum est in contractibus, qui de re turpi ac delicto, quale hic adest, iniri nequeunt. At in homicidio non potest mandans ignorare, in potestate ejus, qui vulnerare debet, non positum esse, ut vulnera aut verbera ita infligat, ne mors sequatur. Consentit nobiscum Bonifacius IIX. Pontifex atque *c. ult. de homicid. in sexto: Is*, inquit, *qui mandat aliquem verberari, licet expresse inhibeat, ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius fines mandati excedens mutilet vel occidat, cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.* Neque vox *culpa*, quæ hic reperitur, captari debet. Frequens enim est Pontificibus, culpam pro dolo dicere, ut vel ex *c.* 5. §. *Illud de Pœnis*

Pœnis in sexto, quod eundem Bonifacium auctorem habet, patet. Videtur quoque nobiscum facere Ulpianus in *L. 15. ad L. Cornel. de Sicariis: Nihil*, ait, *interest, occidat quis an causam mortis præbeat.*

XX.

Peccant, qui ad pœnam homicidis ordinariam vulnus absolute lethale desiderant.

Multos homicidas merito supplicio eximit anxia nimis circa lethalitatem vulneris disquisitio. Medici namque vulnera absolute lethalia a plurimum lethalibus & difficulter sanabilibus distinguunt, atque sæpe, vulneratum verosimiliter sanari potuisse, pronunciant, dummodo trepanatio aliaque ejus generis remedia rariora & periculosa debite adhibita fuissent, aut vulneratus ab omni corporis vel animi commotione, item a cibo minus salutari vel potu nimio, abstinuisset. Quum autem plurimi ultimum supplicium aliter locum non habere autument, quam si vulnus absolute & necessario lethale sit, ita fit, ut, quemadmodum JCti Vitembergenses apud *Bergerum in Electis Jurisprudentiæ crimin. p.* 280. conqueruntur, subtilitas medicorum multos homicidas debita pœna liberet. Improbe. Omnia fortassis vulnera sanabilia sunt, quo autem non sanentur, hoc adscribendum est imperitiæ humanæ. Neque enim medici & chirurgi ad finem medicinæ pervenerunt, uti de se ipso & de inventore medicinæ Æsculapio id fatetur *Hippocrates ad Demotricum.* An itaque propterea nullum homicidam ultimo supplicio adficiemus? Rectius certe JCti Vitembergenses apud *Bergerum d. l.* pœnam mortis locum habere existimant, si vulnerans animum occidendi habuit, atque vulnus periculosum inflixit, vulneratusque decessit, tametsi medici vulnus pro absolute lethali non agnoscant.

XXI.

XXI.

Peccant, qui ſcrupuloſe nimis corpus delicti inveſtigant.

Aliud homicidis perfugium præſtat ſcrupuloſitas in corpore delicti indagando. Eſt ſcilicet corpus delicti certitudo de crimine vere commiſſo, ad quam ſola rei confeſſio non ſufficit. Etſi vero jura noſtra communiter certitudinem ſaltem moralem, ſeu ſummam probabilitatem requirant, nonnulli tamen JCti etiam mathematicam & indubiam exigunt, atque, quum hæc in rebus humanis fere haberi nequeat, homicidas ſæpe a morte debita liberant. Rem exemplo illuſtrabimus. Mulier infanticidii accuſabatur. Ipſa facinus confeſſa erat, aderat mortuus infans, vulnus lethale illi inflictum apparebat. Quis igitur de corpore delicti dubitaſſet? Dubitabatur tamen. Forſan, ajebant nonnulli, infans mortuus eſt ante nativitatem, vel in ipſa nativitate, atque mulier, ejus rei ignara, vulnus mortuo jam infanti intulit. Igitur neceſſarium ante omnia putabant, ut mulier per tormenta interrogaretur, ex quibus indiciis ipſa certo ſciret, infantem, quem manu ſua peremiſſe ſe dicebat, vixiſſe. Quum vero illa nullum indicium afferre poſſet, ab ultimo ſupplicio liberata eſt.

XXII.

Peccant, qui, ſi in cadaveris inſpectione ſolemnia quædam omiſſa fuerunt, ultimum ſupplicium remittunt.

Nulli magis homicidis patrocinantur, quam hi, qui pœnam capitis in leviorem commutant, ſi forte inſpectio cadaveris vel plane facta non fuerit, vel facta quidem ſit, ſed non obſervatis iis omnibus, quæ Carolus in *Conſtitutionis ſuæ articulo* 149. præſcripſit, nt, ſi judex, ſcabini, vel actuarius non fuerint adhibiti, ſi chirurgi ante diſſectionem jusjurandum non præſtiterint &c. Judicem in tali caſu

ſemper

ſemper extraordinariam pœnam dictare debere, *Carpzovius Quæſt. crim.* 26. *n.* 52. affirmat, cum quo plurimi alii conſentiunt. Ex recentioribus *Harprecht Conſil.* 19. *n.* 33. negat, venefico pœnam mortis dictari poſſe, ſi inſpectio cadaveris rite peracta non ſit, quamvis reus confiteatur, ſe venenum propinaſſe atque etiam mors ſecuta ſit. Ex hac vulgari opinione, tanquam ex fonte aliquo, manifeſtorum homicidarum defenſionem advocati plerumque deſumunt, & oſtendere laborant, aliquid circa inſpectionem cadaveris neglectum fuiſſe, quo ita reum a merito ſupplicio liberent. Verum lex divina, quæ homicidas ultore ferro perſequitur, iſtam reſtrictionem, ſi cadaver rite inſpectum fuerit, non addit. Et lex Carolina eam inſpectionem non abſolute neceſſariam eſſe dicit, nec propter omiſſionem ejus capitalem pœnam remittit, ſed ſuadere ſaltem videtur, ut ad evitandum omne dubium adhibeatur. Vide verba *articuli* 149. damit in Ermäßung und Erkentniß ſolcher unterſchiedlichen Verwundung halb nach der Begräbniß des Entleibten deſto minder Mangel ſey. Quodſi ergo vulneratus, accepto vulnere, vel ſtatim vel paucos intra dies deceſſerit, magiſtratus autem, vel per incuriam, vel propter impedimentum aliquod, cadaver aperiendum & inſpiciendum non curaverit, non dubitaremus tamen, morti illum adjudicare, qui cædem perpetravit. Vide *art.* 147. ex quo recte Doctores colligunt, de eo, qui poſt vulnus, exiguo interjecto ſpatio, moritur, dubitandum non eſſe, quin ex vulnere deceſſerit. Sed, inquis, poterit ſic innocens condemnari, poterit mors vulnerato ex alia cauſa, quæ jam ante vulnerationem adfuit, accidiſſe. Si ob hujusmodi dubia homicidæ ultimum ſupplicium remittis, nullus unquam condemnabitur. Infallibilis certitudo in rebus humanis haberi nequit. Homines ſunt etiam peritiſſimi chirurgi & medi-

medici. Errarunt illi fortaſſis, & vulnus lethale eſſe renunciarunt, quod lethale non fuit. Vel occultam vim morbi, quo vulneratus etiam ſine vulnere periiſſet, non perſpexerunt. Nimis faciles ſumus, ſi hujusmodi excuſationes admittimus. Quid vero, ſi aliquando ob omiſſam inſpectionem quis condemnetur, qui forſan, ſi cadaver rite conſideratum fuiſſet, occaſionem, non cauſam, morti dediſſe inventus eſſet? Tamen non innocens condemnabitur, ſi animus occidendi adfuit, ſi vulnus inflictum, ſi mors occaſione ſaltem vulneris ſecuta eſt. Adde *Strykium in Vſu moderno tit. ad L. Corn. de Sicar. n. 5.*

XXIII.

Peccant, qui licentiam bellicam ad occaſionem innocentium extendunt.

Peccant porro illi, qui licentiam bellicam eo uſque extendunt, ut cædem innocentium permiſſam exiſtiment, dummodo per illam grave damnum hoſti inferri queat. Id quidem facilius concedemus, licentiam bellicam, quæ vulgo *la raiſon de guerre* appellatur, jus tribuere, caſtella amicorum & finitimorum occupandi, fruges eorum conſumendi & res etiam corrumpendi, non ſolum in caſu ſummæ neceſſitatis, ut *Grotius de Jure belli ac pacis lib.* 3. *c.* 17. §. 1. putat, ſed etiam tunc, quum maxima inde in nos utilitas, in hoſtem vero grave detrimentum redundat; dummodo deinde damnum, quod vicini patiuntur, illis reſarciatur. At homines innocentes noſtræ utilitatis vel etiam neceſſitatis cauſa trucidare, hoc impium, hoc crudele eſt. Itaque non poſſumus non laudare pietatem Comitis Starenbergii, quæ maxime anno cIↃIↃCCIII. enituit. Digna res eſt, quæ a nobis copioſius paulo ex relatione cujusdam, qui ipſe interfuit, memoretur. Starenbergium eo anno Leopoldus Im-

Imperaror exercitui ſuo in Italia præfecerat. Gallorum contra copias numero longe ſuperiores Vendomius ducebat. Starembergius caſtra prope Oſtiliam poſuerat, Vendomius inter Padum & Ateſin amnes tendebat, & Oſtiliæ obſidionem minabatur. Neque dubium erat, quin, ſi hæc urbs a Gallis occuparetur, Cæſareus exercitus a commeatu & reditu in Germaniam intercluderetur. In his anguſtiis Italus quidam, Melara oriundus, earumque regionum maxime gnarus, duces Cæſareos adit, oſtenditque, integrum exercitum Gallorum facili negotio, deleri poſſe, ſi aggeres, quibus Padus coercetur, rumpantur. Id tamen non diſſimulat, hac inundatione plurimos ſimul accolas Padi, qui Pontifici Romano ſubjecti vivebant, & cum quibus Cæſareis pax erat, perituros, Ferraramque provinciam inſigne damnum paſſuram. Res in conſilio bellico proponitur. Valdemontius Princeps, Martinius Baro, ceterique duces bellici vehementer Starenbergio, ut occaſione hac oblata uteretur, & deleto exercitu Gallorum bellum in Italia conficeret, ſuadebant, neceſſitatem ſuam, & penuriam commeatus, atque periculum, quod ſibi imminebat, oſtendebant, de cetero permiſſum jure belli putabant, aliquot homines ſaluti publicæ immolari. At Starembergius, ſuæ a Leopoldi Auguſti pietati iſtud remedium convenire, negabat, impiumque dicebat, tot hominum innocentium morte victoriam redimere. Itaque omiſſa res eſt. Italus tamen ille, ne vana promiſiſſe videretur, petebat, ut ſibi experimentum ſaltem in aggere minore facere permitteretur. Quod cum ei conceſſum eſſet, tanta aquæ copia in caſtra Gallorum irrupit, ut nocte intempeſta vaſa colligere & caſtra deſerere neceſſe haberent. Dubitari itaqne non debet, integrum exercitum periturum fuiſſe, ſi Starembergii pietas, ut omnes aggeres rumperentur, indulgere potuiſſet.

XXIV.

Fœtus statim, postquam concipitur, vivet, atque adeo procuratio abortus omni tempore homicidium est.

Considerandum est porro, annon justo mitius cum illis agatur, qui efficiunt, ut fœmina gravida abortum faciat, dum ii quidem ex recepta distinctione, si partum animatum abigant, capite, si inanimatum ex utero propellant, fustigatione tantum, relegatione vel pœna etiam mitiori plectuntur. Non ignoramus equidem, ipsam Caroli V. constitutionem ita *articulo* 133. disponere. So jemand einem Weibsbild durch Bezwang, Essen oder Trincken, ein lebendig Kind abtreibt, so solch Ubel fürsetzlicher und boßhaftiger Weise beschicht, soll der Mann mit dem Schwerdt als ein Todschläger, und die Frau, so sie es auch an ihr selbst thäte, erträncket oder sonst zum Tode gestraft werden. So aber ein Kind, das noch nicht lebendig wäre, von einem Weibs-Bilde getrieben würde, sollen die Urtheiler der Strafe halber bey den Rechts-verständigen oder sonst, wie zu Ende dieser Ordnung gemeldt, Raths pflegen. Verum physici & medici firmissimis jam argumentis ostenderunt, vanam esse istam distinctionem, partumque, simulac concipitur, vivere. Sunt igitur omnes, qui abortum procurant, homicidæ, quum partus, quem abigunt, & vivat, & reipublicæ membrum aliquando futurum sit.

XXV.

Improbantur leges & consuetudines, quæ homicidia mitius, quam morte, puniunt.

Improbamus etiam illa jura & leges, quæ non ultimo supplicio, sed mulcta pecuniaria, carcere vel alia leviore

re pœna homicidas afficiunt. Nolite, inquit Deus *Num.* XXXV, 31. redemtionis pretium pro ullo homicida, qui ſons ſit & dignus morte, accipere. Sed omnino morti traditor. Atque tamen gentes & principes multi id facere non dubitarunt. Franci Germanique veteres nihil unquam ab homicida, præter mulctam, exegerunt, cujus quantitas admodum variabat. *Lege Salica* ſexcenti & octingenti ſolidi ſolum in ſimplicem homicidam *tit.* 44. §. 1. ducenti in veneficum ſtatuti erant, *ib. tit.* 21. Ludovicus Pius virgildo & exilio temporario homicidas punivit, *Capitul. lib.* 4. *tit.* 20. Saxones in cædem nobilis MCCCXL. liti CXX. ſolidos, virginis duplum ſtatuerunt, *Lege Saxon. tit.* 2. *Bajuvari tit.* 3. *cap.* 28. eum, qui maſculum occiderat, CLX. ſolidis, qui fœminam, CCCXX. ſolidis, &, ſi illa ſe defendiſſet, CLX. mulctarunt. *Alemanni tit.* 68. homicidam ſolutis CLX. aut, ſi occiſus heredes non reliquiſſet, CC. ſolidis abſolverunt, femina vero interfecta, duplum exegerunt. Scoti ſecundum *Statuta Wilhelmi Regis cap.* 7. homicidam viginti novem vaccas & unum juvencum dare juſſerunt. Caſimirus M. Poloniæ Rex, referente *Stammio de ſervitute perſonali lib.* 3. *c.* 9. §. 13. homicidis annui carceris pœnam impoſuit, ac deinde ſe legem tuliſſe gloriatus eſt, qua rigorem legum divinarum & humanarum emendarit. Denique nec excuſare poſſumus jus canonicum, quod homicidas doloſos, quin & parricidas, pœnitentia & jejunio aliquot dierum peracto, a reatu abſolvit. Vide *c.* 40. 41. 43. *diſt.* 50. nec non c. 1. *&* 3. *X. de his qui filios occid.* Huc pertinent, quæ *Jo. Mabillonius in tomo III. Annalium ordinis S. Benedicti pag.* 56. ſub anno 856. de Fortmundo, nobiliſſimo ex Francis viro, refert; quum poſt patris mortem hereditatis bona cum duobus fratribus partitus eſſet, reclamaſſe eorum patruum, presbyterum honorabilem, qui in palatio regio præcellebat; ſed eo deveniſſe rem dicit, ut

fratres ſimul irritatis animis patruum interficerent. Mox autem ſceleris pœnitentia ductus Frotmundus una cum fratribus ad palatium ſe contulit, a rege & epiſcopis conſilium petiturus, quo pacto hanc noxam expiarent. Convocatis itaque epiſcopis viſum eſt, quod illi, ferreis catenis quoad brachia & lumbos conſtricti, loca ſancta in cinere & cilicio circumiret, quousque Deus eorum pœnitentiæ modum imponeret, quod & fecerunt, donec diem obierunt; qua occaſione Mabillonius addit; mirum non immerito videri poſſe, quod tam grave facinus tam levi pœna expiari potuerit, & monet, hos fuiſſe illorum temporum mores, quibus pro homicidio non raro pecuniaria tantum mulcta, quam vulgus *Werdgildum* appellabat, fuerit impoſita, maxime cum rei ad ſanctorum baſilicas confugiſſent. Probat illud porro ex duabus Eginhardi epiſtolis, XVIII, in qua Eginhardus pro duobus ſervis, quorum frater ſocium ſuum occiderat, moxque ad limina ſanctorum Petri & Marcellani confugerat, Marchradum Vice-Dominum rogat, *ut eis liceat ſolvere illum Weregildum pro fratre ſuo, ut ei membra perdonentur:* & XXV, ex qua cognoſcimus, quendam confugiendo ad regem & epiſcopos atque ſanctorum baſilicas paſſim redditum fuiſſe liberum a pœna, quæ vel circulorum ferreorum nexu vel pecuniaria illa mulcta redimebatur. Adde *Jo. Friderici Schannati Collectionem veterum documentorum Part. I. num.* 33. ubi exſtat exemplum pœnitentiæ, civi cuidam impoſitæ, qui alterum interfecerat. Scilicet coactus is fuit, primo quadraginta quinque libras ceræ ſolenniter deferre ad ſepulcrum occiſi, ibique relinquere ad pios uſus, deinde eundem ei fuit ad loca ſacrata, bis quidem Aquisgranum, ſemel in urbem Romam; tandem ſumtus forenſes refundere juſſus eſt, & hoc facto pleniſſime liberatus.

XXVI.

XXVI.

Princeps privatis ſingularia certamina permittere non debet.

Credunt nonnulli, poſſe principem permittere ſingularia certamina, quæ duella vulgo vocantur. Afferunt etiam argumenti loco *titulum C. ut armorum uſus inſcio principe interdictus ſit.* Sed legum Romanarum hac in re nulla eſt auctoritas, quum lex divina de occidendo univerſalis ſit, quam princeps non poteſt tollere. Vindicta privata eſt prohibita & magiſtratus conſtitutus, non qui certamina civibus permittat, ſed gladio maleficiorum vindex ultorque ſit. Ergo peccant, qui certamina talia principis voluntate ac conſenſu licita fieri dicunt. Nec juvantur exemplo Davidis, pui cum Goliatho ſingulare certamen iniit. Hoc enim certamen pro ſalute totius populi & exercitus recte ſuſcipiebatur.

XXVII.

Magiſtratus maleficos inauditos occidere non debet, niſi præſentiſſima reipubl. ſalus hoc poſcat.

Dicendum quoque eſt de illis, qui magiſtratui ſimpliciter jus tribuunt, eos, qui contra rempublicam quid machinari deferuntur, non auditos occidendi. Multi propter hanc ſententiam innocentes perierunt. Notum eſt de antiquis judiciis Veſtphalicis, aſſeſſores eorum facultatem habuiſſe, reos delatos non citatos nec auditos interficiendi. Sufficiebat, dum unus ex Scabinis reum deferret & juraret, delatum tali crimine pollutum eſſe. Hujusmodi delati nomen libro ſanguinis, ut vocabatur, inſcribebatur, ipſeque ſine citatione & defenſione in bannum condemnabatur, ac poteſtatem habebant ſinguli ſcabini, eum ubicunque deprehenderent, ſuſpendendi, ceterique obli-

gati

gati erant, ut eos juvarent, si modo unus scabinus alteri sub fide jurisjurandi scabinalis diceret, hunc hominem bannitum esse jure vemico. Vide *Dattium volum. rerum German. lib.* 4. *c.* 8. & *Thomasium de vera origine, natura, progressu & interitu judiciorum Vestphalicorum* §. 48. Ita vero fiebat, ut innocentes multi opprimerentur, atque delictum, quod non commiserant, morte luerent. Conqueritur hac de re Ioannes de Francofordia apud *Freherum de occultis Vestphalic. judic.* Recte igitur ista judicia inter Germanos hodie cessant. Exercentur vero adhuc inter Venetos; apud quos magistratus constituti sunt, quos *Inquisitores status* vocant, qui eadem licentia, qua scabini Vestphalicorum judiciorum olim, non auditos condemnant. Luctuosum exemplum *Battista Nani in historia della republica Veneta lib.* 5. *ad annum MDCXXII.* refert, de Antonio Foscarini, equite & senatore. Proposita scilicet delatoribus præmia sceleratos aliquot homines excitaverant, ut contra vitam patritiorum innocentissimorum maximeque illustrium conjurarent. Et calumniæ eorum pronis auribus ab Inquisitoribus Status accipiebantur, quod memoria præteritarum turbarum atque insidiarum, quibus respublica appetita fuerat, suspiciones etiam in argumentum criminis traheret. Inprimis vero Antonius, quem memoravimus, contra rempublicam cum exteris conspirasse accusabatur. Nec mora. Inquisitores, fide delatoribus habita, nobilissimum virum nec auditum ad mortem damnant, apprehensumque furcæ affigunt; sed, detecta post aliquod tempus ejus innocentia, quum vitam non possent, existimationem ei restituunt. Istiusmodi itaque exempla iniquitatem sententiæ supra allatæ luculenter ostendunt, verumque est in omnibus judiciis, maxime vero in pœnalibus, quod Seneca *in Medea act.* 2. *sc.* 2. ait: *Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, æquum licet*

cet statuerit, haud æquus fuit. Exceptiones tamen ab hac regula tradidi in *Specimine DLXXIII, quo, perduelles indicta caussa puniri posse, ostenditur.*

XXVIII.

Homicidii pœna nulla præscriptione tollitur.

Intempestive misericordes sunt JCti, qui existimant, homicidam, si intra 20. annos nec accusatus sit, nec inquisitio contra eum facta, ab omni pœna liberum pronunciandum esse. Probare connituntur opinionem hanc ex *L.* 12. *C. ad L. Corn. de falsis.* Verum ea lex ad alias pœnas non pertinet, quam quæ in principum, jura talia condentium, arbitrio sunt; pœna homicidii vero ex lege divina originem trahit. Igitur quoniam principes legibus naturalibus & divinis æque ac alii homines vivere debent, perspicuum est, non posse eos legem de occidendo homicida contraria lege tollere, neque temporis lapsu accedente impedire. Frustra igitur diversam sententiam defendunt *Tessaurus Decis.* 208. ubi senatum Pedemontanum sic judicasse refert, & ceteri, quos ille longa serie enumerat, inprimis vero *le Maistre dans ses Plaidoyez & harangues, num. XXVIII. pag.* 531. *sqq.* ubi inexcusabile fratricidium sola viginti annorum præscriptione tuetur, atque, victricem sententiam a senatu summo Parisiensi se obtinuisse, *pag.* 548. testatur. Nos contrarium defendimus in *Specim. DXV. de Præscriptione criminum, medit ult.*

XXIX.

Impia sunt asyla, & privilegia, quibus alicui potestas datur, homicidam ab ultimo supplicio liberandi.

Paucis quoque commemorandi sunt, qui asyla constituunt, atque homicidis dolosis ad ea perfugientibus

pœnam mortis remittunt. Neque aſylorum patroni quidquam conſtitutione divina juvantur. Ea enim, quæ Deus fecit, aſyla ad homicidas doloſos non pertinuiſſe, clare ex *Numer. XXXV*, 32. apparet. At pontifices longe indulgentiores fuerunt. Certe Innocentius III. in *c.* 6. *X. de immunitate Eccleſiarum: Fugiens*, inquit, *ad Eccleſiam, quantumcunque gravia maleficia perpetravit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam, ſed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membra & vitam.* Non ignoramus equidem, iſtud capitulum non ubivis uſu ſervari. Servatur tamen in Italia nonnullisque aliis provinciis. Neque deſunt iis quoque in terris, quibus aſyla generaliter abrogata ſunt, privilegia locis quibusdam tributa, ut in iis homicidæ aliique malefici impunitatem conſequantur. *Choppinus de Domanio Franciæ lib.* 2. *t.* 7. *n.* 11. refert, Vilhelmum, Neuſtriæ ducem, cœnobium D. Martino conſecraſſe, eique privilegium addidiſſe, ut, ſi quis latro vel homicida, vel alius criminis reus, timore mortis fugiens ad hanc Eccleſiam pervenerit, non lædatur, ſed liber dimittatur, Abbati vero liceat, latronem vel furem de ſuſpendio liberare, ſi forte ſuperveniat. Quod impium reſcriptum pium tamen *Choppinus* appellat. Huc etiam pertinent privilegia, quæ facultatem, homicidas ultimo ſupplicio eripiendi, continent. Vide *Evangelia Matthæi XXVII*, 15. *Marci XV*, 6 *Lucæ XXIII*, 17. Et apud *Clarmundum in Vitis clariſſimorum virorum Part.* 10. *pag.* 35. commemoratur privilegium anniverſarium Parlamenti Rotomagenſis, facinoroſum a morte revocandi, quo id in latrone publico uti voluit, ni Jac. Palmerius interceſſiſſet.

XXX.

Minor ætas pœnam homicidii non mitigat.

Ea

Ea quoque misericordia intempestiva est, qua conditio interfectoris attenditur, atque ætatis ratio habetur. Jam equidem eorum opinionem non examinabimus, qui generaliter asserunt, propter minorem ætatem pœnas esse mitigandas. Saltem, utrum homicidio commisso minores 25. annis a pœna ordinaria liberari possint, videbimus. Existimat hoc *Sande l. 5. tit. 9. def. 4.* atque in arbitrio judicis ponit, an minor viginti quinque annis propter homicidium vel aliud capitale crimen commissum ordinaria vel extraordinaria pœna sit afficiendus. Affert pro stabilienda sententia sua *l. 37. de Minoribus*, in qua Tryphoninus: *In delictis*, ait, *minor annis viginti quinque non meretur in integrum restitutionem; utique atrocioribus: nisi, quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit.* Verum, quamvis interdum ob minorem ætatem leviorem pœnam constituere judici permittitur, ea tamen facultas in homicidio puniendo cessat. Nam mortis pœna in hoc delictum jure divino statuta est. Ergo nec principes nec JCti eam in leviorem mutare queunt, quum non sit in potestate inferioris, leges a superiore latas tollere aut restringere. Deinde quoque, legem allatam in homicidii pœna locum non habere; apparet ex *l. 6. C. ad L. Cornel. de sicariis*, ubi Diocletianus & Maximianus Imperatores ita rescribunt: *Si quis te reum legis Corneliæ de sicariis fecerit, innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi convenit.* Cavendum ergo est JCtis, ne nimia misericordia leges & divinas & humanas evertant.

XXXI.

Dignitas pœnam homicidii non mitigat.

Supra memoratis jungendi sunt legumlatores & JCti, qui dignitatem occisoris spectant, & propter hanc mitiorem pœnam infligunt. Jus civile Romanum illos tantum ho-

micidas, quorum gravior miſeriorque fortuna eſt, capite puniri, honoratiores vero, ſublata capitis pœna, deportari jubet, *L. 16. ad L. Corn. de ſicariis*, in qua lege tamen non, ut vulgo, *aliquo honore*, ſed *alto honore*, legendum eſſe, *Noodtius in lib. 1. Obſervat.* recte ex *L. 3. §. 5. ad L. Cornel. de ſicariis* conjicit. Jus quoque canonicum clericos homicidas non ultimo ſupplicio afficit, ſed degradatos curiæ ſeculari puniendos tradit, eccleſiam tamen efficaciter intercedere jubet, ut citra mortis periculum ſententia circa eos temperetur, *c. 27. pr. X. de Verborum ſignificat.* Verum hæc res in arbitrio principum & legumlatorum non eſt poſita, quum Deus ipſe omnes homicidas occidi velit. Igitur, quum impium ſit legibus divinis non obtemperare, recte apud nos jura hæc negliguntur.

XXXII.

Homicida non chriſtianus, ad chriſtianos transeundo, pœnam homicidii non evitat.

Non pauci, quos *Tiraquellus de Pœnis temperandis aut remittendis cauſſa* 25. memorat, exiſtimant, homicidæ Judæo vel alii non Chriſtiano, ſi Chriſtianus efficiatur & baptiſmum accipiat, ultimum ſupplicium remittendum eſſe. Inprimis *Thomas Ferrarius caut.* 24. refert, Paduæ Judæum, qui, commiſſo quodam enormi delicto, Chriſtianum ſe fecerat, convocatis illuſtribus totius academiæ doctoribus, & cauſſa in utramque partem diſputata, liberatum fuiſſe. Nos vero iſti opinioni manifeſto iniquæ *Ovidii* tantum verba ex *libro 2. Faſtorum* opponimus:

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Supplebimus iſtum locum hic, nec diſſimulabimus, occaſionem, ut id faceremus, natam ex literis amici, quem ma-

maximi facimus, cujusque judicium & consilium semper sapiens & nobis salutare reperimus. Scripsit is nuper ad nos familiariter, ut solet, ac significavit, se hæsisse in illo, & extimuisse, ne quis malevolus calumnietur, baptismum a nobis abjecte & per contemtum *Ovidii* verbis aquam flumineam appellatam fuisse. Nos, quibus in scribendo nihil tam cordi est, quam ne quid offendatur, publice testamur, nihil nos per ista verba baptismi sanctitati detrahere voluisse. Adsentimus per omnia *Tertulliano*, qui in *libro de Baptismo cap.* 4: *Nulla*, inquit, *distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur, nec quidquam refert inter eos, quos Joannes in Jordane, & quos Petrus in Tiberi tinxit, nisi & ille spado, quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit. Igitur omnes aquæ de pristina originis prærogativa sacramentum sanctificationis consequuntur, invocato Deo. Supervenit enim statim spiritus de cælis, & aquis superest, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificatæ vim sanctificandi combibunt. Quanquam ad simplicem actum competat similitudo, ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur*; & in *cap.* 20. baptismum *sanctissimum lavacrum novi natalis* appellat. Ista tamen, quam religiose agnoscimus, baptismi sanctitas naturam aquæ non mutat, nec maleficis asylum & delinquentibus impunitatem tribuit. Manet hac ratione aqua simplex & fluminea, ac sine impietatis nota sic appellari potest, nisi etiam *Paulum* apostolum objurgare velis, quod is ad *Ephesios V*, 26. baptismum simpliciter lavacrum aquæ appellarit. Derisit jam olim *Augustinus contra Julianum lib.* 6. *cap.* 6. superstitiosam simplicitatem eorum, qui baptismi sanctitatem plus justo amplificant: *Si*, inquiens, *quidquid in homine est, quando baptizatur, baptizari & sanctificari putandum est; dicturus es, & ipsa in illo baptizari & sanctificari, quæ in intestinis & vesica sunt per digestionem* cor-

corporis digerenda: dicturus es, baptizari & sanctificari hominem in matris utero constitutum; si ad hoc sacramentum accipiendum gravidam necessitas cogat, & ideo baptizari jam non debere, qui nascitur: postremo dicturus es, & ipsas baptizari & sanctificari febres, quando baptizantur ægroti. Vide *can.* 35. *de Consecratione dist.* 4.

XXXIII.

Numerus liberorum homicidam ab ultimo supplicio non liberat.

Dissentimus ab his, qui homicidis ob multitudinem liberorum ultimum supplicium remittunt. Provocant quidem ad *L.* 7. §. 3. *de Bonis damnatorum*, seu, uti ab antiquis allegari solet, *L. un.* §. 3 *de Portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur*, nec non ad *L.* 57. §. 1. *de Ritu nuptiar.* At his legibus parum juvantur. Non negamus tamen, inter antiquos Romanos plurimos gravissimorum delictorum atque etiam homicidii reos damnationem ob liberorum copiam evasisse. Memorabile inprimis Sergii Galbæ exemplum est, qui ob Lusitanos contra interpositam fidem interfectos jamjam damnandus per filios suos in medium productos misericordiam populi commovit & absolutus est, teste *Cicerone de Claris Oratoribus*, *n.* 89. & 90. adeoque, ut *Valerius Maximus lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 2. loquitur, absolutionem, quæ innocentiæ tribui non potuit, respectu puerorum impetravit. Sed, quod priscis Romanis æquum visum est, inter Christianos certe, quibus Deus legem de homicidis interficiendis præscripsit, valere non potest.

XXXIV.

Bene merita & insigne artificium homicidam ab ultimo supplicio non liberant.

Peccant, qui ob insignia bene merita vel ob artificium singulare homicidas ultimo supplicio eripiunt, parumque illis prodest, quam pro se afferunt, *L.* 31. *pr. de Poenis.*

XXXV.

XXXV.

Homicidis ultimum supplicium propter matrimonium remitti non debet.

Nonnulli, homicidas a pœna capitis per matrimonium liberari, putant, si videlicet puella quædam damnatum sibi maritum expetat. Vide hac de re *Bart. Chassanæum in Comment. consuetud. Burgundiæ* §. 2. *verb. S'il n'a grace tit. Des justices & droiz d'icelles*, ubi dicit, se nullam ejus consuetudinis rationem afferre posse, nisi, quod per matrimonium major reo pœna imponi videatur, quam per mortem, per multa, quæ de malitia mulierum affert. Sed hæc nostra non indigent refutatione.

XXXVI.

Judex in homicidio puniendo etiam crudelitatem & festinationem vitare debet.

Finem imponimus scripto huic, &, quod jam ab initio fecimus, iterum judices JCtosque monemus, ut in homicidiis puniendis ab intempestiva misericordia abstineant. Sed caveant etiam, ne in crudelitatem prolabantur, festinandoque nimis innocentem condemnent. Potius illud *Juvenalis Satyra* 6. *v.* 220. ob oculos habeant:

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

XXXVII.

Jussus patris filium homicidam ab ultimo supplicio non liberat, bene tamen defensio patris.

In *Specimine* CLXVIII. *de Jussu, medit. ult.* exemplum commemoravimus filii, qui, patre jubente, hominem occiderat, a JCtis Vitembergensibus ab ultimo supplicio liberati. Cave tamen, inde regulam conficias: Jussus patris pœnam homicidii mitigat. Nos eam non admittimus, nec solum

solum jussum patris JCtos, ut sic judicarent, movisse credimus. Movebat magis eos humanitatis ratio, quæ in ista specie singularis erat, atque dolum excludebat. Apparebit ea ex ipsius sententiæ verbis, quæ in illo *Specimine de Jussu* omissa hic supplebimus: Hat Inquisit (filius) in guten bekannt und gestanden, daß, als sein Vater Hans Jacob Erdman mit dem Entleibeten, Andreas Wagnern, in Zanck und Schlägerey gerathen, und er darzu kommen, er den Entleibeten mit drey Stichen verwundet, und es ist der verwundete Andreas Wagner darauf an solchen zugefügten Stichen gestorben. Dieweil aber Inquisit, Andreas Erdman, zu seiner Entschuldigung anführet, auch aus der Zeugen eydlichen und summarischen Aussage zu befinden, daß der Entleibete, nebst dem Fuhrmann, auf seinen (Inquisiti) Vater zugeschlagen, und daß Inquisiten sein jüngerer Bruder den Vater zu retten geruffen, der Vater auch Inquisiten selbst zugeschrien: Stich zu, stich zu! und also der verhaftete Andreas Erdman aus natürlicher Liebe zu seinem Vater, auch auf desselben Geheiß, damit er seinen Vater retten möchte, dem Entleibeten die Stiche zugefüget; So erscheinet daraus so viel, daß Inquisit, Andreas Erdman, zwar mit der ordentlichen Todes-Strafe zu verschonen, er wird aber mit Staupenschlägen des Landes ewig nicht unbillig verwiesen. V. R. W. Finge scilicet, te filium rixæ & luctæ patris supervenire, patrem humi prostratum sub adversario, homine peregrino & incognito, jacere, vapulare & opem tuam implorare, tibi vero gladium ad manus esse. Ferreus profecto eris, si te contineas. Subitus iræ impetus, filialis amor, metus pro vita patris, cohortatio paterna nulli deliberationi locum relinquent. Aberit ergo in tanta perturbatione ac affectuum confusione animus occidendi.

SPE-

SPECIMEN DXCVIII.

AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

DE CORPORE DELICTI IN HOMICIDIO.

I.

Corpus delicti, uti in omnibus criminibus capitalibus, ita maxime in homicidio, ad quæstionem vel mortis pœnam irrogandam, necessarium est.

II.

Id corpus delicti in certitudine saltem morali & summe verisimili, consistit;

III.

Nec sectionem & inspectionem cadaveris necessario desiderat.

IV.

Hac necessitas, cujus nullum in legibus divinis humanisque ab orbe condito vestigium reperitur, noviter contra ipsam legem Carolinam invecta;

V.

Nondum tamen plene recepta est, sed a cordatioribus JCtis & medicis inter populares errores refertur.

In *Speciminis DXCVII. de injusta in homicidas indulgentia, meditatione* 21. de nimia in corpore delicti investigando subtilitate, quæ multis homicidis perfugium præstet, quæstus sum. Quam querelam etiam nunc renovo, atque judicantes in investigando corpore delicti nimis curiosos ac scrupulosos esse veto. Quod tamen dum facio, non

hæc eſt mens mea, quod corpus delicti plane abeſſe poſſit. Eſt id utique, inprimis in homicidio, tam ſecundum rectam rationem, quam ex legibus civilibus, neceſſarium adeo, ut ſine eo nequeat ultimum ſupplicium, ac ne quidem tortura decerni; *L.* 1. §. 17. *de Quæſtionibus*, *Reſcriptum Auguſti Septemviri Saxonis apud Carpzovium Quæſt. crim.* 107. *n.* 69. Saltem naturam corporis delicti recte explicari oportet. Feci id jam in *Specimine DLXI. de Corpore Delicti, medit.* 4. & pluribus oſtendi, corpus delicti nihil aliud eſſe, quam certitudinem moralem de crimine vere commiſſo, ejus vero certitudinis determinationem religioni & prudentiæ judicantium permitti. Quam doctrinam, recte rationi convenientiſſimam, & uſu ſexaginta pluriumque ſæculorum firmatam JCti quidam ducentis circiter ab hinc annis corrumpere, ac corpus delicti in homicidio arctiſſimis limitibus circumſcribere ceperunt. Deſiderant nempe ſectionem & inſpectionem cadaveris, nec ſimplicem ſaltem, ſed ſolemnem, in qua omnia, quæ in *articulo Carolino* 149. commemorantur, accuratiſſime obſerventur, actus nempe ante ſepulturam expediatur, præſentes in eo ſint judex, duo judicii adſeſſores, ejusdemque ſcriba, adhibeantur unus pluresve chirurgi, ac hi ante ſectionem jurejurando obſtringantur, totum corpus ſolicite conſideretur, plagæ, vulnera, tumores obſerventur & conſignentur. Si quid horum neglectum & ſaltem in re minima peccatum, tum judicem ad ultimum ſupplicium devenire poſſe negant, ſed ſemper extraordinariam pœnam decernere oportere, cum *Carpzovio* in *Quæſt. crim.* 26. *n.* 52. ajunt. Negat itaque *Harprechtus in Conſil.* 19. *n.* 33. veneficum ad mortem damnari poſſe, ſi inſpectio cadaveris rite peracta non ſit, quamvis reus confiteatur, ſe venenum propinaſſe, atque etiam mors ſequuta ſit. Inventa hæc & invecta in juriſ-

pruden-

prudentiam nova corporis delicti in homicidio definitio vim legis divinæ, quæ homicidam ultore ferro persequitur, nec temperamentum, ut cadaver rite inspectum sit, addit, plerumque enervat, multosque homicidas supplicio, quod merentur, eximit; contra ipsam Caroli V. mentem, qui inspectionem non absolute necessariam esse dicit, nec propter omissionem ejus capitalem pœnam remittit, sed suadere saltem videtur, ut ad evitandum omne dubium adhibeatur. Vide verba *articuli* 149. **damit in Ermässung und Erkentnüß solcher unterschiedligen Verwundung halb nach der Begräbniß des Entleibten desto minder Mangel sey.** Sed nondum tamen popularem illum errorem plene recipimus. Supersunt enim & JCti & medici cordatiores, quibus legem divinam sic eludere religio est, inter quos incomparabilis *Heisterus in dissert. de Medicinæ utilitate in jurisprudentia* fatetur, in antiquitatibus Judæorum, Græcorum, Romanorum, Germanorum & aliarum gentium nullum necessariæ hujus inspectionis, item discriminis, quod vulgo inter vulnera lethalia & non lethalia, item absolute & per accidens lethalia faciunt, vestigium reperiri, majores nostros puniendo homicidio simpliciter animum occidendi & mortem sequutam spectasse, posse etiam hodie aliquando sectionem & inspectionem omitti, ac inde tamen nullam circa corpus delicti incertitudinem nasci, &c. Quodsi igitur ipsa sectio & inspectio cadaveris ad irrogandum homicidæ ultimum supplicium absolute necessarium non est, consequitur, pœnam homicidii ob hoc solum, quod inspectio quidem, sed non solemniter facta fuit, remitti non oportere. Qua de re in sequentibus dicam.

VI.

Pœna homicidii ob hoc solum, quod solemnia quædam in cadaveris inspectione neglecta fuerint, remitti nequit.

VII.

Quodsi mors brevi post vulnus inflictum tempore sequuta est, & de animo occidendi constat, dubia, quæ circa inspectionem cadaveris & vulneris lethalitatem moventur, vulnerantem ab ultimo supplicio non liberant.

VIII.

Quodsi mors ex intervallo sequuta est, dubia illa, siquidem verisimilia sunt, efficiunt, ut saltem pœna extraordinaria decernatur.

Nullus potest esse judex tam circumspectus, nullus medicus tam prudens, nullus chirurgus tam solers, ut, dum cadaver hominis occisi inspiciunt, secant, vel inspectione aut sectione præsident aut intersunt, ac deinde de vulnere renunciant, vel judicant, probra & cavillationes advocatorum, qui ad defensionem rei adhibentur, evitare queant. Ego profecto exemplum inquisitionis contra homicidam nondum vidi, in quo defensor circa inspectionem cadaveris non aliquid monuerit, & vel judicem negligentiæ in observatione solemnium, vel medicum indiligentiæ aut imperitiæ, vel chirurgum inertiæ non insimularit. Conqueritur de hac advocatorum improbitate *Alberti in Jurisprudentiæ medicæ tom. I. part. prior.* & *caput ultimum de iniquis advocatorum strategematibus in casibus medicis legalibus* inscripsit, totumque JCtorum & medicorum cordatiorum de ista improbitate testimoniis ac querelis implevit. Hæc ille contra advocatos. Sed audiatur & altera pars. Fateor, advocatos nonnunquam in magistratus & medicos injurios esse, atque cadaveris inspectionem & latum de lethalitate vulneris judicium immerito sugillare. Faciunt tamen id nonnunquam jure optimo, atque, vel magistratum, vel

vel medicum officium ſuum non recte feciſſe, clare oſtendunt. Quid tunc collegiis juridicis faciendum, quum talia acta ad ea deferuntur. Abſolvere reum a pœna jure divino ſancita ob ſolemne omiſſum, religio illis eſſe debet. Sed magis adhuc periculoſum eſt, damnare reum, qui forte innocens eſt. Et omnis profecto incertitudo tolli nulla humana ratione, quantumvis omnia ſolemnia adhibueris, poteſt. Temperamentum itaque optimum erit, quod jam *in Specimine* 597. *de Injuſta in homicidas indulgentia*, *med.* 22. ſuggeſtum, ut tempus, quo poſt vulnus acceptum quis deceſſit, inſpiciatur. Si id paucorum dierum vel horarum fuit, non eſt parcendum reo, quamvis habeat, quod circa inſpectionem cadaveris & judicium de lethalitate moneat. Sufficit, quod animum occidendi habuerit, quod vulnus inflixerit, quod mors confeſtim ſequuta ſit. Sed, inquis, poterit ſic innocens condemnari, poterit mors vulnerato ex alia cauſa, quæ jam ante vulnerationem adfuit, accidiſſe. Si ob hujusmodi dubia homicidæ ultimum ſupplicium remittis, nullus unquam condemnabitur. Infallibilis certitudo in rebus humanis haberi nequit. Homines ſunt etiam peritiſſimi chirurgi & medici. Errarunt illi fortaſſis, & vulnus lethale eſſe renunciarunt, quod lethale non fuit. Vel occultam vim morbi, quo vulneratus etiam ſine vulnere periiſſet, non perſpexerunt. Nimis faciles ſumus, ſi hujusmodi excuſationes admittimus. Et fac, aliquando ob omiſſam inſpectionem quem condemnari, qui forſan, ſi cadaver rite conſideratum fuiſſet, occaſionem, non cauſam, morti dediſſe inventus eſſet. Tamen non innocens condemnabitur, ſi animus occidendi adfuit, ſi vulnus inflictum, ſi mors occaſione ſaltem vulneris ſequuta eſt. Adde *Stykium in Vſu moderno tit. ad L. Corn. de Sicar. n.* 5. Sic JCti Helmſtadienſes menſe Octobri anni cIↃ IↃ CCXIV. in

 caſu,

casu, quo chiurgi, ad sectionem adhibiti, antea jurejurando, quod tamen *articulus Carolinus* 149. expressim desiderat, obstricti non fuerant, responderunt. Es erscheinet aus den Acten klärlich, daß des peinlich angeklagten Vorgeben, als ob derjenige Schuß, mit welchem Schmollmann entleibet worden, entweder nicht aus seiner Flinte oder doch unversehens und von sich selber hergekommen, falsch sey. Denn ein großer Theil der Zeugen, wieder deren Persohnen Börner bey der ersten Befragung nichts zu erinnern gefunden, sagen aus, daß sonst niemand Schieß-Gewehr bey sich gehabt, daß er den Schuß, nachdem er bereits über den Zaun und von dem Falle aufgestanden gewesen, mit ausgestrecktem Arme verrichtet, daß er diejenige, welche ihn verfolget, bedrohet, es ihnen eben so, wie jenem, zu machen. Welche Umstände denn seine gehabte proæresin deutlich genug an Tag legen. So kommt er auch mit dem, was er gegen die lethalitatem vulneris und die vorgenommene Besichtigung des Cörpers einwendet, nicht fort. Denn zugeschweigen, daß allhier, da der Entleibte so bald nach der Verwundung gestorben, die Sache an sich klar ist, und die Besichtigung nicht einmal von nöthen gewesen, *arg. Constit. crim. art.* 147. *Stryk in Vsu moderno tit. ad L. Cornel. de Sicariis n.* 5. so ist über dis an der Relation und dem derselben anectirten Judicio nichts auszusetzen. Auch ist genug, daß die Vereydung des Chirurgi und Medici bey Ubernehmung ihres Amtes geschehen, und da es auch daran ermangelte, könte solches annoch suppliret, und die Relation vermittelst Eydes bestärket werden, *Clasen ad Constit. crim. art.* 149. *n.* 4. Similiter iidem mense Majo anni cIↄ Iↄ CCXIX. in casu, quo sectio quidem & inspectio rite peracta erat, sed medicus, priusquam de vulnere referre judicareque posset, mortem obierat: Es ist peinlich angeklagter eines an Gerd Titjen im

Jahre

Jahre 1713. begangenen Todschlages überführet. Nun scheinet es zwar an einem richtigen Corpore delicti zu ermangeln, indem der Physicus, welcher damalen den Entleibten secirt, verstorben, und jetzo niemand die eigentliche Beschaffenheit der Wunde mehr weiß. Allein dieses wird den Angeklagten wenig helffen, da nach des zweyten Zeugen im Protocollo vom 21. Februar. 1713. gethanen Aussage der Zietjen bald empfangenem Schlage verschieden, in welchem Falle die Besichtigung des todten Cörpers nicht einmal nöthig ist, *Constitut. crimin. artic.* 147. *ibi*: **über etlich Zeit darnach stürb**, juncto *artic.* 149. sondern die Todes-Straf auch ohne derselbigen statt findet. Prorsus eundem in modum JCti Vitembergenses in casu, quo medicus & chirurgus vulnus mortiferum esse dixerant, sed rationes nullas ad-diderant, mense Majo anni cIↄ Iↄ CCXXX. Ob wohl Inquisit die vorgenommene Besichtigung deß entseelten Cörpers und das Judicium medici und chirurgi von Lethalitæt der Wunde anficht, und solche Lethalität zweyfelhaft machen will; Aldieweil aber die Section selbst nach Vorschrift der Rechte solenniter und ordentlich vorgenommen, und die Wunde dabey tödtlich befunden wordē, also die Vermuthung, daß die Relation der Wahrheit und den Regulis artis gemäß sey, erwächset, und durch Inquisitens darwieder gemachte Dubia nicht elidiret wird, da zumal der so gleich auf die Verwundung erfolgte Tod lethalitatem vulneris sattsam anzeiget, und von bewehrten Rechts-Lehrern dafür gehalten wird, es sey alsdenn, wenn der Verwundete gleich stirbet, auf die vorgegangene Besichtigung so gar scrupuleus nicht zu sehen, noch unter dem Vorwande eines darbey vorgegangenen Irrthums der Thäter von der Lebens-Strafe zu befreyen; So hat Inquisit in seiner Defension etwas, so ihm zu statten kommen und eine Remission der Todes-Strafe zu wege bringen möchte, nicht ausgeführet. E contrario, quando mors

mors longo post vulnus inflictum intervallo sequitnr, atque aliquid, quod circa inspectionem cadaveris observari debuisset, neglectum, licet medicus & chirurgus, vulnus mortiferum fuisse, perhibeant, reus potius extra ordinem puniendus est. Fecerunt id JCti Helmstadienses mense Aprili anni cIↄ Iↄ CCXVI. Daß Inquisit, Hanß Elers, gestalten Sachen und Umständen nach, auf vorher abgeschwornen Urpfeden des Landes mit Staupenschlägen ewig zu verweisen. V. R. W. Rat. Dec. Es ist Inquisit theils geständig, theils überführet, daß er des Nachts um 2 Uhr von einer Kindtaufe berauschet nach Hause gekommen, sich in das Bette zu seiner Frauen geleget, mit selbiger gegen Morgen, als sie die Tochter seinem Bedüncken nach zu früh aufgewecket, in Zanck und Schlägerey gerathen, sie zu erschiessen gedrohet, aus dem Bette gesprungen, das an der Wand hangende geladene Gewehr ergriffen, und solches auf die Frau gehalten, da es denn looß gegangen und die Frau dergestalt verwundet, daß sie 11. Tage darauf gestorben. Wiewol nun alsdenn, wenn der Tod plötzlich auf die Verwundung erfolget, Die Besichtigung des entleibten Cörpers nicht einmahl nöthig ist, sondern die Wunde schlechterdinges vor tödtlich geachtet wird, *Stryk in Usu moderno tit. ad L. Corn. de Sicariis* §. 5. hiernächst der Unterschied, welchen die Medici inter vulnus absolute & ut plurimum lethale machen, öfters zum Vorwand einem boßhaften Mörder von der wohlverdienten Todes-Strafe zu befreyen dienet, demnach von bewehrten Rechtslehrern nicht allemal attendiret, sondern auch in vulneribus ut plurimum lethalibus, wenn der animus occidendi bey dem Thäter klar hervor scheinet, auf die Lebens-Strafe erkannt wird, vide judicia JCtorum Lipsiensium & Vitembergensium apud *Bergerum in Electis Jurispr. crimin.*

min. v. 275. & 280. endlich, daß Inquisit animum occidendi gehabt, fast nicht zu zweifeln ist, da solcher aus dem vorhergehenden Zancke, Schlägerey, Drohung und andern Umständen ziemlich deutlich erhellet; wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob hätte Inquisit alsofort mit der Lebens-Strafe beleget, oder doch wenigstens wegen des von ihm abgeleugneten animi occidendi zur scharfen Frage gezogen werden sollen: Aldieweil aber die Verwundete nicht alsofort, sondern viele Tage nach empfangener Wunde gestorben ist, in welchem Falle die Eröfnung und Besichtigung des Cörpers allerdings nöthig ist: *Constitut. crimin. artic.* 147. ibi: **aber etlich Zeit darnach stürb**; juncto *artic.* 149. die aber allhier nicht sufficienter und also, daß man daraus ein rechtes Urtheil de lethalitate vulneris schöpfen konte, geschehen, diesemnach, und da es an einem richtigem Corpore delicti ermangelt, keine höhere, als extraordinaria pœna, statt finden kan, *Carpzov. Quæst. crimin.* 26. *n.* 52. ferner der bey der Section gebrauchte Medicus so wol, als auch die hiesige Medicinische Facultæt, deren Gutachten wir darüber eingeholet, in den beygefügten rationibus decidendi nicht undeutlich zu verstehen giebt, daß vielleicht bey der Cur etwas versehen und der Tod daraus erfolget seyn könne, bey welcher Bewandniß, da ein so starkes dubium vorhanden, die interpretatio in benigniorem partem geschehen muß, *L.* 155. §. 2. *de Regulis juris*, dann der animus occidendi so gar unzweyfelhaft nicht ist, und des Inquisiten Vorgeben, ob habe er seine Frau nur schröcken und zum Stillschweigen bewegen wollen, etwas Wahrscheinlichkeit hat, indem gar wol seyn kan, daß die Flinte nur durch seine Unvorsichtigkeit, da er zumahl den Rausch noch im Kopfe gehabt, und so gar, wie der Soldat aussaget, eine lange Zeit nachher

noch getaumelt, loos gegangen, welches denn die gleich nach dem Schusse von ihm bezeigte Reue noch mehr bestärcket, im übrigem auf die von dem peinlichen Ankläger vorgeschlagene Tortur zu sprechen deshalben bedencklich ist, weil Inquisit angeführter Maßen vom Rausche und Schlafe gantz truncken gewesen, und sich, was damalen eigentlich vorgegangen, nicht einmahl recht besinnen kan, zu geschweigen, daß es ohnedes wegen des bey dem Corpore delicti sich ereignenden Mangels nicht wohl zum ultimo supplicio kommen kan; So haben wir bey diesen Umständen weder auf die Lebens-Strafe noch Tortur gesprochen, sondern Inquisitem, in Ansehung, daß er wenigstens culpam latam begangen, den Staupenschlag mit ewiger Landes Verweisung zuerkannt.

IX.

Longissimum inter vulnus & mortem tempus homicidam tunc non juvat, quando de lethalitate vulneris & animo occidendi indubie constat.

Cave, id, quod de tempore, inter vulnus & mortem intercedente, observando in præcedentibus meditationibus dixi, eo extendas, ut, si illud longius sit, pœnam ordinariam homicidii simpliciter locum non invenire, dicas. Credunt hoc aliqui, & nescio, quos sibi dies criticos fingunt. Certe *Alberti in Tomo I. Jurisprudentiæ medicæ part. prior. pag.* 412. hanc *Meibomii in disp. de Vulneribus lethalibus* §. 35. thesin commemorat: *Si post longam temporis moram æger moriatur, licet eo vulnus causam dederit, lethale tamen vulnus non potest judicari.* At ipse hanc thesin probare non videtur, quoniam *in ejusdem Tomi part. poster. casu* 27. *p.* 334. *sqq.* responsa medicorum & JCtorum Hallensium refert, quibus vul-

vulnus cerebri, circumacto integro mense, lethale judicatum & vulnerans ad mortem damnatus fuit, refert. Et *Zittemannus in Medicina forensi cent.* 3. *casu* 99. exemplum mortiferi vulneris, ex quo vulneratus demum post sesqui mensem obiit, habet. Itaque si de animo occidendi lethalitate vulneris certo constat, quantumcunque intervallum ad mortem usque intercesserit, ultimum supplicium decernendum est. Fecerunt hoc JCti Helmstadienses mense Decembri anni cIↄ Iↄ CCXVIII. in casu, quo homicidii reus fere unice in hoc, quod vulnerata tertio decimo die post vulnus acceptum obiisset, excusationem suam collocabat: Es mag der erst am 13. Tag nach der Verwundung erfolgte Tod, da die Wunde selbst tödtlich befunden worden, Inquisiten nicht entschuldigen. Certe *Heisterus*, medicorum in Germania lumen, *in dissert. de Medicinæ utilitate in jurisprudentia*, observationem dierum criticorum popularem errorem appellat, & exempla vulnerum absolute lethalium, quæ lentior mors sequuta est, ut in corde post septendecim, in vena jugulari interna post octodecim dies in capite post sex, in cerebro, post novem hebdomades, refert.

X.

Si cadaver hominis occisi nuspiam apparet, gravissimæ suspiciones, quod reus illum occiderit, & cadaver aboleverit, pro corpore delicti sunt;

XI.

Atque non solum torturæ locum faciunt,

XII.

Sed &, si reus factum confitetur, ad ultimum supplicium irrogandum sufficiunt.

 Potest

Potest corpus delicti in homicidio certum esse, quamvis cadaver hominis occisi nuspiam appareat. Qui contra sentiunt, atque tunc non nisi extraordinariæ pœnæ locum faciunt, malitiis hominum mirifice indulgent, atque sicariis egregiam cautionem suggerunt, ut scilicet post facinus peractum cadaver vel igne vel calce viva aboleant, vel in profluentem abjiciant, atque sic se tutos ab ultimo supplicio faciant. Nihil indignius profecto. Non proderit ergo hæc cautio facinorosis apud justos cordatosque judices. Exemplum mulieris, quæ nepotem suum ex stupro natum necarat, & in flumen abjecerat, ad mortem damnatæ habet *Pagenstecherus de Jure ventris P. VI. pag.* 257. Ex iisdem rationibus JCti Vitembergenses mense Martio anni 1737 meretriculam, quam infantem suum vel canibus devorandum dedisse, vel in aquam vicinam detulisse, gravissimæ suspiciones aderant, quum de recenti ejus puerperio certo constaret, quæstioni subdiderunt, atque hoc maxime quæri jusserunt, annon cadaver occisi infantis occultarit vel sustulerit.

XIII.

In dubio, si nullum in cadavere vulnus ac mortis violentæ vestigium apparet, mors naturalis præsumitur.

XIV.

Nec leves suspiciones, ex rixa & lite desumtæ, ad inquisitionem sufficiunt.

XV.

Graviores tamen admittuntur ac pro corpore delicti accipiuntur.

XVI.

Mors in aqua sine aquæ potu esse potest.

Sæpe

Sæpe contingit, ut hominis vere per vim occisi cadaver quidem reperiatur, & accurate inspiciatur, sed nullum in eo vulnus, aut mortis vi illatæ vestigium appareat. Exempla passim, ut apud *Hippocratem* pulchræ virginis, quæ inter ludendum ab amica palma in syncipite leniter percussa occubuit, *Benivenium de Abdit. morb. caus. Zachiam in Quæst. medico-legal. lib. 5. tit. 2. Q. 10. n. 3. 4.* & alios occurrunt. In hac incertitudine interpretatio in meliorem partem fit, atque mors naturalis præsumitur, nec leviores, quæ forsan ex rixa aliqua & contentione desumuntur, suspiciones attenduntur. Nullus enim fere homo est, qui litem aliquam non habeat. Quare sic JCti Helmstadienses mense Septembri anni clↄ Iↄ CCXVIII. responderunt: Daß peinlich Angeklagter von der Anklage gäntzlich zu entbinden. V. R. W. Rat. Dec. Es will zwar das Ansehen gewinnen, ob sey der todt gefundene Reckleff Pecksen von Jürgen Hannecken durch einen Stooß oder Schlag umgebracht worden, in Erwegung, daß vorher der Pferde halber einige Zwistigkeit unter beyden gewesen, sie auch nach Aussage der entfernt gestandenen Zeugen einen ziemlich harten Wort-Streit mit einander gehabt, nach welchem Pecksen, der doch frisch und gesund ausgeritten, von seinem zulauffendem Bruder todt gefunden worden, da denn der gemeine Argwohn wegen des Todtschlages so fort auf Hannecken gefallen, dieser auch nach seiner Heimkunst gesaget, daß er gerne 50. Rthlr. entbehren wolte, daferne er selbigen Tages aus dem Langenhamme geblieben wäre. Aldieweil aber bey Besichtigung des todten Cörpers sich keine Spur eines gewaltsamen Todes gefunden, immassen dasjenige, was der Ankläger von dem am rechtem vase seminali bemerckten rothen Flecken anführet, von gantz keiner Erheblichkeit, auch ohne

alle Wahrscheinlichkeit ist, daß ein solcher heftiger Schlag oder Stooß, durch welchen jemand auf der Stelle todt geblieben, keine Zeichen nach sich lassen solte, hiernächst die zwischen ihnen als Nachbaren entstandene Uneinigkeit so weit nicht gekommen, daß man daraus eine heftige Feindschaft schliessen könte, wie denn die Marie von Nancken von den dem Inquisiten Anfangs beygemessenen Drohworten nichts gehöret zu haben eydlich bezeuget, ferner die wegen des Zancks abgehörte Zeugen keine rechte Schelt-Worte, sondern nur daß Hannecke mit dem Verstorbenen sehr laut geredet, vernommen, welches vielleicht daher, daß beyde etwas von einander gestanden, gekommen, dann der plötzlich erfolgte Tod gar wol aus natürlichen Ursachen, da zumal der Verstorbene ein asthmaticus gewesen, entstanden seyn kan, weiter das von dem begangenem Todtschlage ausgesprengte Gerücht keinen andern Grund, als die von des Pecksens Vater und Bruder wider den Inquisiten öffentlich geführte Reden, gehabt, endlich die von Inquisitem bey seiner Heimkunft gesprochene Worte eben kein indicium eines bösen Gewissens machen, da vielmehr dessen Standhaftigkeit, und daß er nicht entflohen, ein starckes Merckmahl seiner Unschuld ist; So seynd wir, ihn von der Inquisition und Anklage gäntzlich zu entbinden, auch, da kein factum illicitum heraus kommt, mit Erstattung der Unkosten zu verschonen, bewogen worden. Iidem vero diversum ab hoc judicium mense Majo anni cIↃ IↃ CCXXV. tulerunt in casu, quo cadaver hominis sine vulnere quidem, sed capite & pectore madidum, in campo jacebat, &, qui comes ejus fuerat, gravissimis suspicionibus premebatur. Verisimile quippe erat, illum in aqua suffocatum. Nec proderat reo, quod aqua in corpore inventa non esset. Jam diu enim

enim celeberrimi medici, eos, qui in aqua pereunt, non tamen ex potu aquæ perire, ostenderunt. Vide *Valentini Novellas medico-legales casu* 16, & *l' Histoire de l' Academie Royales Sciences á Paris, année* 1725. *dans l' Anatomie art.* 3. Quare sic responsum fuit: Kömmt Hermann Reckmann wegen eines todtgefundenen Menschen, Namens Gerhard Grintermanns, in Verdacht. Nun schützet er sich hauptsächlich damit, das kein rechtes corpus delicti vorhanden sey, und der Medicus, welcher den todten Cörper eröfnet und besichtiget, kein lethale vulnus darinn befinde, und selbst gestehe, es sey ihm die Ursach des Todes unbekant. Aldieweil aber Reckmann dadurch, daß er mit dem Verstorbenen in Rechts-Streit begriffen gewesen, mit demselben des Abends allein sich in das Feld begeben, den Weg nach dem Orte, wo der Cörper gefunden, genommen, also von dem Wege, der nach seinem des Reckmanns Hause gegangen, abgewichen, der Todte, als er vom Hause weggegangen, einige den Streit mit Reckmannen betreffende Briefschaften bey sich gehabt, welche nachgehends nicht bey ihm gefunden worden, und Reckmann so fort nach gefundenem Cörper die Flucht genommen, in grossen Verdacht, den Grintermann entleibet zu haben, gesetzet wird, und diese gegen ihn vorhandene indicia entweder gar nicht, oder doch ziemlich schlecht ablehnet, hiernächst die an des Verstorbenen Haupte und Obertheil des Leibes gefundene Nässe einige Muthmaßung giebet, es sey derselbe im Wasser erträncket oder sonst erstickt worden, welches denn gantz wol geschehen kan, ohne daß nachgehends nothwendig Wasser in dem Leibe gefunden worden, oder ein unfehlbares Merckzeichen der Erstickung erscheinen müße, weiter das in delictis nöthige corpus delicti nichts anders ist, als eine Gewißheit, daß dergleichen

delictum

deratio intercedebat. Socios, qui pro illo liberando periculum adierant, nisi ingratissimus, deserere non poterat. Ergo, dum reversus erat, officium suum fecerat, nec mortem, sed, quod limites defensionis aliquantulum excessisset, modicam coercitionem meruerat. Verum, dum inculpatam tutelam ad socios extendimus, societatem utique justam & honestam supponimus. Inhonesta enim nemini prodest. Memorabo exemplum: Combibones nonnulli, ex popina in urbem redeuntes, obviam habent opilionem, quem unus illorum petulantissime lacessit ac ad pugnam provocat. Opilio sese armis, quae isti hominum generi familiaria sunt, tuetur, pedum scilicet librat, ac molossum concitat, & sic adversarium in magnas angustias compellit; quod animadvertens alius compotor stricto ferro accurrit, opilionem transfigit, & sic socium a periculo liberat, ipse vero in vincula conjectus ac in judicium deductus, se inculpatam tutelam socii suscepisse, dicit. Et fuerat utique socius in aliquo periculo. Verum ipse in hoc per lasciviam irruerat, & societas compotationis inhonesta erat. Igitur JCti Helmstadienses mense Decembri anni cIↃ IↃ CCXIX. auxiliatorem ad mortem damnarunt: Wird der Studiosus George Wagner eines an dem Schäfer-Knechte, David Vashauern, begangenen Todtschlages beschuldiget, demnach zu wissen verlanget, ob gegen denselben die ordentliche Todes-Strafe statt finde. Nun führet er zwar zu seiner Defension an, daß er allhier eine Nothwehre wieder den von dem Entleibten losgelassenen Hund und zum schlagen aufgehobenen Schäferstock begangen; folglich gewinnet es das Ansehen, ob sey Wagener gestalten Sachen nach mit der ordentlichen auf die Todtschläger gesetzten Strafe zu verschonen. Aldieweil aber Wagener, wenn er schon das Schelten

ten nicht angefangen, gleichwol dem den Streit gantz liederlicher Weise ohne alle gegebene Ursach anfangendem Delio sich beygesellet, auf die Schäfer-Knechte mit blossem Degen loßgegangen, und dadurch sich mit zu einem Urheber des Streits gemacht, also, indem er sich der von einem andern angefangenen unrechtmäßigen Händel theilhaftig gemachet und Vashauern den blossen Degen vorgehalten, dolose in re illicita versiret, demnach vor alles daraus entstandene Unheil, welches er leichtlich voraus sehen können, zu antworten schuldig ist; So ist nichts vorhanden, welches George Wagnern von der ordentlichen Strafe der Todtschläger befreyen könne.

XIV.

Moderatio inculpatæ tutelæ etiam pro innocente, nobis nec sanguine nec fœdere juncto, admittitur.

XV.

Factum Mosis, Ægyptium obtruncantis, non excusabile solum, sed justum & imitandum est.

XVI.

Inter liberas quoque gentes defensio & liberatio innocentis, injuste invasi aut oppressi, justa est belli caussa.

Maxima lis est, an hoc, quod alicui pro se, familia, uxore, liberis, sociis ac fœderatis licet, etiam pro aliis, cum quibus nulla ei necessitudo & conjunctio intercedit, innocentibus & a potentiore oppressis ac in periculum conjectis, liceat; in qua decidenda etiam theologi dissentiunt, atque in tres partes abeunt. Materiam contentionis suggerit Moses, qui *Exodi II*, 11. 12. homini Hebræo, ab Ægyptio vapulanti, suppetias ferens, postquam huc illucve circumspexisset ac neminem adesse videret, Ægyptium obtrun-

truncavit & arena obruit. Dissensionem antiquorum patrum, theologorum & moralistarum super justitia hujus facti verbis *Calovii in Bibliis illustratis ad h. l.* referam: *Num*, ait ille, *peccarit in eo Moses, disquiritur. Peccasse nonnulli putant, quod* privatus *fuerit &* vindictæ cupiditate abreptus *id fecerit, ideoque etiam meticulosus ea in re huc illuc circumspexerit, an aliquis eum videret, & occisum absconderit. Quibus annuit* Aug. *l. 22. contra Faust. Manich.* Consulta æterna lege reperio, non debuisse hominem a Mose, qui nullam ordinatam potestatem gerebat, quamvis injuriosum & improbum, occidi: *& Hilar. l. 5. de Trinit. qui* affectui *id tribuit, &* quod nesciverit Moses Deum paternarum benedictionum: *adde* Oecumenium in *Epistolam Judæ, qui tradit,* diabolum in certamine cum Michaële ipsi objecisse, Mosis corpus sepultura indignum esse, quod Ægyptium interfecisset. Alii *ab homine privato quidem id factum dicunt, & citra extraordinarium impulsum, sed absque peccato; sive quod ex communi humanitatis officio id debuerit Moses, uti* Ambros. *l. 1. de Offic. c. 36. censet,* quoniam qui non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit, *sive quod cum moderamine inculpatæ tutelæ Ægyptium occiderit, quæ est* Thomæ *sententia 2. secundæ qu. 6. art. 6. ad secundum, quo etiam inclinat* Burgensis, *Cajet. ut & Toletus, in Luc. 10. annot. 27. quia tunc non erat judex, qui posset injuriam avertere, & injuria erat præsens, nec moram patiebatur: unde Mosis fuit, subvenire.* Hæc Calovius, qui tamen neutri parti accedit, sed ipse tertiam ac mediam viam eligit: *Sed,* inquiens, *quia nunquam id vitio Mosi vertitur in Scriptura, imo Protomartyr Stephanus a Deo motum fuisse testatur Act. VII, 25.* existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis, at illi non intellexerunt: *Ex conscientia vocationis suæ, ad liberandum populum, id fecisse Mosen, dubitandum non est, & aperte dicit*

Stephanus: ἐποίησεν ἐκδίκησιν, fecit vindictam: *privatam autem vindictam non laudasset utique; hæc enim legitime fieri non potest Rom. XII, 19. ideo ut persona publica autoritate ad hoc facinus* extraordinarie *divino impulsu ad justam vindictam exercendam stipata considerari debeat, ceu futurus liberator populi, quod utrumque apertum est ex verbis Protomartyris. Exemplum ergo illud non fuit commune, sed* prorsus singulare, *quod ad* admirationem *proponitur, non ad imitationem, nisi eorum, qui eodem impelluntur Spiritu.* Et paulo post subjicit: *Fecit id respiciens primum huc illuc, unde colligas, quasi de facto suo trepidarit, neque certus fuerit, se a Deo ad id permotum fuisse.* Fluctuant in eadem quæstione decidenda etiam juris naturæ doctores. *Pufendorffius* certe *in commentariolo de Officio hominis & civis, lib. 1. cap. 5. §. 15: Quodsi quis*, ait, *præter facultatem nocendi etiam voluntatem ostendat, non quidem adversus me, sed alium, non ideo statim meo nomine eum invadere ultro possum; nisi ad auxilium alteri, qui injuste a potentiore invaditur, ex fœdere tenear.* Postea vero in *lib. 2. cap. 16. §. 11: Denique*, inquit, *ubi nulla alia ratio est, vel sola communis cognatio sufficere potest, ut injuste oppressum, nostra auxilia implorantem, quantum commode facere possumus, defensum eamus.* Et hæc posterior Pufendorffii sententia verior, & Ambrosii de facto Mosis judicium rectum est, nec temperamento Calovii opus habet, nec peccabunt, qui factum illud Mosis imitabuntur. Obligat nos natura, ut aliorum vitam, bona, existimationem, quantum possumus, conservemus. Quam naturalem obligationem injusta adversarii invasio ac oppressio non minuit profecto, sed auget magis. Agnoscunt hanc naturalem obligationem jura civilia, atque moderationem inculpatæ tutelæ etiam ad defensionem innocentis in *articulo Carolino* 150. extendunt: **So einer zu Rettung eines andern Leib, Leben oder Guth, jemands erschlägt.** Inter liberas quoque gen-

gentes defensio innocentis, etsi nullo fœdere junđi, pro justa bellandi caussa reputatur. Si antiquissimum exemplum vis, *Livium lib. 7. cap. 29. 31. & 32.* consule, si recentius paulo, bellum illud Germaniæ tricenarium, cui Gustavus Adolphus, Suecorum rex, humanitatis caussa intercessit, ut ab innocentibus Germaniæ ordinibus imminens jugum excuteret & religionis laborantis periculum averteret, recordare, si recentissimum, bellum illud, quod Ludovicus XIV. Galliarum rex, Belgis anno 1672. sine omni caussa intulit, ad quod reprimendum, tanquam ad vicinum incendium exstinguendum, Germani aliæque gentes accurrerunt, contemplare. Quin multi eo progrediuntur, ut, posse principem civibus alienis, a principe suo contra jus & fas oppressis, auxilium contra legitimum dominum ferre, contendant, *Stephanus Junius Brutus in Vindiciis contra tyrannos quæst. 4. Albericus Gentilis de Jure belli lib. 1. cap. 16. Grotius de Jure belli ac pacis lib. 2. cap. 25. n. 8.* quibus *Zieglerus* noster in *Juribus majestatis lib. 1. cap. 33. n 56.* accedit, atque saltem temperamentum hoc addit, non sufficere qualemcunque vim & injuriam, sed atrocissimam requiri, saltem caussam debere esse evidentiorem.

XVII.

Verba: überlauffen, anfechten, schlagen; *optima ratione in articulo 140. disjunctive ponuntur, singulaque singularem significationem habent.*

XVIII.

Vim patitur & ille, qui lacessivit & offendit, quemque offensus sine omni necessitate stricto telo in vitæ periculum conjicit.

XIX.

Igitur auctor etiam rixæ moderationem inculpatæ tutelæ allegare potest.

Verba *in principio articuli Carolini* 140. posita: **überläufft, ansicht, oder schläget**; non quidem supplemento, sed tamen explicatione egent. Non temere quippe Carolus ista verba disjunxisse videtur. Supponit scilicet vim ei, qui inculpatam tutelam obtendit, illatam. Id vero triplici modo contingere potest, primum, si cæsus alterum ex improviso adortus est, **überläufft**, deinde, si cæsus non ex improviso, sed in rixa, quam ipse ante excitavit, telum contra alterum strinxit, adeoque auctor rixæ & pugnæ fuit, **ansicht**, denique, si cæsus, ante lacessitus, citra necessitatem alterum, a quo offensus fuit, telo arrepto in vitæ discrimen adducit, **schläget**: Constat hinc, auctorem rixæ aliquando moderationem inculpatæ tutelæ allegare posse, quod & alii ante me, *Brunnemannus ad L.* 4. *ad L. Aquiliam n.* 3. *Bergerus in Jurispr. crim. pag.* 101. observarunt, ac argumento *legis* 52. §. 1. *ad L. Aquiliam*, verbis: *Culpam penes eum, qui prior flagello percussit, residere;* firmarunt, sed tamen novum pondus sententiæ suæ ex istis *articuli* 140. verbis addere potuissent. Igitur sic JCti Helmstadienses mense Novembri anni cIↃ IↃ CCXII. responderunt: Hat Friedrich Christian Nollbeck einen Papiermacher, Frantz Schwerdtfegern, von welchem er vorher an den Kopf durch einen Stock heftig geschlagen worden, mit dem Degen also verwundet, daß er nach Ablauf dreyer Tage und ohngefehr 8. Stunden verstorben. Wird demnach zu wissen verlanget: Ob besagter Nollbeck dieser That halber am Leben gestrafet werden könne? Nun seynd zwar unterschiedliche Umstände vorhanden, welche denselben ziemlich hart zu graviren scheinen. Denn anfänglich hat der Verstorbene selbst wenig Tage vor seinem Tode auf seinen Krancken-Bette Nollbecken beschuldiget, daß er Urheber des Streits gewesen, und ihm mit unhöflichen Worten begegnet.

Wan-

Wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey Friedrich Christian Nollbeck vor einen böslichen Todtschläger zu halten, und mit der ordentlichen Todes-Strafe zu belegen. Alldieweil aber kein einiger Zeuge von dem wahrhaften Ursprunge und Urheber des Streites etwas auszusagen weiß, und dasjenige, was der Verstorbene dieserhalben auf seinem Tod-Bette vorgegeben, keinen Glauben findet, weil derselbe bey der vorgegangenen Action starck betruncken gewesen, und damalen, daß er den Anfang des gantzen Handels selbst nicht wisse, sondern mit Nollbecken davon reden wolle, gesaget; Bey welcher Bewandniß, und da de auctore rixæ keine Gewißheit zu haben ist, auf den auctorem pugnæ gesehen werden muß, welches denn der verstorbene Schwerdtfeger sonder Zweifel gewesen, indem derselbe Nollbecken, ehe dieser den Degen entblösset, mit dem Stocke heftig auf den Kopf geschlagen, und aber bewährte Rechts-Lehrer behaupten, daß auch ein Auctor rixæ, dafür doch Nollbeck allhier nicht einmal gehalten werden mag, wenn er nicht zugleich Auctor pugnæ ist, mit der ordentlichen Strafe der Todtschläger nicht beleget werden könne; wobey denn ferner zu Nollbecks Entschuldigung nicht wenig beyträget, daß derselbe von dem heftigen und der Zeugen Aussage nach auch gefährlichem Schlage gantz betäubet und taumelicht worden, also, da der starcke Trunck darzu gekommen, nicht recht gewust, was er gethan, immassen auch der animus occidendi daher hinweg zu fallen scheinet, weil er den Degen gleich nach empfangenem Schlage, da doch der Zorn am heftigsten gewesen, freywillig von sich gegeben, und sich bereits zum Wegreiten resolviret gehabt, dieses auch vermuthlich gethan haben würde, dafern nicht Schwerdtfeger, aller ihm von unterschiedenen Personen geschehenen Warnung ungeachtet, zurück gekommen, und dadurch Gele-

genheit zu der neuen und letzten Action gegeben; So erscheinet demnach aus den angeführten Umständen und Rechts-Gründen so viel, daß Friedrich Christian Nollbeck mit der ordentlichen Todes-Strafe zu verschonen sey.

XX.

Adulter & fur jus cum cæde resistendi non habent.

Cave doctrinam, in §§. 18. & 19. propositam, ad eos, qui jure occidi potuissent, atque adeo resistendi jus nullum habent, fures adulterosve, extendas. Aliqui nempe JCti in permittendis homicidiis nimis faciles sunt, ac contendunt, eos, qui in delictis gravissimis deprehensi legibus permittentibus occidi possunt, licite resistere atque eos recte interficere, quibus ipsorum cædes permissa est. Ita *Molina de Justitia & Jure Tom. IV. Disp.* 15. §. 1. existimat, eum, qui in adulterio cum alterius uxore reperitur, posse e medio tollere maritum vitæ periculum intentantem. *Idem §. sequenti* asserit, furem, si vita ejus in periculo sit, jure vita privare eum, a quo periculum ipsi imminet. Sed impium est, talia defendere, atque adultero & furi permittere, ut delicta cumulent. Illis certe, quibus leges potestatem occidendi alios in delictis atrocibus concedunt, eædem etiam securitatem præstant, neque illorum cædem impunitam relinquunt.

XXI.

Invasus, qui per fugam elabi poterat, si hac fuga ei ignominiosa futura est, ad eam capessendam non obligatur, nec, si invasorem occidat, moderamen inculpatæ tutelæ excedit.

XXII.

Ille tamen, qui ſine omni, vel magno ſaltem, dedecore fugere poteſt, ad fugiendum obligatur.

XXIII.

Neque Germani ſingulare præ aliis nationibus quod ad fugam jus habent.

XXIV.

Fuga viro forti non ſemper ignominioſa, ſed aliquando honorifica & decora eſt.

Peccant, qui invaſum nunquam ad fugam capeſſendam obligari putant. Multi exiſtimant, homicidium neceſſarium eſſe atque impune relinquendum, ſi quis invaſus fugere ſecure quidem potuit, id tamen non fecit, veritus, ne fama atque exiſtimatio ipſius minueretur, ſed adgreſſorem cæde potius repulit. Defendunt ſententiam hanc ex *Conſt. crim. art.* 140. ubi Imperator ait: So einer jemand mit einem tödtlichen Wehr oder Waffen überläufft, anficht oder ſchlägt, und der benöthiget kan füglich ohne Fährlichkeit ſeines Leibs, Lebens, Ehr und guten Leumuths nicht entweichen, der mag ſein Leib und Leben ohn alle Straſe durch eine rechte Gegenwehr retten. Non equidem *Zieritzio* & aliis quibusdam Conſtitutionis Carolinæ interpretibus aſſentimus, qui verba iſta, Leibes, Lebens, Ehr und guten Leumuths, conjunctim accipienda eſſe putant, atque invaſo, qui vitam ſuam fuga ſervare poteſt, neceſſitatem fugiendi imponunt, etſi omnis exiſtimationis ſuæ jacturam ita ſit facturus. Potius cum *Struvio de Vindicta privata c.* 4. *aph.* 7. *num.* 5. exiſtimamus, tunc fugam licite omitti, ſi quis ſibi fugiendo ſum-

summum dedecus inureret, & se quasi inutile ejus, in qua constitutus est, societatis membrum redderet. Si enim dux bellicus aut alius equestris dignitatis vir in aula principis degens invadátur, illi certe, etsi commode per fugam elabi posset, fugere tamen inconsultum foret. Tantum quippe per fugam opprobrium incurreret, ut necesse ipsi foret, illud, quod elegit, vitæ genus deserere, atque inter infimæ sortis homines inposterum latere. Ad hoc autem nulla nos lex obligat, ut cum jactura famæ fortunarumque nostrarum vitam hostis nostri conservemus. Sed hæc doctrina, quod aliquos facere animadvertimus, nimis extendenda non est. Sunt enim, qui neminem plane, inprimis Germanum, cujuscunque conditionis hominem, ad fugam capessendam obligari volunt. Audiamus *Besoldum P. 6. Consil. 291. n. 28: Fuga cuilibet, qui se defendere potest, censetur esse ignominiosa, & infamia aliqua adficere eum, qui hac ratione se defendit. Quod adeo verum est, ut insultatus ab alio non solum fugere non teneatur, sed & insultantem impune dicatur occidere posse, etiamsi fugiendo periculum evadere possit. Et hæc omnia eo magis locum habent in homine Germano, qui insultatus fuit. Nam Germanorum non est, fugere, ut ait* Barthol. Romulejus in L. ut vim num. 61. *ubi hinc expresse infert, illud argumentum, quod ignominiosum sit fugere, & melius sit non vivere, quam vitam infamem ducere, maxime procedere apud Germanos. Et tandem addit,* Zasium *dicere, quod sententia* Bartoli *& aliorum, qui tenent, fugiendum esse, si sine periculo vitæ quis fugere possit, non habeat locum apud Germanos.* Verum enim vero durum & humanitati omni adversum est, humanas victimas immolare existimationi suæ, tunc, quum ejus jactura vel exiguum damnum infert, vel facili negotio sarciri potest. Leve detrimentum sentiet inferioris conditionis homo, si vel maxime illi, quod fuga sibi consuluerit, objiciatur. Intra breve tempus vanæ

istæ populi voces plane evanescunt, neque ipsa propterea aut ordine suo movebitur, aut e collegio, in quo fuit, ejicietur. Neque ridiculæ, de singulari Germanorum præ ceteris gentibus fortitudine, persuasioni tantum tribuendum est, ut pro illa stabilienda cædem hominum permittamus. Sic igitur JCti Helmstadienses mense Julio anni cIↄ Iↄ CCXVI. responderunt: Daß sämmtliche Inquisiten, in Ansehung der von ihnen ziemlich beygebrachten Nothwehre, von der Inquisition zu entbinden, gleichwol wegen des darinn begangenen Excesses, daß sie nicht, wie sie allen Umständen nach gleich andern wol thun können, entflohen, jeder 2. Thl. zu milden Sachen zu erlegen schuldig, oder 4. Tage lang im Gefängnisse mit Wasser und Brodt zu speisen, überdies zu Erstattung der Procesß-Unkosten anzuhalten. V. R. W. Et tantum abest, ut fuga nobili principique viro semper ignominiosa sit, ut potius, si circumspecte capessatur, prudentiæ laudem ac honorem fugienti conciliet, obstinata defensio autem, ubi spes nulla vincendi adest, desperatio magis aut inconsulta temeritas dicenda sit. Nemo profecto cordatus vanam istam gloriæ appetitionem probabit, qua Judas 1. *Maccabæorum IX*, 10. instante copiosissimo hostium exercitu, a sociis desertus, cum paucis, qui restiterant, certam mortem oppetere, quam fuga suæ sororumque saluti consulere, maluit. Prudentius longe Carolus M. apud *Gobelinum Personam in Cosmodromio æt. VI. cap.* 38. a Saxonibus usque ad flumen Magonum fugatus cum exercitu flumen transiit ac evasit: *Melius est*, inquiens, *dicere: Carolus fugit coram inimicis; quam: Carolus interfectus est ab inimicis.* Eleganter auctor des Froschmäußlers, qui ingeniosissimis apologis suis Phrygum Æsopum & Gallorum Fontainium longe post se relinquit, *Part.* 2. *cap.* 6:

Der war klug, der Lauffen erdacht.
Das hat mich oft aus Noth gebracht.
Die Kunst brauch ich für all Gefahr,
Hab sie probiret, und funden wahr.
Drum wenn ich spür, daß meine Feind
Mir etwas überlegen seynd,
So kriech ich durch ein Loch hinaus,
Versteck mich wie eine fremde Mauß.
Oder spring hinan die Bäum und Mauren,
Kan ich daselbst denn auch nicht dauren,
Alsdenn bitt ich erstlich um Gnad,
Will die auch gar nicht finden statt,
So wehr ich mich ohn alle Scheue,
Beiß und reiß wie ein brüllend Löwe,
Daß, wo ich mich nicht solt erwehren,
Doch sterben mög fürm Feind mit Ehren.

XXV.

Inculpata tutela pro sola rerum conservatione, etsi nullum vitæ periculum appareat, recte adhibetur.

XXVI.

Igitur fur & raptor impune occiduntur.

XXVII.

Peccant tamen, qui cædem furis sine discrimine permittunt.

Considerabimus, possitne quis furem vel alium quemlibet invasorem non vitæ & pudicitiæ, sed rerum tantummodo suarum conservandarum causa, interficere. Jus naturæ, nec non lex divina *Exodi XXII*, 2. quin & Romana in *L.* 1. C. *Unde vi*, item Carolina in *articulo* 150. hoc permittit. At *Augustinus*, *Grotius* aliique id, quod Judæis licuit,

cuit, in Christiano fas esse negant, quibus jus canonicum in c. 10. *X. de Homicidio* accedit. Nos tamen sententiam hanc tuebimur, quod Christiano quoque, quicquid *Grotius de Jure Belli ac Pacis l. 2. c. 1. §. 13.* dicat, cædes furis, si res servari aliter nequeat, sit permissa. Nunc saltem contra eos disputabimus, qui licentiam hanc plus justo extendunt. Ipsi conditores legum XII. tabularum hac in re domino nimium indulserunt, tametsi res suas aliter etiam conservare aut furem comprehendere & ad judicem ducere potuerit. Testes habemus *Ciceronem*, qui *in Orat. pro Milone*: *Duodecim*, ait, *tabulæ nocturnum furem quoquo modo interfici impune voluerunt*; *Gellium*, qui *in Noctibus Atticis l. 2. c. 18.* *Decemviri*, inquit, *furem tum occidi permiserunt, si, quum faceret furtum, nox esset;* Ulpianum, qui apud *Licinium Ruffinum in Collatione legum Judaicarum & Romanarum titulo de Furibus & pœna eorum: Furem*, ait, *nocturnum lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere.* Adde *Senecam lib. 10. Controv. ult. in fin.* & Augustinum in *c. 3. X. de homicidio.* Quapropter Paulus apud *Licinium Ruffinum d. l.* non quidem necesse, melius tamen esse putat, furem talem capere & magistratui offerre. Sic enim ille: *Si quis*, inquit, *furem nocturnum vel diurnum, quum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur, sed melius fecerit, qui eum comprehensum transmittendum ad Præsidem magistratibus obtulerit.* Sed ista decemvirorum indulgentia & JCtis antiquis & ipsi Justiniano nostro, ut par fuit, iniqua visa est. Pomponius jam, teste Ulpiano apud *Ruffinum*, dubitavit, num lex XII. tabularum in usu esset. Qui vero eum secuti sunt JCti, retinuerunt quidem illam, sed arctioribus limitibus circumscripserunt. Et Justinianus noster non simpliciter eam in leges suas recepit, sed tres potissimum distinctiones, Cajum & Ulpianum secutus, addidit. Voluit scilicet, ut tunc de-

mum furem vel invasorem nocturnum impune interficere liceat, (1.) si apprehendere eum ac magistratui sistere nequeamus, l. 5. *pr. ad L. Aquil.* (2.) si parcere ei sine periculo vitæ rerumque nostrarum non possimus, *l.9. ad L. Cornel. de Sicariis*, (3.) si hoc ipsum periculum nostrum clamore testificati simus, nemoque suppetitas tulerit, *l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* Nihil potest esse his limitationibus æquius, nihil divino juri convenientius. Atque tamen sunt, qui ab iis recedunt, & legem XII. tabularum in usum reducunt. Apud Batavos, si *Hubero in Eunomia Romana p.* 405. fidem habemus, Ordines binis edictis nocturni furis cædem indistincte permiserunt. Idem *Huberus d. l.* theologum Marpurgensem absolutum, imo ne quidem accusatum fuisse, ait, qui hominem noctu ædes suas ingressum & in cella se occultantem interfecerat, tametsi appareret postea, occisorem sine periculo suo ei parcere atque strepitu & voce eum abigere potuisse. Neque videmus, quomodo excusari possint, qui cum *Lessio de Justitia & jure l. 2. cap. 9. dub.* 11. statuunt, occidi posse raptorem in ipsa rapina, etiamsi rem meam per judicem recuperare queam, nec peccare contra justitiam, qui furem fugientem interficiat.

XXVIII.

Simplices minæ, non quidem regulariter, sed aliquando tamen, inculpatæ tutelæ locum faciunt.

Non debet silentio præteriri sententia *Fichardi*, qui *Tom.* 3 *consil.* 37. *n.* 14. statuit, homicidam a capitali pœna liberandum esse, si minis alterius ad homicidium committendum sit adductus. Equidem Carolus V in *Constitut. Criminalis art. CXL.* ait, er ist mit seiner Gegenwehr, biß er geschlagen wird, zu warten nicht schuldig. Sed hæc verba, uti ex præcedentibus planum est, de eo casu intel-

intelligenda ſunt, quo quis periculum vere ſibi imminere videt, quod arma vel inſtrumenta mortifera adſint & poſt minas ſtatim impetus fiat. Tunc utique licebit eum, qui minas profudit atque eas exequi conatur, repellere, etiam cæde ejusdem, ſi aliter incolumitas obtineri nequeat. At ſolæ minæ non præbent excuſationem, quo minus is, qui iſtis commotus alterum occidit, pariter occidendus ſit. Debet is, in quem minæ jactantur, judicem adire, atque ab eo petere, ut, qui minas protulit, vel cautionem de non offendendo præſtet, aut, ſi eam præſtare nequeat, carceri includatur. *Conſtit. crim. art.* 176. Non negamus tamen, poſſe aliquando accidere, ut quis ob ſolas minas recte interficiatur, nempe, ſi appareat, alterum eas mox executurum eſſe, neque remedium ſuppetat illum repellendi, *L.* 1. *C. Quando liceat unicuique, ſine judice ſe vindicare.* Quæ res ex circumſtantiis dependet & prudentis arbitrio a *Soto* & *Struvio de Vindicta privata cap.* 4. *aph.* 2. *n.* 6. definienda relinquitur. Vide elegans exemplum apud *Schilterum in Additamentis ad Exerc.* 49. *n.* 8.

XXIX.

Articuli Carolini 140. *rariſſimus in foro uſus eſt.*

XXX.

Vt tutela inculpata dici queat, omnia ejus requiſita obſervata ſint, oportet.

XXXI.

Si in uno peccatum, exceſſus inculpatæ tutelæ dicitur.

XXXII.

Qui exceſſus aliquando morte punitur.

XXXIII.

Tunc maxime, quum interfectus juſtam habuit arma inferendi cauſſam.

XXXIV.

Aliquando extra ordinem coercetur.

Quæ in sæpe memorato *articulo* 140. definitur, inculpata tutela, ex omni parte perfecta, eine rechte &c., ut in *articulo* 142. additur, gänzlich entschuldigte Noth und Gegenwehr, supponitur. Ejus vero exempla rarissima sunt. Ego certe intra XXX. circiter annos, quibus collegiis juridicis adsideo, vel mille cædis reos moderatione inculpatæ tutelæ se excusasse, ex his vero vix quatuor aut quinque plenam ex *art.* 139. *&* 140. absolutionem impetrasse, recordor. Multi ad mortem damnati, plerique extra ordinem puniti, virgis nempe cæsi, relegati, vinculis coerciti, pecunia mulctati sunt. Atque tamen nullus eorum fuit, qui non aliquam *articuli* 140. partem ad factum suum trahere jure videretur. Verum partem eorum, quæ in *articulo* 140. præcipiuntur, observatam fuisse, non sufficit. Nihil omnium deesse oportet, ut tutela inculpata dici queat. Qui in aliquo peccavit, limites inculpatæ tutelæ excessit, atque vel ordinarie vel aliquando mitius punitur. Conjungendus itaque cum *articulo* 140. est *articulus* 141. *in fine* atque excessus inculpatæ tutelæ a moderatione inculpatæ tutelæ distinguendus. Ille tamen, ut dixi, non semper extra ordinem, sed sæpe gladio punitur. Nempe ex his, quæ in *articulo* 140. ad justam defensionem requiruntur, aliqua absolute necessaria sunt, aliqua adesse quidem oportebat, verum, si non observata fuerunt, culpam magis, quam dolum arguunt. Inter illa præcipuum est injusta invasio. Qua deficiente, quamvis interfector vitæ periculum aliter, quam nece adversarii, avertere non potuerit, ultimum supplicium effugere nequit. Igitur auctor pugnæ, item, quemadmodum aliquoties dixi, fur & adulter,

ter, ultimo supplicio adficiendi sunt. Clara sunt *articuli* 142. verba: so einer der ersten Benöthigung halb redlich Ursach zur Nothwehr gehabt, und doch in der That nicht alle Umbstände, die zu einer ganzen entschuldigten Nothwehr gehören, gehalten hat, ist Noth gar eben zu ermessen, wie viel oder wenig der Thäter zur That Ursach gehabt habe, und daß fürter die Straf an Leib und Leben, oder aber zur Buß und Besserung erkannt werde. At si injuste invasus alia ratione periculum depellere potuit, sed tamen invasorem occidere maluit, dandum quid est imbecillitati humanæ. Rem optime responsum JCtorum Helmstadiensium mense Julio anni clↃ IↃ CCXXII. exaratum illustrabit: Daß Inquisit zwar mit der ordentlichen Todes-Strafe zu verschonen, jedoch ein Jahr lang bey geringer Kost zum Vestungs-Bau oder anderer Arbeit, ingleichen zu Erstattung der durch diese Inquisition verursachten Unkosten anzuhalten sey. V. R. W. Rat. Dec. Inquisit gestehet, daß er Toffel Kotzmannen mit dem Messer einen Stich zugefüget, und dieser kurtz hierauf verstorben. Ob er nun wol von den Zeugen überführet ist, daß er nicht in terminis mere defensivis geblieben, sondern den Entleibten einen Schelm und Hunds ꝛc. gescholten, hiernächst, da er sich bereits in der Thüre seines Quartiers befunden, und ohne Gefahr retiriren können, stille gestanden, und den Entleibten noch darzu herausgefodert, auch seinem erstem Bekäntnisse nach so gar mit dem Messer, in der Meynung, den Arm zu treffen, auf ihn loß gestoßen, also wenigstens animum occidendi indirectum gehabt, wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey Inquisit mit der ordentlichen Todes-Strafe zu belegen, da zumal die vorgeschützte Trunckenheit theils zu Entschuldigung dergleichen groben Verbrechens nicht hinlänglich, theils der Zeugen Aussa-

ge nach so gar übermäßig nicht gewesen ist. Alldieweil aber 1.) Inquisit weder auctor pugnæ noch rixæ gewesen, indem 2.) der Verstorbene durch Schlagung seines Hundes und Bedrohung wegen des Pferdes Gelegenheit zu Händel an ihm gesucht, hingegen 3.) Inquisit damahlen im Kruge nichts ungebührliches geredet oder gethan, auch so gar 4.) weitere Verdrießlichkeit zu meiden aus dem Kruge gegangen, da denn 5) der Entleibte mitgegangen, und 6.) aller Vermuthung nach die insonderheit durch das dem Inquisiten seines stillen und friedfertigen Wandels halber von Gerichts wegen ertheilte Zeugniß sehr unterstützet wird, den Wort-Streit und das Schelten wieder angefangen, auch 7.) den Inquisiten zum ersten heraus gefodert, welches denn 8.) diesen aus menschlicher Schwachheit zum Wiederschelten bewogen hat, ferner 9.) was die Zuckung des Messers und Vorhaltung desselben betrift, Inquisit als ein Fremder und von andern Verlassener allerdinges wahrscheinliche Ursach zu fürchten gehabt, daß der Entleibte nebst seinem Beystande auf Inquisitens Person, oder auf dessen Geld einen Anschlag gemachet, und ihn in solcher Absicht verfolget, weshalben er das Messer zu seinem Schutze heraus zu kriegen in etwas befugt gewesen, nechstdem 10.) der von dem einen Zeugen angegebene Umstand, daß Inquisit bey dem Eintritte in die Pforte dem Entleibten zugeruffen, er solte nur einmal zu ihm kommen, zwar ein grosser Excessus des moderaminis inculpatæ tutelæ ist, jedoch durch die übrige Umstände ziemlich emollirt wird, weiter 11.) der Verstorbene auf Inquisiten zu erst mit der Spieß-Ruthe zugeschlagen, mithin der ohnfehlbahre auctor pugnæ gewesen, also 12.) der hieraus erwachsene heftige Zorn den ohnedes betrunckenen Inquisiten einiger Massen ausser sich selbst gesetzt, daß diesemnach der dem Entleibten zugefügte Stich, wenn es sich schon damit nach des Inquisiten

ten erstem Bekäntnisse verhalten solte, in etwas entschuldiget wird; So können wir den Inquisiten nicht vor einen boßhaften und vorsetzlichen Todtschläger halten, sondern meynen, daß der von ihm in der Defension aus Zorn und Trunckenheit begangene Excess nur ausserordentlich zu bestrafen sey. Und hat uns auch der Staupenschlag bey angeführten Umständen zu hart, die blosse Landes-Verweisung aber, da Inquisit ohnedes ein Ausländer ist, zu wenig gedeucht, weshalben wir Inquisiten ein Jahr lang zum Vestungs-Bau oder anderer Arbeit condemniret.

XXXV.

Quæ de probatione inculpatæ tutelæ in articulis 141. & 142. *præcipiuntur, hodie ob mutatam judiciorum criminalium faciem fere usum non habent.*

XXXVI.

Judex itaque hodie ex officio de probatione est solicitus.

XXXVII.

Quæ probatio plerumque anceps est, atque tunc JCti vel ad jusjurandum purgationis, vel ad tormenta confugiunt.

XXXVIII.

Sed præstat media via, ut scilicet statim pœna extraordinaria decernatur.

In litibus circa moderationem inculpatæ tutelæ difficillimum est probatio; quæ quando vel accusatori, vel reo imponenda sit, solicite admodum definit *Carolus V. in articulis* 141. & 142. Et hi articuli veteri formæ judiciorum

criminalium optime conveniunt. At postquam hodie ea forma immutata, atque in plerisque Germaniæ provinciis accusationes vel plane non, vel raro adhibentur, istorum articulorum nullus fere superest usus, sed judex ex officio circa probationem est solicitus, atque in veritatem eorum, quæ vel fama & delatores contra reum deferunt, vel reus in suam excusationem allegat, accurate inquirit. Verum & post accuratam inquisitionem plerumque res incerta manet, ac judex, absolvendusne an condemnandus sit reus anceps hæret. Jubetur tunc *in articulo* 143. prudentiores consulere, qui, uti pariter homines sunt, ipsi quoque fluctuant ac inter se dissentiunt. Igitur vel ad tormenta, vel ad jusjurandum purgationis confugiunt; quæ duo remedia quam sint fragilia ac sæpissime fallant, cordati omnes intelligunt. Cohorreo itaque, quoties alterutrum decernendum est, & infinitis exemplis convictus, vel perjurium, vel confessionem innocentis, sed infamium dolorum impatientis rei, metuo. Quæ dum considero, mediam potius viam, ipso *Carolo V. in articulo* 142. duce, inter condemnationem & absolutionem eligo, atque, nisi aut gravissima contra reum indicia, aut pro innocentia ejusdem argumenta contrarium suadeant, confestim pœnam extraordinariam, sine tormentis & jurejurando, decerno. Feci hoc nomine JCtorum Helmstadiensium mense Julio anni cIↃ IↃ CCXXVIII. Daß Jacob Jäckel von der angestellten Inquisition gäntzlich zu entbinden, Johann Friedrich hingegen ein Jahr lang mit Vestung-Bau zu bestrafen, auch alle durch diese Inquisition verursachte Unkosten zu bezahlen schuldig sey. V. R. W. Rat. Dec. Hanß Hauer hat auf seinen Schwieger-Sohn Jacob Jäckeln

ckeln aus Ursachen, daß dieser wegen seiner Frauen Mitgift einen Anspruch gemacht, einen Unwillen gefasset, und ist mit ihm, da sie einander beyde begegnet, und Hauer eine Furcke, Jacob eine Flinte in Händen gehabt, handgemein worden, beyde seynd im Schlagen auf die Erde gefallen, bis Hans Hauers Sohn darzu gekommen und Jacob Jäckeln sich zu retiriren gezwungen, ihm auch die Flinte hinweg genommen. Hanß Hauer hat bey dieser gegen Mittag passirten Schlägerey mehr nicht als eine leichte Contusion am Gesichte bekommen, und hat der Schwieger-Sohn sich dergestalt in Acht genommen, daß, wie er ihn nachgehends in das Hauß, in welchem er gewesen, kommen sehen, er sich in einer Cammer verstecket; Am Abende desselbigen Tages ist des Jacobs Bruder, Johann Friedrich, in eben das Dorff, wo sich der Handel zugetragen, gekommen, und hat davon Nachricht erhalten. Als dieser in Wachmanns Hause bey Tische gesessen, ist Hans Hauer gleichfalls dahin gekommen, aber, so bald er seines Schwieger-Sohns Bruder ansichtig geworden, zurück gegangen, da ihm denn dieser auf den Fuß nachgefolget, nach einigen Wort-Wechsel die Flinte genommen und mit selbiger solche Schläge zugefüget, daß der geschlagene nach des Medici uud Chirurgi Urtheil nothwendig davon sterben müssen. Was nun den Schwieger-Sohn Jacob betrift, so finden wir nicht das geringste, was denselben graviren könnte. Diesemnach haben wir selbigen völlig absolviret. Mit Johann Friedrich Jäckeln hingegen ist die Sache intricater. Daß derselbe Hauern umgebracht, ist ausser Zweifel. Allein er giebt eine Nothwehr vor, und erzehlet: Der Erschlagene habe, als er ihm nachgefolget, gesaget: Du Canaille, du Schelm, du Dieb, stehe, ich stecke; habe das Gewehr auf ihn gehalten, den Hahn loos

gezogen, daß auch das Pulver von der Pfanne abgebrandt, worauf Inquisit ihm das Gewehr aus der Hand gerissen und damit anfänglich über den Arm geschlagen, endlich, da ihm Hauer ins Gesicht greiffen wollen, selbigen zur Erde geworfen und mit dem Flinten-Lauffe um die Rippen geschlagen. Von allen diesen Umständen weiß kein Zeuge was zu sagen, weil niemand gegenwärtig gewesen; und der Erschlagene hat auf dem Todt-Bette die Sache gantz anders erzehlet, daß er nemlich anfänglich zwar den Thäter gedutzet, jedoch nachgehends, als er ihn erkannt, um Vergebung gebeten, ihm auch die Flinte auf sein Verlangen hingegeben, aber von ihm damit so erbärmlich zugerichtet worden. Es kömmt also die Entscheidung dieser Sache nach Vorschrift **der Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung** *artic.* 143. auf die Umstände und das Ermessen eines guten verständigen Richters an. Dem Inquisiten kommt zu statten, daß der Erschlagene ein unruhiger Mann gewesen, die Schlägerey den Morgen früh mit seinem eigenen Schwieger-Sohne angefangen, nach derselben wieder mit der Mist-Furcke in das Hauß, worinnen dieser Schwieger-Sohn gewesen, gekommen, und selbigen vermuthlich aufgesuchet, auch, da selbiger sich verstecket, bey dem Weggehen gesaget: nun komm, du Luder, nun bin ich allein; ja 2. Stunden hernach und zwar in der Nacht mit der Flinte wieder eben dahin gegangen, demnach, wie man fast schliessen muß, wenig gutes im Sinne gehabt, auch, als Inquisit ihm nachgefolget, mit Dutzen und Schelten den Anfang gemachet, ja vorher auf seine eigene Kinder, daß sie ihm untreu wären und nicht genung beygestanden, geschmählet. Dahingegen ist wieder Inquisiten, daß er, als Hauer zurück gegangen, ohne einige Noth aufgestanden und ihm aller Vermuthung nach, in der Meynung, den seinem Bruder erwiesenen

wiesenen Schimpf zu rächen, nachgefolget, dabey so erhitzt gewesen, daß er des Hauers Worte: o sind ji dat, vergebet es mir; welche doch die Kinder seinem eigenem Bekäntnisse nach gehöret, und ihm folgends wieder gesaget, nicht gehöret haben will, ferner, als er von Hauern die Flinte bereits in Händen, demnach nichts sonderliches mehr zu befürchten gehabt, ja dieser schon auf die Erde gelegen, doch mit solcher Wuth auf ihn loß geschlagen, daß man es über etliche Häuser hören können, endlich nach der Schlägerey sich dessen, daß er den Erschlagenen prav zugedecket, berühmet, und nur hinzu gefüget, er habe des Kopfs geschonet, damit es ihm nicht am Leben schaden könte. Bey so gestalten Sachen siehet man wol, daß Inquisit zwar eben nicht die Intention gehabt, den Hauer todt zu schlagen, jedoch, und wenn gleich Hauer auctor rixæ und gar pugnæ gewesen wäre, er der Jäckel das moderamen inculpatæ tutelæ erschrecklich excediret, demnach die in unserem Urthel gesetzte Strafe wol verdienet, und nur in Ansehung des fast ein Jahr lang ausgestandenen Gefängnisses noch so gelinde durchgelassen worden; atque iterum nomine Scabinorum Vitembergensium mense Januar. anni cIɔ Iɔ CCXXXII. Dieweil der Witzele Vorgeben, daß Schlott, welcher doch nicht betruncken, auch sonsten ein friedfertiger Mann gewesen, anbey kein zu Beleidigung oder Tödtung der Menschen gewöhnliches oder zu seiner Defension bequemes Instrument bey sich gehabt, zwey starcke Männer auf öffentlicher Strasse ohne gegebene Ursache angefallen und durch Schläge provociret, nicht die geringste Wahrscheinlichkeit hat, und der von ihnen zu Abwendung der gefoderten Satisfaction und besorgten Strafe geleistete Eyd in keine sonderliche Betrachtung kommt, wenigstens der von Schlotten abgelegte Eyd vor Gefehrde gleich-

 mäßi-

mäßigen Glauben verdienet, hiernächst Schlotts Erzehlung, wie er zuerst wegen der weggenommenen Handschuh zu Rede gestellet und angefallen, und dadurch, sich mit dem ohne einiges böses Ansehen bey sich gehabten Spaten zu wehren, gemüßiget worden, durch die in Actis vorkommende Umstände, insonderheit, daß die Witzele einander wegen der Handschuh vexiren wollen, auch, da Schlott zu ihnen gekommen, darüber würcklich im Wortwechsel begriffen gewesen, Jacob aber die Handschuh damahlen noch nicht wieder gegeben gehabt, also die von dem verstorbenen Jacob gebrauchte Worte: Da kommt der Schwartzrock, welcher bey uns gesessen; klärlich genung dahin, Schlotten bey dem Bruder verdächtig zu machen und in die Vexirerey zu ziehen, abgeziehlet, ferner beyde Witzele in der Schlägerey die Oberhand gehabt, Schlotten übel zugerichtet, und um Friede und Barmhertzigkeit zu bitten gezwungen, ja nach zweyer Zeugen Aussage durch Anbiethung eines Vergleichs vom Klagen abhalten wollen, Schlott aber nichts destoweniger geklaget; kräfftig unterstützet wird; So wird Inquisit Schlott mit der peinlichen Frage billig verschonet, auch, in Ansehung der ihn entschuldigenden Umstände, und des bereits abgelegten und dem Reinigungs-Eyde gleich zu achtenden Eydes vor Gefehrde, von der Inquisition entbunden, jedoch wegen des unterlauffenden Excesses, über das bereits ausgestandene, noch 2. Wochen lang mit Gefängniß, oder um 2. Rsch. bestraft, und zu Bezahlung aller durch diese Inquisition verursachten Unkosten angehalten.

XXXIX.

Reus cædis, qui probationem inculpatæ tutelæ offert, ab ea, etsi difficillima, diuturna & sumtuosissima sit, excludi non debet.

XL.

XL.

Quodsi probationes ipsi sine dolo vel culpa intervertantur, nec mors nec quæstio, sed vel jusjurandum purgationis, vel pœna extraordinaria decerni potest.

Quod supra diximus, *articulorum* 141. & 142. mutata hodie judiciorum criminalium facie, exiguum superesse usum, eo extendi non oportet, ut reo probationem sibi *in articulo* 141. permissam offerenti hæc deneganda sit. Sed audiendus est, quamvis hæc probatio difficilis & sumtuosa sit, multumque temporis requirat. Commemorabo exemplum: Reus cædis, in Prussia factæ, Hamburgi capitur, nec cædem negat, sed moderationem inculpatæ tutelæ obtendit. Senatus Hamburgensis in Prussiam scribit, & acta super cæde confecta requirit. Respondent Prussi, narrantque breviter; reum jam apud se in vinculis jacuisse, ac ad quæstionem damnatum fuisse, sed, antequam ea haberi potuerit, profugisse; acta vero non addunt. Quibus literis acceptis, senatus Hamburgensis JCtos exteros consulit, qui, quæstionem jam olim in Prussia decretam habendam esse, respondent. Tum reus, latam adversus se in Prussia sententiam injustam, atque a se contra appellatum fuisse, & innocentiam suam ex actis Prussicis lucide apparere, queritur, seque ad probationem inculpatæ tutelæ paratum esse, ad hanc vero actis Pussicis, quæ ideo requirenda sint, opus habere, ait. Replicat advocatus fisci, nam Hamburgi accusationes solemnes frequentantur, reum moras saltem & effugium quærere, dum optime sciat, acta ex Prussia vel plane non, vel difficulter ac post multum tempus cum maximis sumtibus obtentum iri, senten-

tentiam, olim in Prussia latam, justam actisque conformem præsumi. Verum JCti Helmstadienses mense Januario anni cIↄ Iↄ CCXXI. negarunt, reum a beneficio probationis, quod *articulus* 141. ipsi indulgeat, excludi jure posse. Apparebat tamen, Prussos forte vel non responsuros, vel acta non missuros. Atque tunc probatio reo immerenti auferebatur. Igitur nec hoc casu quæstio haberi poterat, ne reus, se opprimi queri posset. Vide *L.* 18. §. 9. *de Quæstionibus & L.* 4. §. 2. *de Requirendis vel absentibus.* Itaque iterum tunc media via, quam supra monstravimus, placuit, &, quia jusjurandum purgationis sine maximo perjurii periculo non poterat, pœna extraordinaria decreta fuit: Nunmehr aus den Acten so viel zubefinden, daß vor allen Dingen bey Königl. Preußischer geheimbder Rath-Stube zu Königsberg um Communication der zu Memel ergangenen Inquisitions-Acten anzusuchen, und nach deren Einlangung Angeklagter annoch mit einer Defension zu hören, immittelst aber in einem Zuchthause oder anderem wolverwahrtem Orte bey mäßiger Kost zu beständiger Arbeit anzuhalten, auch, im Fall etwa die obgedachte Acten nicht zu erlangen wären, seine übrige Lebens-Zeit daselbst zu lassen sey. V. R. W. Rat. Dec. Ob wol angeklagter wegen des zu Memel an Madewitzen begangenen Todtschlages überaus starcke Indicia, insonderheit die in den Memelschen Interlocute enthaltene rationes die aus dem Königlichen Hoff-Gerichte erfolgte Confirmatoriam und darinnen befindliche Schärfung der erkannten Tortur, die aus dem Gefängnisse unternommene Flucht, die nach der Zeit abermal an einem Mousquetier zu Boitzenburg begangene Entleibung, die Jürgen Paul Büschen zugefügte gefährliche Wunden, und viel andere ausgeübte Missethaten, wieder sich hat, mithin es das Ansehen gewinnet, ob sey die Tortur des Memelschen homicidii

cidii halber in erster Instantz wol erkannt worden. Alldieweil aber Angeklagter, ehe er sich auf die Flucht begeben, von den zu Memel und Königsberg gesprochenen Urtheilen an das Ober-Appellations-Gericht appelliret, dieses die Appellation angenommen und Angeklagten noch einmal zu hören beschlossen, diesemnach selbiger auch allhier mit seiner Defension annoch zu hören ist, gleichwol solche Defension ohne die Haupt-Acten nicht füglich geführet werden mag, deren Mangel hingegen durch den von Memel überschickten Extract nicht suppliret wird, als worinnen die zu Angeklagtens Exculpation dienende und von dem Ober-Appellations-Gerichte bey Annehmung der Appellation in Betrachtung gezogene Umstände nicht zu befinden seynd, und denn eine grosse Unbilligkeit seyn würde, den Angeklagten, wenn es sich seinem Anführen nach mit der Entleibung verhalten und des Entleibten eigene Entschuldigung in den Acten anzutreffen seyn solte, mit der peinlichen Frage zu belegen; So haben wir kein besseres Mittel gesehen, als daß die Communication der Memelschen Inquisitions-Acten bey der Königsbergischen geheimden Raths-Stube, welche solche zu Behuf der Gerechtigkeit nicht versagen wird, gesuchet, und Angeklagter indessen in einem Zucht-Hause, Vestung oder anderem dergleichen Orte zur Arbeit angehalten, auch, daferne die Acta von Königsberg nicht einlaufen solten, mithin der Memelsche Todtschlag nicht gründlich untersuchet werden könte, seine übrige Lebens-Zeit daselbst, theils die andere von ihm begangene Missethaten zu bestrafen, theils dem gemeinem Wesen von diesem bösem gefährlichem Menschen Ruhe und Sicherheit zu schaffen, gelassen werde.

XLI.

In probatione inculpatæ tutelæ ea, quæ occisus ante mortem dixit, considerantur.

XLII.

Qui, si occisorem ipse excusavit, multum fidei habet.

XLIII.

Sed, si eum accusavit, aliquod saltem indicium facit, quod, nisi aliis argumentis fulciatur, non probat.

XLIV.

Quæ vulneratus, qui se extra periculum mortis esse credit, contra vulnerantem etiam jurato perhibet, fidem nullam habent, etsi is deinde ex vulnere moriatur.

In probatione inculpatæ tutelæ quæstio sæpius incidit, quousque testimonio ejus, qui occisus est, ante mortem perhibito, fides habenda sit. Est hæc fides sine dubio maxima, siquidem ad excusandum reum tendit, *L.* 2. *de S. C. Silaniano*, de quo vide *Specimen CXLIV. de Morte vim jurisjurandi habente*, *medit.* 8. longe minor autem, quando testimonium moribundi contra reum latum est. Neque enim illud tunc aliter attenditur, quam si aliis argumentis fulciatur, *L.* 3. §. 1. *de S. C. Silaniano.* Adde *modo dicti Speciminis medit.* 5. 6. 7. Tunc vero effatum interfecti nullius plane ponderis est, quando is hoc edidit, dum de morte adhuc non cogitavit, sed vel injuriam sibi per vulnus, quod mortiferum esse nesciebat, illatam persequi, vel se ipsum apud judicem, in rixam & pugnam inquirentem, excusare ac pœna liberare voluit. Sic igitur JCti Helmstadienses mense Julio anni cIↃ IↃ CCXVI. responderunt: Osterdorb hat durch einen Zeugen, wider dessen Person

son Fiscalis nicht das geringste einzuwenden vermag, dargethan, daß er bey der mit Ortlieben vorgegangenen Schlägerey in allen Stücken das moderamen inculpatæ tutelæ in Acht genommen. Ob nun wol Fiscalis dagegen anführet, es stehe dem Inquisiten des verstorbenen Ortliebs nach seiner Verwundung gethane Aussage im Wege. Alldieweil aber Inquisit von den Schlächtern mit mördlichen Prügeln angegriffen worden, demnach auf selbige mit dem Degen zu stossen und sie zurücke zu treiben wol befugt gewesen, ferner des Verstorbenen Aussage kein eigentlich auf dem Todt-Bette gethanes Bekänntniß, sondern vielmehr eine Klage ist, welche er zur Zeit, da er sich noch nicht in Lebens-Gefahr zu seyn geglaubet, um seine Privat-Satisfaction zu erlangen angebracht, der denn, bekannten Rechten nach, wenig ja gar kein Glaube beyzumessen ist; So seynd wir Inquisiten loß zusprechen bewogen worden. Quin imo tunc nec jurato quidem dicto interfecti credendum est. Memorabile exemplum Scabinis Vitembergensibus mense Jan. anni cIɔ Iɔ CC XXXII. oblatum fuit. Venit quis in jus, ac se a duobus fratribus in publico itinere invasum, verberibusque male mulctatum queritur, ac damna sibi in vestimentis illata, nec non sumtus in curam vulneris factos, restitui ac dolores pensari petit. Reis invasionem negantibus, ac se potius invasos dicentibus, jusjurandum defert, quod illi, præstito ab actore jurejurando calumniæ, accipiunt præstantque, ac deinde ab actione absolvuntur. Paulo post unus ex iis moritur, & medici, inspecto cadavere, renunciant, obiisse eum ex vulnere, quod in pugna illa acceperit. Tum actor in vincula conjicitur, nec vulnerationem negare poterat, se tamen invasum fuisse dicit, atque moderamen inculpatæ tutelæ prætexit, verum a judice, maxime propter jusjurandum a defuncto præstitum, ad quæstio-

stionem & fidiculas damnatur. Damnatus appellat, actisque Vitembergam missis, absolvitur ex rationibus: Dieweil der von den Witzeln zu Abwendung der gefoderten Satisfaction und besorgten Strafe geleistete Eyd in keine sonderliche Betrachtung kommt wenigstens der von Schlotten abgelegte Eyd vor Gefehrde gleichmäßigen Glauben verdienet, hiernächst die von einem auf dem Todt-Bette liegendem Menschen wider seinen Beleidiger angebrachte Beschuldigung, bey ermangelnden anderen Anzeigungen, nicht einmal zur gefänglichen Haft, vielweniger zur peinlichen Frage hinlänglich ist &c.

XLV.

Exceptio inculpatæ tutelæ, etsi inverisimilis videatur, non tamen simpliciter rejicienda, sed veritas ejus modis legitimis investiganda est.

Ait *Carolus V. in articulo* 144. moderationem inculpatæ tutelæ, a viro, qui feminam occiderit, allegatam, etsi verisimilis non sit, audiendam tamen & excutiendam esse. Rectius Carolus generaliter dixisset; exceptionem inculpatæ tutelæ, etsi inverisimilis videatur, non tamen simpliciter rejici oportere. Ex ratione ergo istius articuli, quæ in verbis: **so wäre doch müglich**; latet, colligimus; 1) etiam contra puerum allegari hoc moderamen posse, 2) peccasse judices Heidelbergenses apud *Bachovium in nota ad Wesenb. Paratit. l.* 48 *tit.* 8. *num.* 22. qui capitalem tulerunt sententiam in duos, qui unum, a quo se ambos invasos dicebant, occiderant, quod tale moderamen verisimile non videretur. Recte addit Bachovius, hanc sententiam multis duram visam fuisse. Certe nobis ipsis durior videtur ex rationibus supra memoratis.

XLVI.

XLVI.

Oratio Ciceronis pro Milone perfectissimum est defensionis ex capite inculpatæ tutelæ exemplum.

rint, deinde ea sit lacessiti dignitas, quæ per hujusmodi contumeliam insigniter, ex communi saltem hominum opinione, lædatur, denique cædes non ex intervallo, & proposito deliberato, adeoque ex vindictæ cupiditate, sed vere in calore iracundiæ facta sit. Apparet ex his, neque Egnatium, neque Murtulam a nobis excusari. Rem responso JCtorum Helmstadiensium mense Novembri anni clↃ IↃ CCXXI. exarato illustrabimus: Daß Inquisit mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen sey. V. R. W. Rat. Dec. Ist Inquisit mit Elias Heinecken bey dem Spiele in Streit gerathen, und von demselben Hunsvoigt gescholten worden, hat hierauf diesen Heinecken zuerst eine Ohrfeige und hernach, als ihm der Anfangs weggenommene Degen wieder gegeben worden, einen Hieb in die Schulter und einen tödtlichen Stich in den Leib gegeben, woran derselbe verstorben. Nun führet Inquisit in seiner Defension an, er sey durch das heftige und unverdiente Schelten des Verstorbenen, welcher sonder Zweifel Auctor rixæ gewesen, zu einem übermäßigen und alle Vernunft benehmenden Zorne gebracht, ja es habe so gar der Entleibte selbst auf dem Todt-Bette sein Unrecht erkannt, und den Inquisiten entschuldiget; Alldieweil aber Inquisit seinen Zorn durch die dem Erstochenem gegebene Ohrfeige schon genungsam gebüsset gehabt, mithin solchen Zorn zu weiterer Entschuldigung dessen, daß er nach geendigtem Handgemenge, worinnen nach des ersten Zeugen Aussage keiner eben von dem anderem Schläge bekommen, folglich die Verbitterung nicht vermehret worden, seinen weggenommenen Degen wieder gefordert, dabey keine weitere Händel anzufangen versprochen, gleichwol, der ihm von den Zeugen gegebenen Vermahnungen ungeachtet, Heinecken verwundet, nicht anführen mag, wie denn auch das ohnedeß noch nicht bescheinigte Geständtniß des Entleibten, daß er die Händel angefangen und

sich

sich zu dem Inquisito genöthiget hätte, hier wenig zur Sache thut, indem Inquisit dennoch Auctor pugnæ bleibet, und, welches das vornehmste, die bereits geendigte Schlägerey von neuen ohne Noth wieder angefangen, und einen unbewehrten Menschen mit blossem Degen überfallen; So haben wir keine Ursach gefunden, von der ordentlichen Todes-Strafe abzugehen. Similem in modum Scabini Vitembergenses mense Octobri anni cIↄ Iↄ CC XXXVI. responderunt: Ist Inquisit Dietrich sowol durch zweyer Zeugen eydliche Aussage überführet, als auch selbst geständig, daß er den Corporal Tuch mit dem Degen in die Brust gestossen und getödtet, gestalt denn die Wunde bey der Besichtigung tödtlich befunden worden. Ob nun wol der Entleibte ein Zäncker und Schläger gewesen, auch Inquisiten aus seinem ruhigem Schlafe gewekket, einen Hundesvoigt gescholten und damit den Streit und Schlägerey veranlasset. Alldieweil aber der Entleibte zu der Zeit, da Inquisit ihn erstochen, weder den Degen entblöst noch den Stock zum Schlagen aufhoben, ja, wie Inquisit endlich einräumet, ihn nicht einmal mit den Händen angegriffen, sondern blos mit Worten gestritten, folglich Inquisit im geringsten kein moderamen inculpatæ tutelæ vor sich anführen kan, ferner Inquisit, ob gleich der Entleibte zu erst geschimpffet, gleichwol zuerst nach ihm geschlagen, und nachgehends, da der erste Handel geendiget gewesen, solchen durch das Stockschlagen erneuert; So wird Inquisit, Christian Dietrich, daferne er bey seinem Bekänntnisse vor gehegtem hoch-nothpeinlichem Hals-Gerichte freywillig verharret, oder des sonst, wie recht, überführet wird, mit dem Schwerte vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W.

XVIII.

Qui furem in furto deprehensum, quem servare poterat, occidit, ob iram quodammodo justam & qualemcunque periculi suspicionem mitius punitur.

XIX.

Si tamen cædes, postquam ira deferbuit, & periculum omne depulsum est, fiat, ultimum supplicium irrogatur.

Dictum *in Specimine de Injusta in homidas indulgentia, medit.* 9. peccare, qui cædem furis sine discrimine permittant. Sed nihil tunc de pœna horum occisorum dictum. Supplendum itaque hoc est, atque sic tenendum: Cædes furis in furto deprehensi, etsi sine necessitate facta, magis tamen excessus inculpatæ tutelæ, quam dolosum homicidium, est. Ira ergo, quodammodo justa, & qualiscunque periculi suspicio cædentem ab ultimo supplicio liberat, atque pœnæ saltem extraordinariæ locum facit. Verum & hic exceptio necessaria est. Nullam scilicet meretur veniam occisor, qui, postquam periculum omne depulsum est, ac ira deferbuit, furem inermem supplicemque studio, seu, ut Galli adposite loquuntur, *de sang froid*, perimit. Rem optime exemplo illustrabo: Fur equum abigit, hoc domino nuntiatur. Is cum vicino abigentem e vestigio sequitur, adsequitur etiam & gradum sistere cogit. Statim ambo in primo impetu verbera ingerunt. Vicinus tamen post levem plagam, quum furem inermem & in potestatem redactum videt, verberare desinit. Contra dominus equi cœptum opus continuat, furem comprehensum ad judicem deducit, ac in itinere ad judicem, quod aliquot horarum erat, nunquam verberare cessat. Intercedunt quidem vicinus ac alii, qui ad tumultum accurrerant, precan-

cantur pro misero, & obstinatum in verberando monent, ut ab occisione caveat. Ille nihil motus atrocius etiam hominem percutit, donec miser plagis confectus in media via concidit, ac animam agere incipit. Quo animadverso, abeunt tandem verberatores ac furem jacentem & vix adhuc spiritum ducentem relinquunt. Is postero die mortuus reperitur. Consulti de jure Helmstadienses mense Martio anni cIↄ Iↄ CCXVII. domino equi ultimum supplicium irrogarunt, vicinum relegarunt in annum: Es will zwar der Haupt-Inquisit Röhlke die ihm beygemessene Missethat nicht an sich kommen lassen, gestalt er insonderheit wegen des an Marx Krögern verübten Mords anführet, derselbe sey in einem öffentlichem Pferde-Diebstahl von ihm betroffen worden, habe, da Inquisit ihn zum Kirchspiel-Voigt führen wollen, sich mit Pistohl und Degen gewehret, so habe er auch auf selbigen nicht allein, sondern nebst Claß Timmen zu geschlagen, welcher letztere sich so gar eines dem Verstorbenem auf den Kopf gegebenen Schlages berühmet, überdies fehle auf Seiten Inquisitens animus occidendi, endlich hätten auch der Medicus und die Wund-Aertzte bey Besichtigung des verblichenen Cörpers keine Signa letalitatis gefunden. Aus welchen allen es das Ansehen gewinnet, ob sey Röhlke mit der Todes-Strafe zu verschonen, und nur mit einer ausserordentlichen zu belegen gewesen. Alldieweil aber kein Zeuge, auch der Coinquisite selbst nicht, angiebt, daß Marx Kröger, als er mit dem gestohlenem Pferde betroffen worden, sich mit der Pistohl oder Degen gewehret, demnach Röhlke denselben zwar anzuhalten, nicht aber, ihn so erschröcklich zu prügeln, befugt gewesen, gleichwol auf eine recht entsetzliche Manier etliche Stunden lang, ungeachtet Claß Timme und andere Leute es verbeten und ihn vor das Todtschlagen gewarnet, auf ihn los geschlagen, und ihn mit beständigen Prügeln und Peitschen

einen langen Weg vor sich hergetrieben, endlich, da er weiter nicht fort kommen können, bey einbrechender Nacht auf freyem Felde liegen und vollend umkommen lassen, wobey denn wieder Claß Timmen weiter nichts heraus kommt, als, daß er, einer einigen Zeugin Angeben nach, den Verstorbenen mit der Peitschen einmal um den Leib gehauen, sonsten aber öfters vor ihm bey Röhlken gebeten und selbigen von weiterem Schlagen abzuhalten gesuchet, dawieder das, was Röhlkens Mutter von dem Schlage auf den Kopf gantz allein wider alle andere Zeugen aussaget, wegen ihrer Partheylichkeit in gantz keine Betrachtung kommt, bey welcher Bewandtniß der animus occidendi wenigstens indirectus, welcher ad irrogandum ultimum supplicium nach weltlichen und göttlichen Rechten genung ist, *arg. L.* 1. *C. Ad L. Corn. de sicar. & Numer. XXXV,* 16. 17. 18; deutlich genung hervor leuchtet, und die in dem Judicio medici und Chirurgorum angeführte Ungewißheit der Letalitet Inquisiten wenig helffen mag, da die Besichtigung des Cörpers in dem Fall, wenn der Entleibte binnen wenig Stunden stirbet, gar nicht einmal nöthig ist, *arg. Constit. Crim. art.* 147. vide *Strykium in usu mod. tit. ad L. Corn. de sicar. n.* 5. die Todes-Strafe auch alsdenn, ungeachtet die Medici an der absoluten Letalitet zweifeln, nichts desto weniger statt findet; *Berger in Electis Jurispr. crim. p.* 280. So haben wir dem Haupt-Inquisiten Röhlken das Schwerdt, Claß Timmen aber, weil er doch auch mit geschlagen, Röhlken nicht genungsam abgewehret, des Entleibten Kleid und Sachen zu sich genommen, und ihn ohne Hülfe auf dem Felde liegen und verderben lassen, eine jährige Landes-Verweisung und Erstattung der auf sein Antheil kommenden Procesß-Kosten zuerkannt.

SPECIMEN DCII.

AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

DE HOMICIDIO CULPABILI

MENSE MARTIO ANNI MDCCXXXVIII
PUBLICE DEFENSUM
A
GODOFREDO HERMANNO
LOEB. LUSAT.

I.

Pœnæ homicidii culpabilis secundum eosdem tres culpæ gradus, qui in negotiis civilibus observantur, sunt infligendæ.

II.

Itaque tres pœnarum classes in homicidio culpabili constituuntur, ac singulæ expenduntur.

Pleraque homicidia, de quorum pœnis consulimur, vel per culpam commissa fuerunt, vel obtentu culpæ excusantur. Igitur doctrinam de culpa, quæ in civilibus negotiis maximi momenti est, hic, ubi de vita hominis agitur, accuratius adhuc tractari oportet. *Articulus Carolinus* 146, qui sedes hujus doctrinæ est, duos saltem culpæ gradus facere videtur, lasciviam & incuriam, Geilheit & Unvorsichtigkeit. At si has duas classes solas constituas, exemplis, quæ ad neutram earum referri poterunt, obrueris. Igitur idem, quod supra *Specimine CLIV. de Culpa, medit.* 2. in negotiis civilibus pro regula recepimus, discrimen inter culpam latam, levem & levissimam, huc quoque trahimus, atque, ubi culpa lata & supina negligentia inter-

intervenit, fustium aut virgarum potius ictum, manus amputationem, exilium perpetuum, omnimodam dignitatis amotionem, in culpa levi seu media exilium temporarium, carcerem diuturniorem, dignitatis deminutionem, muneris ad unum pluresve annos interdictionem, propter culpam levissimam carcerem aliquot dierum, mulctam modicam, objurgationem, vel, si minima culpa fuit, solam solutionem sumtuum, sicut in ultima meditatione factum, statuimus.

III.

Supremus culpæ gradus est, quando quis animum occidendi vulnerandive habuit, atque mors etiam, non tamen directe ex vulnere, sed magis ex alia caussa interveniente, sequuta est.

IV.

Lex, quæ voluntatem in maleficiis spectari jubet, non exitum, male vulgo pro regula accipitur.

V.

Est potius exceptio a regula,

VI.

Atque jure novo, si crimen perduellionis excipias, abrogata.

Primus ac præcipuus homicidii culpabilis gradus est, quando reus animum occidendi aut saltem vulnerandi habuit, atque mors etiam, sed tamen magis ex alia caussa interveniente, quam ex vulnere, sequuta est, aut saltem, quod mors ex vulnere inflicto provenerit, incertum manet, ut puta, si vulneratus ex malo regimine & neglecta diæta decessit, si medicus perperam medicamenta dedit, si chirurgus curam deseruit, si magistratus cadaveris inspectio-

ctionem omisit, si medici & chirurgi ad inspectionem adhibiti, vel collegia medicorum consulta de letalitate vulneris dubitant, aut invicem dissentiunt. Equidem sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem, an ultimum supplicium, lege divina in homicidas statutum, remitti possit reo, qui animum necandi vel nocendi habuit, & facto suo improbo, quamvis mortem directe non intulerit, caussa fuit, ut homo, qui alias non periisset, periret. Dolus indubius est. Atque hunc solum, non exitum, in homicidio spectari jubet Adrianus in *L.* 14. *Ad L. Cornel. de sicar.* cui adsentire videtur *Carolus V. in articulo* 146. verbis: **was arglistig und mit Willen geschiehet.** Præterea Ulpianus in *L.* 15. *pr. ad L. cornel. de sicar. Nihil*, inquit, *interest, occidat quis, an caussam mortis præbeat.* Accedit, quod Deus, auctor legis de homicida neci dando, inspectionem vulneris & cadaveris nullibi præcipiat, sed de letalitate vulneris ex circumstantiis judicari jubeat, *Exodi XXI*, 18. 19. Inspectio ergo ista inventum juris humani, ejusque recentioris, est, cujus, si recte recordor, nulla in legibus Romanis, sed prima in *cap.* 18. *X. de Homicidio* mentio occurrit. Atque legem divinam ex humanis inventis limitari & restringi, non licet. Verum enim vero ipsa recta ratio discrimen inter delicta intentata, seu destinata, & perfecta facit, atque illa, quibus reipublicæ nondum adhuc, aut saltem parum, nocitum fuit, mitius, quam hæc, quibus damnum & destinatum & revera factum est, puniri jubet. Equidem jus Romanum, quod juri naturali per omnia non servit, *L.* 6. *de justitia & jure*, in aliquot criminibus ab ista naturali regula recedit, atque solum conatum æqualiter cum perpetrato delicto punit, hocque inprimis in perduellione, in homicidio & parricidio facit, *L.* 5. *pr. C. Ad L. Juliam majestatis*, §. 5. *I. de Publicis judiciis*, *L.* 1. *pr. D.* & *L.* 7. *C. Ad le-*

gem Corneliam de ſicariis, *L.* 1. *in fine de L. Pompeja de parricid.* Sed hæc ſingularia jura, ut cum Paulo in *L.* 16. *de Legibus* loquar, contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem introducta ſunt. Et, quam ſupra memoravi, *l.* 14. *ad L. corneliam de ſicariis* de voluntate in maleficiis ſpectanda, non exitu, exceptio eſt a regula, ac male vulgo pro regula accipitur, id quod clariſſime ex *L.* 16. §. 8. *de Pœnis*, ubi in puniendis criminibus eventus ſpectari jubetur, atque pro exceptione additur lex Cornelia, quæ non minus eum, qui occidendi hominis cauſſa cum telo fuerit, quam eum, qui occiderit, puniat, clariſſime patet. Sed & pleræque exceptiones juris Romani, ſi ſolam forte perduellionem excipias, legibus recentioribus ſublatæ ſunt. *Carolus V.* certe *in articulo* 178. generale inter crimina perfecta & imperfecta diſcrimen facit. Porro jus divinum *Exodi XXI*, 18, 19. expreſſe ab homicidii pœna liberat, qui nocendi animo alterum percuſſit, ſi mors non ſequatur. Denique *lex* 15. *pr. Ad L. cornel. de ſicar. ſq.* ex §. 1. ubi mandator cædis pro homicida haberi jubetur, explicanda eſt. Quamobrem JCti Helmſtadienſes menſe Aprili anni cIↃ IↃ CCXVI. maritum, qui uxorem in rixa ſumto de pariete ſclopeto trajecerat, fuſtibus cædi & in exilium mitti juſſerunt, quod uxor, interjectis aliquot diebus, mortua & inſpectio cadaveris negligentiſſime facta eſſet, ipſeque, qui eidem interfuerat, medicus dubitaret, utrum illa ex vulnere, an ex chirurgi incuria, obiiſſet. Adde *L.* 30. §. *ult. Ad L. Aquiliam*, de qua infra in ſequenti meditatione plura dicam.

VII.

Maximum eſt inter cauſſam & occaſionem mortis diſcrimen.

VIII.

Qui vulnus non mortiferum, ex quo vulneratus ſua culpa perit, inflixit, de vulnere, non de morte, tenetur.

IX.

Hoc discrimen non solum in pœna, sed & in civili caussa, quod ad sumtus & damna, observatur.

Quod Paulus in *L.* 30. §. *ult. Ad legem aquiliam* monet, tunc, quum quis non mortifere vulneratus negligentia perit, de vulnerato actionem esse, non de occiso, memorabile est admodum ac summe æquum, & nunc a me exemplo illustrabitur. Lasciviunt invicem duo juvenes, ludicramque pugnam ineunt, in qua provocatus auctorem pugnæ leviter sauciat. Vulnus facile sanatur, sed post aliquot dies ob pessimum sauciati regimen recrudescit, atque hunc tandem neci dat. Tum vulnerans tanquam homicidii reus in vincula conjicitur, ac tam ad pœnam, quam ad sumtus morbi & curationis ferendos, convenitur. Urgebatur maxime Ulpiani illud in *L.* 15. *pr. Ad legem Cornel. de sicariis: Nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat.* Verum hæc *lex.* 15. ut ex subjecto *in* §. 1. exemplo patet, caussam requirit, non simplicem occasionem, quam forte cum philosophis caussam sine qua non appellare posses. Nam si caussam tam late accipis, ut occasionem etiam comprehendas, homicidii crimen in infinitum extendetur, atque e. g. hospitem & instructorem convivii, in quo homo periit, venditorem vini, cujus potus rixam excitavit, involvet. Absonum hoc est. Itaque JCti Helmstadienses mense Junio anni cIↃ IↃ CCXXVIII. secundum supra memoratam *L.* 30. §. *ult.* reum saltem ob vulnus puniverunt, & a sumtibus in curationem vulneris recrudescentis ac ultimum morbum factis plane absolverunt: Haben der Soldat Danieli und der Frantzose Lasseure den 5. April. in Kurtzweile gegen einander, jener mit blossem Degen, dieser mit einem Stocke, gefochten, da denn der letzte einen Stooß bey der Nase in die

Backe bekommen, und ziemlich starck geblutet, jedoch nach geschehener Verbindung zu bluten aufgehöret, bis 9. Tage hernach das Bluten aus der Nase wieder angefangen und mit solcher Hefftigkeit continuiret, daß der Verwundete endlich den 29. April. gestorben; wannenhero anfänglich zu wissen verlanget wird, ob der Soldat Danieli schuldig gewesen, den Verstorbenen die letzte 14. Tage über zu verpflegen. Nun scheinet er zwar hierzu, weil doch die dem Verstorbenem zugefügte Wunde allem Vermuthen nach verursachet, daß sich das Blut nach der Nase gezogen und gewöhnet, also bey andern dazu kommenden Umständen die Blutstürtzung dadurch entstanden, also wenigstens eine caussa sine qua non des erfolgten Todes gewesen, verbunden zu seyn. Allein die Acta ergeben deutlich, daß, wenn der Todte, wie ein anderer Mensch, vernünftig und mäßig gelebet, und sich nicht täglich durch Brantewein- und Biersaufen, auch ausgehen in die harte Luft, strapeziret, anbey mit Nadeln in die Nase gestockelt, das bereits gantz aufgehörte Nasen-Bluten den 9ten Tag nicht wieder gekommen seyn würde, folglich diese üble Diæt und Aufführung die wahrhafte Ursach der Blutstürtzung und erfolgten Todes gewesen, die Wunde hingegen eine und noch dazu ungewisse Gelegenheit dazu gegeben, und, wie die Medici und Chirurgi bezeugen, mit der Verblutung selbst gantz keine Connexion gehabt. Bey so gestalten Sachen ist der Soldat Danieli den Lasseure die 14. Tage über zu verpflegen nicht schuldig gewesen. Wird zweytens und drittens gefraget ob Danieli in Ansehung, daß er dem Verstorbenen 1. Thlr. 20. Gr. währenden Lagers gereichet, auch bis hieher im Stockhause Arrest gehalten, mit weiterer Strafe zu verschonen, oder aber noch überdiß, auch auf was Art, zu bestrafen sey. Nun hat er allerdinges darunter, daß er ohne Noth sein Seiten-Gewehr entblösset, wider die Krieges-Articel gehandelt, und scheinet die

darin

darin gesetzte Strafe der Spieß-Ruthen wol verdienet zu haben, da zumal der andere, mit dem er gefochten, einen Stock, mithin ein gantz ungleiches Gewehr, gehabt, überdies nöthig gehalten werden möchte, durch ernstliche Bestrafung andere von dergleichen gefährlichen oft Blut und Tod nach sich ziehenden Schöckereyen abzuschrecken. Alldieweil aber Danieli bey dem Handel sehr betruncken gewesen, und der Frantzose nach eydlicher Aussage der dabey gewesenen Magd ihn gleichsam durch sein Schlagen und Stossen mit dem Stocke zu Entblössung des Degens gezwungen, dieses auch selbst erkannt, und daher vor den Inquisiten gebeten, ferner Inquisit gleichfalls nach Aussage der Magd nicht ausgestossen, sondern den Degen nur dem auf ihn eindringendem Frantzosen entgegen gehalten, nechstdem die Wunde, wie wir bey der ersten Frage ausgeführet, fast gantz keinen nexum mit der 9. Tage hernach gekommenen Blutstürtzung gehabt, folglich des Lasseure Tod derselben nicht zugeschrieben werden mag; So glauben wir, daß Danieli sein Verbrechen durch das langwierige Gefängniß und Bezahlung der 1. Thlr. 20. Gr. welche Summa einem Soldaten sehr schwer fällt, genugsam gebüsset habe, und mit weiterer Strafe zu verschonen sey: Wird endlich viertens und fünftens zu wissen verlanget, ob Inquisit den Apothecker und Chirurgum zu bezahlen und die auf des Verstorbenen Beerdigung gewendete Kosten zu erstatten schuldig sey. Wir wiederholen hier alles das, was wir bereits bey der ersten Frage ausgeführet, und schliessen daraus, daß Inquisit zu keinem von beyden angehalten werden könne.

X.

Non omnis lascivia lata culpa est.

XI.

Petulans multorum lusus culpam singulorum elevat, ac pœnam mitigat.

Ad summos culpæ gradus refertur communiter ex *articulo Carolino* 146. die Geilheit, lascivia, petulantia. Cui sententiæ accederemus forsan, ni graviter ei obstaret *lex* 4. §. 1. *ad legem Corn. de sicar.* ubi, qui per lasciviam caussam mortis præbuerat, in quinquennium relegatus memoratur. Atqui supra diximus, latam culpam in homicidio perpetua, levem temporaria relegatione puniri. Videtur ergo lascivia saltem levis culpa esse. Dubium hoc tolli alia ratione nequit, quam, si factum istud lascivum, quod in *d. L.* 4. quinquennali relegatione punitum fuit, consideremus. Nihil de eo in lege ipsa, per Tribonianum de more mutilata, reperitur. Sed commode nobis illam integram conservavit *Licinius Ruffinus in Collatione legum Judaicarum & Romanarum* hoc modo: *Verba Consultationis & rescripti ita se habent: Inter Clodium, optime Imperator, & Evaristum, cognovi, quod Clodius Lupi filius in convivio, dum sago jactatur, culpa Mari Evaristi ita male acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur. Atque apparebat nulla inimicitia cum Evaristo fuisse, nec cupiditatis culpa coercendum credidi, ut ceteri ejusdem ætatis juvenes emendarentur. Ideoque Mario Evaristo urbe, Italia, provincia Baeticæ in quinquennium interdixi: decrevi, ut impendi causa duo millia patri ejus persolveret Evaristus, quod manifesta ejus fuerat paupertas; Velis rescribere. Verba rescripti: Pœnam Mari Evaristi recte, Egn. Taurine, moderatus*

tus es ad modum culpæ. Refert enim & in majoribus delictis, consulto aliquid admittatur, an casu. Et sane in omnibus criminibus distinctio hæc pœnam aut justitiam provocare debet, aut temperamentum admittere. Scilicet non omnis lascivia ad culpam latam referenda est, verum ea saltem, qua quis abreptus solus quid illiciti, ex quo mors oblique sequuta est, fecit. Hæc fustium ictum & relegationem perpetuam meretur: Exemplum memorabile habet *Schilterus Exerc. ad ff.* 49. §. 124. aurigæ, qui, hominem currui suo impositum vexaturus, equos ita incitarat, ut ille frustra inclamans & placidam vecturam poscens tandem excuteretur, lapsuque & rota exanimaretur. Verum si quis non solus, sed cum aliis, petulantius ludit, atque in hoc communi lascivo lusu caussam neci dat, consortes lascivæ partem culpæ ferunt, ac ea parte interfectorem exonerant. Igitur idem *Schilterus in eodem* §. duas ancillas, quæ jocantem secum puerum stricto inter ludendum ense necarant, carcere saltem punitas fuisse, narrat. Atque huc pertinet species ea, quam ex *Ruffino* excerpsi, cui simillima est, quæ anno 1658. in Gallia accidit, & quam *le Marquis de Montglat dans ses Memoires Tom. IV. Campagne* 24. *pag.* 166. *sq.* hunc in modum refert: *Dans la grandeur de la fortune du Cardinal Mazarin, il lui arriva un déplaisir qui le facha au dernier point, qui fut la mort d'Alfonse Mancini, cadet de ses neveux, que le Roi fit l'honneur de visiter un an devant sur la mort de sa mere; mais ce, qui l'affligea le plus, fut la façon dont il mourut; car se joüant avec d'autres écoliers au College des Jésuites, ils prirent une couverture pour le berner, & l'aiant fait sauter en l'air, en retombant la couverture échapa des mains de ceux, qui la tenoient, & il se cassa la tête contre le plaucher de sa chambre, dont il mourut peu de tems après.*

XII.

XII.

Cædes per jocum facta, si jocus liberalis & licitus fuit, interfectori plane non imputatur.

Plurimæ cædes per jocum fiunt. Atque jocus sine dubio lascivia est. Tunc vero in pœna duo maxime considerandа sunt, primum, qualis jocus fuerit, liberalisne & licitus, an illiberalior & inhonestus, deinde, quis ex jocantibus perierit, utrum auctor joci, an is, qui provocatus fuit, an plane tertius, qui casu intervenit. Quod si jocus mere liberalis, nihilque illiciti in eo admissum fuit, cædes facta perinde, ac in ludo licito, *L.* 52. §. *ult. Ad L. aquiliam*, pro casu mere fortuito reputatur. Sed talia exempla, quibus homines occasione joci liberalis perierunt, rarissima sunt. Nec, mihi unquam ejusmodi aliquod oblatum fuisse, recordor. Poterit forsan huc referri *c.* 22. *X. de Homicidio.*

XIII.

In joco illiberali puniendo spectandum est, quis perierit, utrum provocatus, an auctor joci, an tertius per errorem.

Plerique joci, in quibus homines pereunt, vel illiberales sunt, vel, si etiam ab initio liberales honestique fuerunt, postea tamen modus exceditur, atque per istum excessum homo necatur. Tunc vero in pœna infligenda spectandum est maxime, quis cædem fecerit, & quis perierit. Quodsi auctor joci ludique illiberalioris alterum, quem provocavit, peremit, supina hæc culpa proximam ab ultimo supplicio pœnam meretur. Contra, si auctor joci ludique ab eo, quem lacessivit, peremtus est, lacessito huic, quod illiberalius jocanti & ipse illiberaliter respondit, culpa utique imputatur, sed media saltem ac levis. Exemplum hoc esto: Nemo ignorat rusticos & rudes a-

grestium

grestium lusus, quorum specimen in *c. 8. X. de Homicidio* refertur. Solent illi semper cum verberibus, jactu, vexatione conjuncti esse, etiam quando mares & puellæ invicem jocantur. Noti sunt *Virgilii in Ecloga III. versus* 64. & 65:

Malo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

Et in his durioribus jocis sæpe homines intereunt. Accidebat aliquando, ut, dum agrestium turba dominicas oves in stagno lavat, ex lavantibus puella petulantior juvenem eidem operi intentum aqua conspergeret, ac ludicris contumeliis proscinderet. Lacessitus puellam vexantem territurus, manibus comprehendit atque altius in stagnum inducit. Sed dum incaute progreditur, ambo in voraginem incidunt, ex qua ille solus ægre ac semianimis extrahitur, puella submersa & suffocata. Ille refocillatus in jus rapitur, atque a Scabinis Vitembergensibus mense Junio anni cIↃ IↃ CC XXXIII. in annum relegatur: Daß Hans George Riedel zwar mit der auf die Todtschläger gesetzten Lebens, auch in Ansehung seiner Unwissenheit von dem gefährligem Orte, und der ausgestandenen Lebens-Gefahr, ingleichen der zum Theil auf die Ertrunckene selbst vermöge ihrer Worte und Wercke fallenden Schuld, mit aller Leibes-Strafe zu verschonen, gleichwol seines Muthwillens und des dadurch zu dem erfolgtem Unglücke gegebenen Anlasses halber 1. Jahr lang des Landes zu verweisen, oder 6. Wochen mit Gefängniß, oder um 6. Neuschock zu bestrafen, oder auch statt jeden Tages Gefängniß 3. Tage lang zu einer gewissen Arbeit, so wol zu Bezahlung aller Unkosten anzuhalten.

XIV.

Error in persona commissus culpam occidentis pœnamque nec auget, nec minuit.

XV.

Idem error in homicidio doloso dolum non minuit.

XVI.

Idem denique error in necessario homicidio errantem pœnis nullis subjicit, nisi is moderationem inculpatæ tutelæ excesserit.

Restat ultimus casus, quo ludens jocansque tertium ludo jocoque forte intervenientem imprudens interimit. Hic error in persona commissus, sicut dolum non elevat, *L.* 18 §. 3. *de Injuriis*, *Constit. Elect. Sax.* 6. *P.* 4. ita culpam quoque nec minuit, nec auget. Obstare quidem videtur *lex* 45. §. 4. *ad L. Aquiliam*, ubi error circa personam, in necessario justoque homicidio, per se pro culpa reputari, atque, etiam ex *Caroli V. in articulo* 145. mente, sicut *Carpzovius P.* 4. *C.* 6. *def.* 4. ac alii hunc articulum interpretantur, extra ordinem puniri videtur. Verum ista *lex.* 45. §. 4. ex qua *articulus* 145. explicandus est, *in fine* supponit excessum inculpatæ tutelæ, quod scilicet quis defendendi sui caussa lapidem in adversarium miserit, & non eum, sed prætereuntem, percusserit. Hic culpæ reus est, non quod in persona erravit, sed quod, dum lapidem misit, hoc magis ulciscendi, quam tuendi, caussa fecit. At si telum saltem adgressori obtendisset, & tertius quidam imprudens eo se induisset, obtendens a culpa ac pœna omni immunis foret. Sic itaque JCti Helmstadienses mense Martio anni clɔ Iɔ CC XXIX. responderunt: Hat Inquisit

sit zu Joann Otten Budden, als er von selbem in Kurtzweile mit einer Peitsche geschlagen worden, gesaget: wo ich auch mein Gewehr kriege, soll dich der Krancket hohlen; hierauf eine Furcke ergriffen, damit an ein Heck getreten, und mit solcher den Christian Benzien, der eben durch das Heck gehen wollen, dergestalt in das Auge gestochen, daß dieser 14. Tage darauf gestorben. Nun möchte es zwar das Ansehen gewinnen, ob sey Inquisit durch die von Budden erlittene seinem eigenem Geständnisse nach ziemlich empfindliche Schläge aufgebracht worden, und habe die Mist-Furcke zu dem Ende, um den Budden damit zu verletzen, genommen, sich auch nur in der Person geirret, und die dem Budden zugedachte Wunde dem Benzien zugefüget, mithin, und da die Furcke ein tödtliches Gewehr ist, animum occidendi saltem indirectum gehabt, und dadurch die auf die boshafte Todtschläger gesetzte Lebens-Strafe wol verdienet. Alldieweil aber der gantze Handel, laut aller Zeugen Aussage, immerdar Schertz geblieben, auch unter Bauer-Knechten eben nicht ungewöhnlich ist, daß sie im Schertze ein wenig grob zuschlagen, hiernächst die oben angeführte Worte, welche Inquisit bey Ergreifung der Furcke gesprochen, gantz keinen Zorn, sondern blosse Kurtzweile anzeigen, wie denn kein Zeuge einigen Zorn an ihm verspüret, ferner die Furcke von ihm nicht a dessein, sondern, weil sie ihm eben zur Hand gewesen, ergriffen worden, endlich der verstorbene Benzien selbst ihn auf seinem Todt-Bette gegen seinen Beicht-Vater vor unschuldig erkläret; So wird er mit der auf die boshaftige Todtschläger gesetzten Strafe billig verschonet, gleichwol in Ansehung der mit unterlaufenden Culpæ aus den Amts-Gerichten auf ein Jahr lang verwiesen, und zu Erstattung der durch diese Inquisition verursachten Unkosten angehalten.

XVII.

Excessus in castigatione sine animo occidendi commissus, siquidem morti caussam dedit, propter accedentem crudelitatem lata culpa est, & proxima ab ultimo supplicio pœna vindicatur.

Jus emendationis domesticæ, quod hero in servos & famulos, parentibus in liberos, educatoribus in alumnos, præceptoribus ac magistris in discipulos, quin & senioribus propinquis in minores, *L. un. C. de Emendatione propinquorum*, tribuitur, sæpenumero exceditur, atque multarum cædium caussa est. Iste excessus, siquidem cum animo occidendi saltem indirecto, qui ex instrumento lethali cognoscitur, conjunctus fuit, verus dolus est, ac ultimo supplicio punitur, *L. un. C. de Emendatione servorum, Exodi XXI*, 20. At si animus occidendi abfuit, illa tamen magistrorum, dominorum, parentum, qui providentissimi esse debebant, imprudentia atque crudelitas pro lata culpa reputatur, atque proxima ab ultimo supplicio pœna vindicatur. Vide *c. 7. X. de Homicidio.* Sic JCti Helmstadienses mense Aprili anni cIↃ IↃ CCXIII. magistratui Duderstadiensi responderunt, vitricum, qui privignam, puellam septennem, castigaturus pede sic percusserat, ut hæc altero die moreretur, virgis publice cædendum & in exilium mittendum esse. Iidem mense Decembri anni cIↃ IↃ CCXXVII. ex simili caussa militem in opus publicum damnarunt: Daß Inquisit Schröder auf 4. Jahr lang zum Vestungs-Bau zu verdammen, und dessen Eheweib nach überstandenen 6. Wochen 14. Tage im Gefängnisse mit Wasser und Brod zu speisen sey. V. R. W. Rat. Dec. Es seynd beyderseits Inquisiten durch die eydlich abgehörte Zeugen und andere in Acten vorkommende

de Umstände überführet, auch zum Theil selbst geständig, daß sie sein, des Mannes, verstorbenen Bruders Tochter, ein Kind von 5. Jahren, welches ihrer Pflege anvertrauet gewesen, sehr hart und übel tractiret, knapp gespeiset, oft und hefftig geschlagen, und es dadurch gantz ungesund gemachet, auch sich an das Zureden anderer Leute, insonderheit der ihnen vorgesetzten Officirer, ja so gar die von ihnen deshalb empfangene Stock-Schläge, nicht gekehret, sondern solches unvernünftige Verfahren beständig fortgesetzet, bis endlich der Mann das bereits krancke Kind am letzt verwichenem 27. Octobr. aus einer nichtigen Ursache, weil es ihm nemlich die Pantoffeln nicht geschwind genung gebracht, an den Kopf geschlagen, da es denn zur Erde gesuncken, und wenig Stunden darauf Todes verblichen. Nun geben zwar Inquisiten vor; das Kind sey bereits, da sie es bekommen, ungesund und elend gewesen, und von ihnen nicht zu scharff und knap gehalten, sondern nur zuweilen wegen seiner grossen Unreinlichkeit mäßig gezüchtiget worden, hiernächst sey der letzte Schlag mit der flachen Hand, und nicht, wie der eine Zeuge aussaget, mit geballeter Faust geschehen, auch das Kind davon nicht, dieses Zeugen Angeben nach, mit dem Kopfe auf die Steine, sondern nur mit dem Hintern auf die Erde gefallen, demnach wol zu vermuthen, es rühre die Verletzung des Kopfs aus einem etliche Tage vorher gethanem Falle, und nicht von dem letztem Schlage her; Wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob wären Inquisiten mit aller Strafe zu verschonen. Alldieweil aber beyde Inquisiten, daß sie das Kind vorher gantz unmenschlich tractiret, durch 2. und mehr Zeugen vollkommen überführet seynd, also nur der letzte Umstand, daß das Kind den Schlag von voller Faust empfangen, und davon mit dem Kopfe auf die Steine gefallen, welchen nur ein Zeuge aussaget, etwas ungewiß bleibet, solche Ungewißheit jedoch ziemlicher massen durch des Zeugen beständige und umständliche Erzählung, den gleich darauf erfolgten

Todt und der Inquisiten Ungewißheit, Widerspruch und Variationen in der Zeit des vorher gegangenen Falles, ziemlich gehoben wird, also gantz nicht zu zweifeln, es seynd beyde Inquisiten, fürnemlich aber der Ehemann, durch den letzt gegebenen Schlag, Ursache an dem Tode des Kindes; So kommt es nunmehr auf die Strafe an. Und da gewinnet es das Ansehen, ob sey wenigstens der Inquisit Schröder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu richten, in Erwegung, daß er animum occidendi, wo nicht directum, dennoch indirectum gehabt, nachdem er als ein vernünftiger Mensch wissen können und sollen, es werde ein zartes bereits kränckliches Kind bey einem beständig unbarmhertzigem Tractamente endlich erliegen, und sonderlich einen so harten Schlag am Kopfe nicht überstehen, da zumal die vielfältige Erinnerungen seiner Officirer und anderer Leute vorher gegangen, in welchem Falle GOtt selbst *Exod. XXI. v. 29.* die Todes-Strafe auf ein blosses homicidium culposum setzet. Weil jedoch der animus occidendi hauptsächlich aus dem Instrumento erkannt wird, und denn Inquisit den letzten vermuthlich tödtlichen Schlag nur mit der Hand gethan, folglich das Kind um das Leben zu bringen nicht gedacht, *arg. L. un. C. de Emendatione servorum*, nächstdem das oben angeführte Jus Mosaicum forense die Christen nicht obligiret; So haben wir Inquisiten wegen seiner grossen Unbarmhertzigkeit und Brutalität, ingleichen dessen Eheweib, mit der in unserem Urthel gesetzten Strafe beleget.

XVIII.

XVIII.

Tunc castigans, qui modum excedens necavit, lenissime punitur, quando castigatus resistendo & obloquendo excessui caussam dedit.

XIX.

Qui vero, dum justæ castigationi resistit, castigantem sine animo occidendi obtruncat, si quidem miles est, ultimo supplicio.

XX.

Si alius, proxima ab ultimo supplicio pœna adficitur.

Culpam castigantis & in castigando necantis elevat maxime repugnantia ejus, qui castigatur. Quodsi per hanc alteruter periit, maximum discrimen faciendum est. Castigans, si modum excessit, propter justissimam iram, quam cohibere difficillimum est, levissime peccat, & pœna leniore adficitur. Vide exemplum *in Specimine XVI. de Liberis & servis medit.* 5. At, si castigatus, dum resistit, castigantem, licet sine animo occidendi, obtruncat, gravior quæstio exoritur, quæ mense Junio anni cIↄ Iↄ CC XXIV. acrem in collegio JCtorum Helmstadiensium disputationem excitavit. Nauta nempe in magistrum suum, a quo castigabatur, irruens fecerat, ut hic ex navi in undam caderet, illisoque in vicinam navem capite confestim expiraret. Multi eum mortis pœna dignum judicabant, quod repugnantia ista per se dolus esset, atque adeo repugnantem omnium eorum, quæ inde sequuta erant, reum facere videretur. Accedebat *lex* 13. §. 4. *in fine de Re militari*, ubi contumacia omnis adversus præfectum militarem capite punitur. Sed vicit mitior sententia.

tentia. Nam nauta animum occidendi, etiam indirectum, penitus depulerat, seque, quod incursio illa mortifera futura esset, prævidere non potuisse, lucide ostenderat. At solum factum illicitum, sine omni animo occidendi, homicidii dolosi reum non facit, *L. 1. §. 3. Ad l. Cornel. de Sicar.* Quod vero ad pœnam capitis in milites contumaces statutam attinet, ea quidem pro conservanda disciplina militari justissime statuta, dura tamen, atque adeo ad milites proprie dictos restringenda, neque ulterius extendenda est. Quamobrem sic responsum fuit: Es hat Inquisit, der Steuer-Mann Weards, seinen Schiff-Capitain, als derselbe ihn gescholten und seinem Vorgeben nach mit der Faust bedrohet, mit seinem Kopfe dergestalt vor die Brust gestossen, daß selbiger über Bord ins Wasser gefallen, und vermuthlich durch Anschlagung des Kopfes an ein beyliegendes Schiff sofort gestorben, weshalben Inquisit mit Ruthen am Pranger gestrichen und verwiesen zu werden verdammet worden. Gegen diesen Bescheid haben beyde Theile appelliret, und vermeynet der Ankläger, es müsse die in dem 17. *Artic. Part.* 4. des Hamburgischen Stadt-Rechtes auf die aus unbesonnenem hitzigem Gemüthe begangene Todtschläge gesetzte Strafe des Schwerdtes hier statt finden, da Inquisit durch seine mit einem anderem angefangene Schlägerey den Capitain zum Zorn gereitzet, also Auctor des unglücklichen Handels gewesen, und den Stoß mit dem Kopfe, ehe ihm eine thätliche Injurie zugefüget worden, gethan, dabey auch animum occidendi, wo nicht directum, wenigstens indirectum, gehabt, indem er als ein vernünftiger Mensch wol vermuthen und voraus sehen können, daß der Capitain durch einen so harten Stooß leicht über Bord fallen und das Leben verlieren möchte. Angeklagter hingegen hält die ihm dictirte Strafe vor allzu hart, u. schützet fürnemlich den bey ihm über die grobe Schelt-Worte entstandenen hefftigen Zorn, ingleichen das moderamen inculpa-

culpatæ tutelæ, wegen der ihm aus den angedroheten Schlägen vorgestandenen Gefahr, für. Alldieweil aber Angeklagter die ihm beygemessene Intention, den Capitain über Bord zu stossen, beständig läugnet, und in seinen defensionalibus solche Umstände, welcher wegen er dergleichen Unglück nicht vermuthen können, anführet, in der Zeugen Aussagen auch nichts, diese Umstände zu wiederlegen, gefunden wird, also der animus occidendi indirectus, und mit selbigem die Todes-Strafe, abgehet, gleichwol eine überaus grosse culpa übrig bleibet, indem er durch sein Zancken und Schlagen mit dem George Weards zu dem gantzen Handel Gelegenheit gegeben, gegen den Capitain, als dieser zu ihm gesaget, er wolle ihn morgen schon zu finden wissen, mit dem Elbogen Mine gemachet, als wenn er nach ihm stossen wolle, anbey gefraget: wollt ihr mich morgen zu finden wissen? folglich gedachten Capitain zum Zorn und Schelten gereitzet, hiernächst, daß der Capitain ihn mit der Faust bedrohet, ex actis nicht erhellet, allenfalls, und wenn solches geschehen, Angeklagtem doch aus einem Schlage mit der Hand oder Faust, welchen er nach den Hamburgischen Stadt-Rechten *Part*. 2. *tit*. 14. §. 17. zu erdulden schuldig gewesen, keinen sonderlichen Schaden zu fürchten gehabt, diesemnach das vorgeschützte moderamen gäntzlich hinweg fällt, und des Beklagten Delictum dadurch, daß er gegen seinen vorgesetzten mit Thätlichkeit den Anfang gemachet, um ein grosses vermehret wird, folglich die ihm auferlegte Strafe bey so schwehren Umständen nicht gelinder seyn kan; So haben wir es bey dem ertheiltem Bescheide gelassen.

XXI.

Medicus perperam curans, vel ægrotum deserens, culpæ reus est.

XXII.

Medicus nec eum ægrum, qui mercedem ſolvere detrectat, deſerere debet;

XXIII.

Cogere tamen eum durante adhuc morbo, ut ſolvat, poteſt.

Articulus Carolinus 134. medicos, qui male curando ægrotos necant, coercet. His ex *§. 6. l. de L. Aquilia* accenſeri oportet eos, qui ſuſceptam ægrotorum curam deſerunt. Sed numquid puniri poterit medicus, qui ægrotum, mercedem ſeu honorarium ſolvere detrectantem, deſeruit? Poterit utique, ut recte ſentit *Schneidewinus ad §. 6. l. de L. Aquilia n. 2.* Ratio tamen, quam Schneidewinus ex notis *Bartoli in L. 9. C. de Profeſſoribus & medicis* adfert, *medicos non poſſe, nec debere ſalarium ab infirmis recipere, niſi quando ægrotus fuit reſtitutus priſtinæ valetudini*; falſa eſt. Aliqui per multos annos, quin per totam vitam, ægrotant. Si horum ſanatio aut mors medico exſpectanda eſſet, miſer hic ipſe forte interim inedia periret, quod profecto durum. Accedit argumentum ab advocato & procuratore, quibus honorarium ante finitam litem petere *lex* 13. *§. 9. C. de Judiciis* permittit. Sed ſuppetunt aliæ pro Schneidewini ſententia rationes, inprimis, quod medicus pauperes etiam gratis curare obligatus eſt, & quod *§. 6. l. de L. Aquila* medicum, qui curationem derelinquit, ſine diſcrimine culpæ reum facit.

XXIV.

Aurigarum, homines curru obterentium, culpa aliquando lata, aliquando levis, aliquando leviſſima, adeoque diverſimode punitur.

Ve-

Venio ad culpam levem, cujus infinita passim exempla exstant, ex quibus nos paucula excerpemus. Primum erit aurigæ, qui festinando equosque concitando hominem obtriverat, ac propterea a JCtis Helmstadiensibus mense Novembri anni cIↄ Iↄ CCXV. in triennium relegatus est. Equidem supra ex *Schiltero* retulimus probavimusque sententiam, qua auriga ob simile delictum virgis cæsus ac in perpetuum relegatus fuit. At enim vero Schilterianus ille per lasciviam peccarat, atque in lata culpa hærebat. Hic autem, de quo nunc agimus, justam festinandi causam habuerat, ac saltem per incuriam peccarat. Referam ipsa sententiæ verba: Daß Inquisit eine Stunde lang an den Pranger zu stellen, folgends nach abgelegten Urpfeden des Landes auf 3. Jahr zu verweisen. Auch wird sein rückständiger Lohn und übriges Vermögen zu Bezahlung des von Christoph Ruhen gefoderten Arzt-Lohnes und der Inquisitions-Kosten billig angewendet. V. R. W. Rat. Dec. Inquisit ist überzeuget, daß er mit seinen Pferden und Wagen in vollem Laufe durch die Stadt gejagt, in dem Thore einige Soldaten über den Hauffen geworffen, und davon einen verwundet, in der Stadt selbst aber ein Kind über und todt gefahren, also eine Entleibung begangen. Nun legen zwar die vorkommende Umstände sattsam zu Tage, daß Müllering keinen Vorsatz das Kind zu tödten oder zu verwunden gehabt, folglich auch die ordentliche auf die Mörder gesetzte Strafe wieder ihn nicht statt finde. Gleichwol bleibet darinnen eine nicht geringe culpa übrig, daß er gantz unvernünftig durch die Gassen der Stadt gerannt, und weder das ihm entgegen kommende Kind angesehen, noch die ihm zuruffende Leute gehöret; Wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob hätte er nach Anleitung des von *Schiltero Exerc. ad ff.* 49. §. 124. in einem fast gleichmäßigem casu angeführten præjudicii

dicii mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen werden sollen. Alldieweil aber ein Unterscheid zwischen homicidiis culposis, welche aus Geilheit, per lasciviam & petulantiam, und welche aus Unvorsichtigkeit, per imprudentiam & negligentiam, geschehen, zu machen ist, *Constit. crim. art.* 146. davon zwar jene mit einer härteren, diese hingegen mit einer gelindern Strafe zu belegen seynd, und aber unser Inquisit die Entleibung an dem Kinde nicht so wol aus Geilheit, wie der von Schiltero angeführte Fuhrmann, als vielmehr aus Unvorsichtigkeit, begangen, indem er nicht aus blossem Frevelmuthe, sondern aus Furcht verschlossen zu werden, welche Furcht auch nach Aussage der Soldaten ziemlich gegründet gewesen, sehr geeylet, und sein Vorgeben, daß er die einmal in Lauf gebrachte ohnedes wilde und durch das Kind scheu gemachte Pferde hernach nicht aufhalten können, nicht unwahrscheinlich ist, überdies die Rechte selbst *in L.* 4. §. 1. *Ad L. Cornel. de Sicariis* auf eine per lasciviam begangene Entleibung, quemadmodum ex collatione ejus legis cum loco Vlpiani, qui apud *Licinium Ruffinum in collatione legum Judaicarum & Romanarum tit. de Sicariis* exstat, luculenter apparet, mehr nicht als eine fünffjährige Relegation setzen; So haben wir dem Inquisiten nur eine dreyjährige Landes-Verweisung, sammt Ersetzung des von dem Soldaten gefoderten Arzt-Lohnes und der Inquisitions-Kosten, zuerkannt. Aliquando vero aurigæ culpa levissima est saltem, tunc scilicet, quando ipse equos non impulit, nec concitavit, sed impetum eorum, sponte ruentium, sustinere per imperitiam aut retinere per infirmitatem non potuit, *L.* 8. §. 1. *ad legem Aquiliam*, aut sponte se subduxit, ac equos non satis firmiter alligatos reliquit, *L.* 52. §. 2. *ad legem Aquiliam.* In tali specie JCti

JCti Vitembergenses aurigam mense Julio anni cIↄ IↄCC XXX. saltem carcere punierunt: Als derselbe Uns gehaltene gerichtliche Registraturen, die durch flüchtig gewordene Pferde ertödtete Catharinen Trandorfin betreffende, zugeschikket ꝛc. Ob gleich nicht zu befinden, daß Gottfried Risch seine Pferde muthwillig scheu gemachet, oder auch truncken gewesen, und dasjenige, was er gethan, von andern Fuhr- und Pferde-Knechten gleichfalls zu geschehen pfleget; Dieweil er aber mehrere Vorsicht brauchen, und den Zügel bey seinen, wie aus den gantzen Acten erhellet, ziemlich muthigen Pferden gar nicht aus den Händen lassen, oder wenigstens recht strenge anbinden sollen, sich auch mit dem Exempel anderer unachtsamen Fuhrleute nicht behelffen mag, diesemnach zu der Trandorff in Tode Ursach und Gelegenheit gegeben; So wird er 8. Tage mit Gefängniß, oder vor jeden Tag mit 3. tägiger Arbeit, oder um 4. Asch. bestrafft, und den hinterlassenen Erben ein halbes Wehr-Geld an 10. Thl. auch alle Gerichts-Kosten zu bezahlen angehalten.

XXV.

Communis observantia & exempla aliorum a dolo liberant, sed non a culpa.

XXVI.

Erit tamen hæc culpa saltem levissima.

XXVII.

Consuetudo legitima uti legem, ita etiam culpam tollit;

XXVIII.

Nisi tamen cum lege divina pugnet, ubi plane non attenditur.

In superioris meditationis ultima specie auriga sese inprimis exemplo & more aliorum aurigarum excusabat. Idem multi alii faciunt, &, quando doli culpæque rei fiunt, hoc solum obtendunt: Ita communiter fieri solet. Et aliqua etiam ejus excusationis in judicando ratio habetur. Commode igitur hic monemus, communem observantiam ex doctrina Augustini in *can.* 7. *caus.* 32. *quæst.* 4. verbis: *quod, quando mos erat, crimen non erat*; a dolo liberare, culpam tamen non tollere. Hæc vero culpa, quemadmodum *in Specimine CLIV. de culpa, coroll.* 4. dictum, saltem levissima erit, arg. *L.* 9. *C. de Pign. act.* ibi: *quibus & alii solebant.* Exemplum hoc esto: Erat in civitate quadam collegium jaculatorum, cui princeps varias leges, atque hanc inter alias præscripserat, ut per singulas hebdomades binis saltem iisque statis diebus convenirent, & sese exercerent. Sed observantia aliquot annorum tertium diem addiderat. Quem morem sequutus præfectus eorum collegium tali die extraordinario convocat. In eo die homo infelici ictu perit. Præfectus ergo rei accessitur, quod in convocando leges non observasset. Damnatus ad carcerem provocat, ac sese inprimis observantia tutatur. Observantia, dico. Nam consuetudinem legitimam non docuerat, quam si probasset, ab omni profecto pœna liber fuisset, *L.* 32. *in fine de Legibus.* Quorundam vero annorum observantia culpam saltem elevabat. Quare Scabini Vitembergenses mense Majo anni cIↃ IↃ CCXXXVII. reo, viro honestiori, carcerem remiserunt, ac saltem mulctam imposuerunt: Daß, weil die bisherige Gewohnheit die Schuld und das Verbrechen verringert, auch Neidhards ehrbarer Stand darzu kommt, derselbe mit dem Gefängnisse zu verschonen, und nur um 5. Thlr. zu bestrafen, jedoch die fernerweit verursachte Unkosten

ſten zu tragen ſchuldig. Iſta vero obſervantia & conſuetudo, de qua hic loquor, cum lege divina pugnare non debet. Nam ſi cum hac pugnet, excuſationemnullam præbet. Vide *cap. 2. X. de Clericis pugnantibus in duello.*

XXIX.

Indulgentia magiſtratus inferioris adverſus legem publicam dolum & culpam latam, non levem, tollit.

Indulgentia magiſtratus inferioris contra legem publicam hanc vim habet, ut dolum tollat, & culpam latam non levem. Scire enim debuit & potuit interfector, magiſtratum jus & leges principis tollere non poſſe. Exemplum hoc eſto: In Saxonia lex eſt, ne in vicis & pagis ignea tela jaciantur. Quum autem aliquando in pago nuptiæ fierent; ruſtici convivantes ad dominum, qui magiſtratus ſimul erat, mittunt, ac veniam jaculandi orant. Quum eam obtinuiſſent, qua data porta ruunt, & promiſcue per pagum ignes jaculantur. Quod dum incaute faciunt, quidam ex his ludicris jaculatoribus puerum vulnerat, hicque ex vulnere diem obit. Reus in jus vocatus veniam a magiſtratu datam obtendit, ac propter hanc pœnam omnem deprecatur. Sed JCti Vitembergenſes eum menſe Julio anni cIↄ Iↄ CC XXXI. in quinquenninm relegarunt, ex his rationibus: Ob wol Inquiſit Conrad bezeuget, der Gerichts-Herr habe vor der Hochzeit Erlaubniß zu ſchieſſen gegeben, Juſſus vero & autoritas magiſtratus delinquentem excuſat, *L. 11. de Acquir. vel amitt. poſſ. L. 167. §. 1. de Reg. juris, L. 5 de Vi & vi arm.* Alldieweil aber Inquiſit, den Landes-Herrlichen Geſetzen in der Feuer-Ordnung vom Jahre 1719. zuwieder, in dem Dorffe zwiſchen den Gebäuden ſtarck und viel geſchoſſen, auch ſich dießfalls mit des Gerichts-Herrn, welcher gegen die Landes-Geſetze zu diſpenſiren keine Macht gehabt, diſpenſare enim nemo poteſt,

poteſt, niſi legislator, arg. *Can.* 3. *Diſt.* 4. *L.* 11. *pr. de Pœnis, Zieglerus de Juribus majeſtatis Lib.* 1. *cap.* 7. §. 5. & *ult. Barboſa in Theſauro lib.* 4. *cap.* 46. *de diſpenſatione ax.* 4. Erlaubniß nicht entſchuldigen kan, dieſemnach offenbahrlich in re illicita verſirt: Is vero, qui in re illicita verſatur, de omnibus, quæ inde eveniunt, tenetur, *cap.* 8 *X. de homicidio*, *Carpz. quæſt. crim.* 27. *n.* 8. So wird Inquiſit Chriſtian Reiher zwar mit der Lebens- und, in Anſehung ſeiner Jugend, auch anderer Umſtände, mit der Leibes-Straſe verſchonet, jedoch des Landes auf 5. Jahr lang verwieſen, und zu Bezahlung aller Unkoſten angehalten.

XXX.

Qui in loco, ubi homines verſari ſolent, vel arborem putat, vel quid dejicit, vel jaculatur, proclamare debet,

XXXI.

Qui non proclamat, atque prætereuntem occidit, culpæ latæ reus eſt.

XXXII.

Cui itidem ſubjacet, qui proclamavit quidem, ſed non tempeſtive.

XXXIII.

Nec excuſatur per hoc, quod occiſo jus non fuerat, in eo loco verſandi, ſi quidem aliis hoc licuit.

In eadem, quam modo memoravi, cauſa reus hoc etiam pro ſe allegabat, quod, antequam jaculatus eſſet, proclamaſſet, ac circumſtantes, ut abirent, monuiſſet, deinde, quod puer, quem occiderat, ab hero ſuo domum abire juſſus per contumaciam reſtitiſſet, atque adeo jus in eo loco verſandi non habuiſſet. Nihilominus enim ex *L.* 7. *Ad legem*

legem Corn. de sicariis & articulo Carolina 147. tanquam culpæ latæ reus damnatus fuit, ex his rationibus: Ob wol der entleibte Paul auf seines Dienst-Herrn und Frauen Geheiß nach Hause gehen sollen, nichts destoweniger da geblieben, und dem Inquisitem, welcher ihn abwesend zu seyn geglaubet, in den Schuß gelaufen; Cessat autem culpa tunc, quando læso jus non fuerat in eo loco versandi, §. 5. *l. de Lege Aquilia;* Lædens enim divinare non potuit, an is per illum locum esset transiturus, *L. 31. ad L. Aquiliam.* Bey welcher Bewandniß es das Ansehen gewinnet, ob sey Inquisit nicht allein mit der Todes sondern, als in einem homicidio casuali, gar mit aller Strafe zu verschonen. Alldieweil aber Inquisit wol gewust, daß an dem Orte, wo er geschossen, Leute gewesen, und sonderlich Jungen hin und wieder gelaufen, welches gleichergestalt eine grosse culpa ist, *L. 11. pr. ad leg. Aquilam,* ibi: *ubi transitus frequens erat,* immassen auch das vorhergegangene Ruffen und Warnen anderer gestalt nicht zu statten kömmt, es geschehe denn tempestive und dergestalt, daß die Leute gnugsame Zeit sich zu retiriren übrig behalten, *Mevius P. 1. dec. 221. in fine, Hoppius ad §. 4. I. de lege Aquilia,* hier hingegen nicht zu befinden, daß Inquisit nach dem Ruffen so lange, bis die Anwesende sich gnungsam in Sicherheit begeben können, innen gehalten rc.

XXXIV.

Qui in loco, in quo homines versari non solent, licite jaculatur, proclamare necessum non habet.

XXXV.

Et, si prætereuntem occidat, hoc casus mere fortuitus est.

Venatoris filius, qui & ipse arti venatoriæ operam dabat, jaculando se exercitururus, in sylvam abit, me-

tamque sibi in arbore figit. Non longe ab hac arbore aberat campus lino consitus, in quo puella humi prostrata jacebat, folium evellens. Hanc jaculator ille trajectam necat. Omnia reum excusare videbantur. Jaculatus erat licite & in loco non insolito. Puellam inter herbas latentem nec conspicere, nec, quod illa ibi jaceret, divinare poterat. Igitur, quum totum campum in oculis haberet, nec ullus uspiam homo appareret, proclamare superfluum & ridiculum crediderat. Denique locus, in quo puella necata, ab eo, ex quo jaculum emissum, tanto intervallo distabat, ut telum eo pertingere potuisse fere miraculo esset. Quum ergo in collegio JCtorum Helmstadiensium de hac caussa mense Februario anni cIↄ Iↄ CC XX. deliberaretur, reum plane, etiam a sumtu litis, absolvi debere, censui, propter § 4. & 5. *I.* & *L.* 9. §. *ult.* nec non *L.* 31. *D. de lege Aquilia*, item *articulum Carolinum* 147. sed suffragiis collegarum, qui se culpam levissimam animadvertere contendebant, victus miserum ac, ut constanter credidi, innocentem ad mulctam modicam & sumtum litis ferendum damnavi: Daß Friderich Gerge Weigel nunmehr der an Even Berns begangenen Entleibung halber pro confesso und convicto zu achten, gleichwol aber in Ansehung, daß er erstlich als eines Förſters Sohn sich in Schiessen zu üben wol befugt gewesen, demnach in re licita versiret, hiernächst 2) solches an keinem ungewöhnlichem und verbotenem Orte gethan, ferner 3) wegen der vorstehenden Bäume das entleibte Mädgen nicht sehen, und nach Anleitung des beygelegten Risses, daß der Schuß so unglücklich gerathen und in solcher Distantz einen Menschen treffen würde, kaum dencken können, folglich ein ziemlich geringes Versehen begangen, dann 4) der Entleibten Vater bereits Satisfaction erhalten und selbst vor dem Thäter intercediret, daferne

ferne man sich seiner Person bemächtigen solte, höher nicht als mit 8. tägigem Gefängniß, worinnen er mit Wasser und Brodt zu speisen, oder um 4. Thlr. zu bestrafen, auch alle durch diese Inquisition verursachte Unkosten zu erstatten schuldig sey. V. R. W.

XXXVI.

Jus canonicum clericos, qui hominem culpa necarunt, irregulares facit atque a sacerdotio arcet.

XXXVII.

Protestantes jus canonicum hac in parte eatenus saltem, quatenus juri divino convenit, receperunt.

XXXVIII.

Vox: irreprehensus; quæ 1. ad Timoth. III, 2. *reperitur, explicatur.*

XXXIX.

Culpa levis & levissima homicidam sacerdotio indignum non reddit.

XL.

Exemplum clerici venatoris memoratur.

Jus canonicum in *c.* 7. 8. 10. *&c. X. de Homicidio* sacerdotes, qui culpa hominem occiderunt, irregulares declarat, atque a sacro officio in perpetuum excludit; cujus juris usum hodiernum apud Protestantes frustra quæsivi in *Bœhmeri Jure ecclesiastico protestantium lib.* 5. *tit.* 12. qui liber tamen instar bibliothecæ est, & aliorum commentarios omnes in jus canonicum abunde supplet. Res multum dubii habet. Equidem Consistoria nostra juri canonico per omnia non serviunt, & nonnunquam ad sacer-

dotia admittunt, quos regulæ hujus juris admitti vetant, cujus rei luculentum exemplum idem *Bœhmerus lib.* 1. *tit.* 14. §. 6. in ætate ordinandorum, jure canonico præscripta, commemorat. At si vel maxime jus canonicum negligimus, negligere tamen non possumus ea, quæ *Paulus*, Apostolus, *in prima ad Timoth. epist. cap.* 3. in sacerdote requirit, inter quæ primo loco est, ut irreprehensibilis, ἀνεπίληπτος, seu, quod jam tum inter Judæos secundum *Maccabæorum IV*, 42. requirebatur, ἄμωμος sit. Atqui irreprehensibilis non videtur, qui hominem, etsi per culpam saltem, necavit. Ipse *Augustinus*, qui verba Pauli *Tract. XLI. in Joannem* laxius interpretatur, homicidium tamen sine discrimine inter peccata, quæ sacerdotem ex Pauli mente ab altari arceant, ponit: *Non dicit*, inquiens, *Apostolus, si quis sine peccato est. Hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, & nullus ordinaretur, sed ait, sine crimine est, sicuti est homicidium, adulterium, aut aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cetera huiusmodi. Crimen enim est grave peccatum accusatione & damnatione dignissimum.* Verum vocem irreprehensibilis, qua Paulus utitur, captari non oportet, ne, dum hoc facimus, homines omnes, quorum nemo sine peccato est, ab altari excludamus. Nec Pauli, qui se ad hominem scribere, & sacerdotia non angelis, sed hominibus, conferri, norat, ea mens esse potuit, ut vitam, nulla prorsus macula adspersam, desideraret. Voluit Paulus ad sacerdotia evehi homines, non ab omni labe & peccato puros, qualis nec ipse erat, sed ab extantioribus saltem flagitiis, quorum memoria quasi æterna est, & cum personæ, quæ ea admisit, adspectu renovatur, immunes; ne piæ teneræque mentes, quibus regendis illi præficiuntur, quotiescunque rectorem suum vident, atrox scelus

lus ab eo olim commiſſum reminiſcantur, atque hac recordatione offendantur, aut in devia abripiantur. Num eo cædes per culpam admiſſa referenda ſit, conſiſtoriorum erit, arbitrari. Equidem, ſi culpa ſupina fuit, ſi factum abominandum cauſſam occaſionemque neci dedit, ſi inexcuſabilis laſcivia & protervia intervenit, jus canonicum ſervanpum eſt. At, ſi levior culpa fuit, ſi cædes in pueritia aut prima adoleſcentia facta, ſi peccatum multorum annorum probitate ac vita meliore expiatum eſt, ceſſabit irregularitas. Sic in agro Magdeburgico ſacerdotem factum recordor, qui puer olim matrem ſuam, tormento incautius exploſo, necarat; & in Holſatia, me puero, ad ſacerdotium admiſſus fuit, qui furem nocturnum, non ſervata per omnia moderatione inculpatæ tutelæ, gladio interfecerat. In dubio epiſcopi Wintonienſis judicium ſequendum eſt, quod Franciſcus Junius in epiſtola ad Gerhardum Joannem Voſſium anno 1621. data refert. Eſt hæc epiſtola inter *Gerhardi Joannis Voſſii & clarorum virorum ad eum epiſtolas*, quas *Paulus Colomeſius anno* 1690. *Londini* edidit, *quinquageſima*, *in Operum* vero *Gerhardi Joannis Voſſii*, quæ *anno* 1699. *Amſtelodami* prodierunt, *tomo IV. tertia & quadrageſima*, atque *pag.* 29. *ſq.* exſtat. Excerpam hic ego illam: *Trimeſtre & amplius eſt, quum Archiepiſcopus Cantuarienſis*, Georgius Abbot, *inter venandum cervo imminens, ictu fallente, hominem ſagitta confixit. Difficili conjectura non eget, quam gravi vulnere caſus tam luctuoſus & ipſius Archiepiſcopi piam mentem, & bonorum omnium animos adflixerit. Nondum is dolor exoleverat, quum ſtatim non levis difficultas inde exorta omnium aures oraque advertit; nam quatuor inter, quibus imponenda manus erat, Epiſcopos aliqui ambigere cœperunt, an conſecrationem hanc humana cæde cruen-*

cruentatæ manus rite possent perpetrare: Neque deerant alii complures, qui destinatione tacita in locum Archiepiscopi, summa, ut putabant, dignitate exuendi, Wintoniensem sufficerent: Wintonienſe ipso multum obnitente, & nihil non obnixe pro Archiepiscopo faciente. Vidit tandem Rex ad curam suam negotium hoc pertinere; oculosque circumferens, decem spectatissimæ sanctitatis ac fidei viros elegit, qui eruditionem suam intenderent, & genus quæstionis, aut non satis tritum, aut etiam inexpertum, ad liquidum perducerent. Erexerat ea res publicam expectationem, omnis moræ impatientissimam: summisque viris hinc inde, dum antiquæ Ecclesiæ Canones conferunt, & excutiunt, in studia per aliquot dies diductis, abruptam undique gratam saluberrimi consensus spem timida sollicitudine non pauci augurabantur; donec rev. Wintoniensis Episcopus infinitam hanc sententiarum diversitatem, unico allegato canone, diremit: Clericus, de quo dubitatur, an sit regularis, non est irregularis. Modestia gravitasque rev. viri mirifice commendavit dicti opportunitatem, præcipue acceptam, diutina quasi altercatione fessis. Sententia itaque hæc non prævaluit modo, sed omnino post tantas dissensiones sola fuit frequens. Magnam sibi tam notabili æquissimæ moderationis exemplo vir rev. admirationem, tam apud ipsum Regem, quam apud omnes bonos comparavit: Monuit certe Archiepiscopum Rex, ut conservatæ gratiam dignitatis ad unum Wintoniensem referret. Canon ille, in quo judicium suum fundat episcopus Wintonienſis, reperitur, ut credo, in illis *cap. un. X. de Scrutinio in ordine faciendo* verbis: *Illum, quem indignum esse non novimus, dignum debemus judicare.* Objicies forsan, archiepiscopum venatorem contra jura in *c. 2. X. de Clerico venatore & Clem. 1. §. 3. de Statu monachorum*, quæ clericos venari, ac, si etiam proprios saltus habeat, personalem tamen venationi præsentiam exhibere, vetant, fecisse, atque adeo in re illicita versantem atrociter peccasse. Verum jura ista, quæ clericos a venationibus arcent, contraria consuetudine jam diu sunt obliterata.

XLI.

Reus cædis sine arbitris factæ, qui casum fortuitum allegat, hunc probare debet, alias tormentis subditur.

XLII.

Tunc tamen a probatione immunis est, quando nulla prorsus caussa, quæ eum ad necandum movere poterat, apparet.

Qui se cædem nullis præsentibus hominibus fecisse fatetur, sed inculpatam tutelam prætendit, hanc probare jubetur in *articulo Carolino* 143. Quod ex similitudine rationis ad alias etiam exceptiones, uti casus fortuiti, extendi oportet. Nam & lex civilis & recta ratio excipientem probatione ejus, quod excipiendo affirmat, onerant. Si probationes deficiunt, tormenta decernuntur. Neque enim casus fortuitus præsumitur. Præsumitur tamen aliquando, tunc nempe, quum nulla plane caussa, quæ interfectorem ad occidendum movere poterat, neque odium, neque utilitas, apparet. Non est scilicet credibile, quempiam adeo omnem humanitatem exuisse, ut hominem, a quo nunquam offensus fuit, cujusque mors ipsi nulla ratione prodesse potuit, interfecerit. Quare *Cicero in Oratione pro Sexto Roscio Amerino* Roscium hunc, de parricidio accusatum, hoc potissimum argumento tuetur, quod Roscio nullam patris occidendi caussam fuisse, *neminem* vero *ne minimum quidem maleficium sine caussa admittere*, *cap.* 26. *n.* 73. dicit, ac deinde *in principio capitis* 27. accusatorem adloquitur: *Caussam*, inquiens, *proferre non potes: statim vicisse debeo.* Ipsa quoque *articuli* 143. verba, welcher Theil auch aus vorgehenden Geschichten mehr Glaubens, Ursach, Bewegung, Vortheils oder Nutz haben mög, den andern an dem Ort, als die That geschehen ist, zu erschlagen,

gen, oder zu benöthigen; item *art.* 25. *n.* 5. nostram sententiam mirifice juvant. Quamobrem JCti Helmstadienses mense Septembri anni cIↃ IↃ CCXVI. reo cædis, casum fortuitum alleganti ac jusjurandum offerenti, id permiserunt, ex hac sola ratione, quod nec minima caussa, quæ reum ad necandum impellere potuisset, appareret: Würde Inquisit Randig, nach vorhergehender scharfen Verwarnung vor der schweren Strafe des Meineydes, in Gegenwart eines Geistlichen sich eydlich reinigen, und, daß er den Knaben, Carl Friedrich Gottknechten, nicht vorsetzlicher Weise, sondern unversehens und wider seinen Willen erschossen, schwören, so wird er zwar von der auf die Todtschläger gesetzten Strafe befreyet, nichts destoweniger aber zu Erstattung der durch diesen Proceß verursachten Unkosten angehalten. V.R.W. Rat. Dec. Die vornehmste wider den Inquisiten vorhandene Indicia, welche ihn einer vorsetzlichen Entleibung zu überführen scheinen, bestehen darinnen, daß er bey seinem Weggehen gesaget, er wolle einen Hasen, wo nicht mit 4. doch mit 2. Beinen, schiessen, daß er dieser Worte durch 2. Zeugen, deren eine ihre Aussage durch den Tod, die andere vermittelst Eydes bekräftiget, überzeuget, gleichwol bey seinem Läugnen verharret; wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey er vor unschuldig nicht zu achten, sondern vor allen Dingen durch harten Angriff des Scharffrichters zu einem richtigen Bekänntnisse zu bringen. Alldieweil aber bey dergleichen zweifelhaften Entleibungen nach Kayser Carls Verordnung in der Peinl. Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 25. *n.* 5. zuforderst darauf gesehen werden muß, ob die verdächtige Person aus Neid, Feindschaft, vorhergehender Drohung, oder Gewartung einiges Nutzes zu der begangenen Missethat Ursach genommen haben möchte, dergleichen aber allhier sich nicht das geringste findet, dem-

demnach nicht zu vermuthen, daß Inquisit, aus einer gantz abscheulichen Boßheit, ein unschuldiges Kind, dessen Groß-Eltern ihm noch darzu Freundschaft erwiesen, ohne die geringste Veranlassung nüchternen Muthes entleibet haben solte, vielmehr sein Vorgeben, daß es unversehens und bey Gelegenheit, da der Knabe ihn bey dem Gewehr zurück gezogen, geschehen, ziemlich wahrscheinlich ist, hiernächst die Worte von dem Haasen mit 2. Beinen gar wohl nach der Majorin von Lützow Erklärung dergestalt, daß er die Merode-Pursche aus ihren Aeckern und Holtze, kraft der ihm aufgetragenen sauve garde, vertreiben wolle, verstanden werden können; So haben wir billig Bedencken getragen, Inquisiten dem Scharfrichter zu untergeben, sondern das beste zu seyn erachtet, ihm nach abgelegtem Reinigungs-Eyde von der Inquisition zu entbinden, dabey aber doch die Erstattung der Unkosten, weil er gleichwol mit der Flinte vorsichtiger umgehen, und den Verdacht durch die Flucht nicht stärcken sollen, ihm aufzuerlegen.

COROLLAR.

Omnis excessus moderaminis inculpatæ tutelæ, quo homo occiditur, culpa est, pro diversitate circumstantiarum modo lata, modo levis, modo levissima, atque aliquando ultimum supplicium meretur, ut; si fur deprehensus, ut vitam libertatemve tueatur, deprehendentem obtruncat.

PRAESES
RESPONDENTI SVO
SALVTEM.

Nunquam me, in cathedram publicam disputandi caussa euntem, certior victoriæ spes comitata est, quam, quum Te in eam deduxi, cultissime *Hermanne*. Videram

Te quotidie in Scholis meis, & acceptam ex commilitonibus tuis, quos de tua vivendi ratione subinde interrogavi, esse hanc optimam, dignam ingenuo juvene, & doctis exercitationibus perpetuo distinctam. Non tamen plene fidebam isti familiarium tuorum de Te judicio. Expertus jam olim fueram, amicos illos nonnunquam inter se comparare, ut mutuum sibi testimonium dicant, more Græcorum, de quibus vulgatum est proverbium, quod legimus in Ciceronis oratione: *da mihi testimonium mutuum.* Monuerat me quoque Vlpianus in *L.* 9. §. 3. *ad L. Corneliam de falsis*, adolescentes aliquando falsas testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda coire. Ipse igitur Te tentare constitui. Quod dum feci, miratus sum egregias tuas in jure progressiones, promptasque ad interrogata & dubia mea responsiones. Quapropter descendi Tecum in palæstram, bonæ spei, ut dixi, plenus; quam Tu tunc mirifice & cum bonorum omnium plausu explesti. Porro heri cum fratre Tuo, ornatissimo juvene, in conspectum totius Ordinis juridici venisti, & solitum candidatis fori colloquium subiisti, in quo ambo ita stetistis, ut exspectationem nostram etiam viceritis. Nihil itaque nunc addo, quam, me Parenti vestro optimo gratulari, optareque, ut bini, quos educo, filii aliquando similem vestræ laudem reportent. Vale. Vitembergæ VI. Kl. April. Anno cIɔ Iɔ CCXXXVIII.

SPECI-

SPECIMEN DCIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

DE VOLVNTATE NOCENDI, SEV, VT MALE APPELLATVR, ANIMO OCCIDENDI INDIRECTI.

I.

Discrimen, quod vulgus inter animum occidendi directum & indirectum facit, nec utile est, nec accuratum.

II.

Ac male quoque difinitur.

III.

Accuratius & cum lege loquuntur, qui animum occidendi indirectum animum seu voluntatem nocendi appellant.

Solent JCti, quando titulum de sicariis, seu homicidio, explicant, animum quidem occidendi ad irrogandum ultimum supplicium desiderare, deinde vero discrimen inter animum occidendi directum & indirectum facere, ac, an & quousque hic animus indirectus pœnam mortis mereatur, disputare. Ipse ego hoc instituto, ne obscurus fiam, subinde utor. Lubentius tamen ab istis vocabulis abstineo, & cum lege clarius longe ac melius loquor, scilicet cum *l.* 1. *C. ad L. Cornel. de sicariis*, ubi animus occidendi & voluntas nocendi invicem distinguuntur; in quorum evidentissimorum vocabulorum locum alia minus apta, minus

nus perſpicua, quin & minus latina, ſubſtitui, fere ridiculum eſt. Quid ſit animus nocendi, unusquisque intelligit. At animus occidendi indirectus, ut, quid ſit, intelligatur, definiendus eſt ante omnia. Audiamus vero definitionem. Ajunt animum occidendi indirectum adeſſe, quando quis illicitum quid facit, ex quo mortem ſequi poſſe, prævidere poterat. Parum accurate. Nam, ſi hanc definitionem admittis, in plerisque homicidiis, quæ per culpam committuntur, animus occidendi indirectus intercedit, atque ita homicidium culpabile etiam ultimum ſupplicium meretur. Fac ergo, quem die ſacro & feriato opus manu facere, arborem ſecare, plauſtrum onuſtum vehere; fac, quem horis vel locis vetitis jaculo, pila, globo ludere; fac, quem per laſciviam in vico vel urbe tormentum explodere; fac, quem in popina ad mediam uſque noctem ſedere, ac in inproviſam rixam incidere, hosque omnes ex improviſo hominem, de quo lædendo ante ne cogitarant quidem, interimere. Tamen, ſi definitio illa recte ſe habet, quia rei illicitæ operam dederunt, & mortem inde ſequutam prævidere potuerunt, ob animum occidendi indirectum homicidii doloſi rei erunt, ac ultimo ſupplicio adficientur; id quod forte nec illis ipſis, qui nobile de animo occidendi indirecto commentum excogitarunt, in mentem venit. Deeſt ergo aliquid definitioni illi, ſcilicet voluntas nocendi, ſine qua animus occidendi, ſive directus ſive indirectus, mente concipi non poteſt. Quæ ſi ita ſunt, quid opus eſt nova voce, cur non ſimpliciter: animus nocendi; pro animus occidendi indirectus; dicimus? Oportebat JCtum, ubi cum lege poterat, ſine lege loquentem, erubeſcere. Verum obſequendum eſt mori recepto, & dandum aliquid his, quibus ſtylus legum Romanarum adeo inſolitus eſſe cepit, ut, ſi quis cum Vlpiano aut Juſtiniano loquatur,

hunc

hunc barbare & obscure loqui autument, malintque flosculos suos, ex Accursii, Bartholi, Baldi, Jasonis hortis decerptos, retinere. Quibus ipsi nos morem gerimus, ac animum occidendi indirectum pro animo nocendi subinde usurpamus.

IV.

Peccant, qui voluntatem nocendi ad ultimum supplicium homicida irrogandum sufficere negant, sed animum occidendi directum requirunt.

Occupavi ego jam hanc thesin olim *in dissert. de Injusta in homicidas indulgentia* §. 17. Exscribam ergo saltem *hunc* §. 17. hic: Illi porro Doctores, qui ad irrogandum ultimum supplicium directum in homicida occidendi animum requirunt, sæpe homicidis elabendi occasionem præbent. Res tamen non sine omni dubio est. Quodsi enim quis in rixa aut singulari pugna, quam duellum vocant, gladium stringat, vel aliud mortiferum instrumentum habeat, eoque adversarium appetat, non hac mente, ut interficiat, sed ut vulneret atque lædat; Quodsi, quem casum contigisse, recordor, aliquis, dum ad certamen progreditur, aperte præ se ferat, atque amicis dicat, se non mortem, sed vulnus saltem inflicturum, er wolle ihm nur ein Denckzeichen in den Arm geben, sed aberrante ictu interficiat; Poteritne hic propter istud facinus ad mortem abstrahi? Negant nonnulli, quorum nomina & argumenta recenset *Esbachius ad Carpzovium P.* 4. *c.* 7. *def.* 8. Aiunt scilicet, non dolum hoc casu, sed culpam tantum intercedere, quam ultimo supplicio puniri, iniquum sit. Deinde, mortis pœnam per se satis duram esse, adeoque restringi potius, quam extendi debere, dicunt. Vrgent denique verba *l.* 1. §. 3. *Ad L. Corn. de Sicariis* ib: *eum, qui hominem occidit, si non occidendi*

animo hoc admisit, absolvi posse; item *l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sicariis* ibi: *probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna,* quæ lex repetitur in *can.* 47. *Dist.* 50. nec non *Constit. Carolina art.* 146. ibi: wider des Thäters Willen. Verum enim vero, qui rem recte considerabunt, utique in eo, qui saltem vulnerare aut graviter lædere vult, animum quoque occidendi, licet indirectum, deprehendent. Quisquis enim letifero instrumento vulnus intentat, hic certe, siquidem recta ratione præditus est, prævidet, ex vulnere illo mortem sequi posse. Dum itaque hoc scit & tamen vulnerat, in mortem adversarii consentit, atque adeo non in culpa, sed dolo est. Quamvis eum, qui directum interficiendi animum habet, magis in dolo esse, non inficiemur. Interim omnis dolus, etsi gradu inferior, ordinariam pœnam meretur. Convenit hæc sententia nostra juri divino, uti inprimis ex *Numer. XXXV,* 16. 17. 18. apparet, ubi ad irrogandum homicidæ ultimum supplicium sufficere dicitur, ut quis mortifero instrumento aliquem percusserit, atque hic ex eo vulnere decesserit. Congruit quoque juri civili, quo crimen homicidii contrahi dicitur, si & voluntas nocendi intercedat, *L.* 1. *C. ad L. Corn. de Sicariis.* Istæ vero leges, quæ ab adversariis afferuntur, non de nostro, sed de eo casu agunt, quum quis plane nec vulnerandi nec occidendi animum habet, sed vel mero casu vel per incuriam hominem interficit. Denique retuli, Collegia Juridica, quibus ipse olim interfui, & nunc intersum, Vitembergense & Helmstadiense, nostram sententiam amplecti, atque in eum quoque, qui animum occidendi indirectum habuit, pœnam mortis statuere. Ceterum tunc utique ultimum supplicium cessare debere fateor, quum quis verberans cogitare non potuit, mortem inde secuturam, uti si lapide exiguo aut instrumento, quo raro quis interficitur, per-

percutiat *l.* 1. §. 3. *Ad L. Corn. de sicariis*, si mors ex accidenti saltem consequatur, uti si non adfuit chirurgus, qui vulnerato mederi potuit, vel ipse ex malo regimine decessit.

V.

Ubi animus occidendi, sive directus sive indirectus, verisimiliter ex circumstantiis apparet, reo eum neganti jusjurandum purgationis non recte permittitur, sed potius tormenta decernuntur.

VI.

Quin tunc, ubi animus iste liquido apparet, ne quidem tormentis opus est, sed confestim ultimum supplicium decerni potest.

Dictum *in* §. 18. *Speciminis de injusta in homicidas indulgentia*, peccare magistratus & jureconsultos, qui homicidæ, animum occidendi neganti, temere fidem adhibent, ac jusjurandum purgationis permittunt. Sed, ais, quid faciendum ergo, num tormenta forte decernenda sunt? Ita existimo, *arg. articuli Carolini* 143. Atque sic JCti Helmstadienses mense Martio anni cIɔ Iɔ CC XX. responderunt: Daß das Gürgen Schäprian ertheilte sichere Geleite wieder aufzuheben, er zur gefänglichen Haft zu bringen, vor Gerichte zu fodern und nach vorgängiger Ermahnung, daß er GOtt und den Gerichten zu Ehren die Wahrheit bekennen, und seinem Leibe keine unnöthige Marter zuziehen wolle, ernstlich zu befragen: Ob er nicht dem entleibten Hessen den Stich vorsätzlich, und in der Meynung ihn zu verwunden, zugefüget? Da er nun solches verläugnen solte, wird er anfänglich durch Vorstellung des Scharfrichters und Vorlegung der zur Peinlichkeit gehö-

gehörigen Instrmenten bedrohet, nachgehends dem Scharfrichter dergestalt übergeben, daß er ihm die Daum- und Bein-Schrauben anlege und damit zuschraube, jedoch vor dieses mahl weiter nichts gegen ihn vornehme. Wenn er nun die Wahrheit zu bekenuen versprechen wird, ist er nicht in, sondern nach erlassener Marter über obigen Artickel, dem nach Gutbefinden des Gerichts noch mehrere beygefüget werden können, zu befragen, seine Antwort fleißig aufzuzeichnen, und er des dritten Tages hernach in Abwesenheit des Scharfrichters und ausser dem Orte der Peinlichkeit hinwieder darüber zu vernehmen, und seine Antwort gleichfalls nieder zu schreiben. Worauf, und wenn Inquisit mit seiner Defension eingekommen, ferner ergehet, was recht ist. V. R. W. Rat. Dec. Daß Inquisit dem entleibtem Hessen den Stich zugefüget, ist, so viel man in menschlichen Dingen eine Gewißheit haben kan, ausser allen Zweifel. Zwar giebt Inquisit vor, er könne sich nicht besinnen, und wisse nicht, daß er den Stoß gethan, auch kan keiner von den bey dem Handel gewesenen Zeugen sagen, daß er solches gesehen. Weil aber 1) die Schlägerey zu Nacht vorgegangen, also der Dunckelheit halber niemand, wenn eigentlich der Stich geschehen, sehen können, unterdessen 2) Inquisit seinem eigenem Geständnüsse nach den Degen entblösset, und 3) damit auf Hessen loß geschlagen, hingegen 4) von den zweyen andern bey der Schlägerey interessirt gewesenen Personen Steffen Wedeking gar keinen Degen gehabt, und der Corporal den seinigen nicht entblösset, ja 5) dieser letzte vielmehr, als er Inquisitens blossen Degen gesehen, gerufen, er solle ja nicht hauen, und den Kopf schonen; hiernächst 6) Inquisit sehr animös gewesen, und, da der Corporal und Wedeking schon zu schlagen aufgehöret, damit immer fortgefahren, sich mit dem Entleibtem auf der Erde herum gezogen, und durch den Wirth und Wede-

kin-

kingen mit Mühe separiret worden, auch so gar 7) den Dragoner Schulenburg nur deshalben, daß er mit Hessen getruncken, bedrohet, ferner 8) nach geendigten Handel Inquisitens Degen gantz krumm gewesen, und von ihm wieder gleich gebogen werden müssen; So haben wir diese zusammen kommende Umstände vor einen Sonnen-klaren Beweiß, daß Inquisit den Schuster Hessen gestochen, gehalten, und dieses Punckts wegen auf ein remedium eruendæ veritatis zu sprechen vor unnöthig geachtet. Bey solcher Bewandniß nun, und da die durch den Stich verletzte Miltz, diaphragma und omentum, entweder nach einiger Medicorum Meynung gar nicht, oder doch überaus schwehrlich und selten curiret werden, hiernächst der Tod wenig Stunden darauf erfolget, demnach die Wunde, wo nicht vor absolute, dennoch ut plurimum lethali zu achten ist, so gewinnet es das Ansehen, ob hätte Inquisit als ein boßhaftiger Todtschläger zum Schwerdte verdammet werden sollen, indem dieses, daß der Entleibte des Corporals Handschuh bey sich gestecket, Inquisiten keine Ursach, selbigen so mörderlich zu tractiren, geben können. Allein es bleibet gleichwol einiger Zweifel übrig: Ob Inquisit den Schuster vorsätzlich, oder nur aus Versehen gestochen? Das letzte möchte daraus geschlossen werden, daß Inquisit bey GOTT bezeuget, er wisse nichts von dem Stiche, auch zu dem Corporal Henninges gesaget, er wisse nicht, ob er den Schuster gestochen, hätte er es gethan, so wäre es unwissend seiner geschehen, ingleichen gegen Wedekingen, nach dessen Aussage, *ad art.* 8. keine Furcht bey dem Heimgehen von sich spüren lassen, immassen es denn wol möglich seyn kan, daß in der Finsterniß bey dem Ringen, Schlagen und Herumweltzen auf der Erde die Verwundung unversehens geschehen. Alldieweil aber Inquisit den Degen ohne Ursach wider den unbe-

wehrten Schuster, nachdem er ihn schon genugsam geprügelt gehabt, gezucket, also sehr vermuthlich ist, daß er die Intention, den Entleibten zu ermorden, oder wenigstens zu verwunden, gehabt, hiernächst *ad art.* 13. selbst zugestehet, daß er es im Eyfer gethan, endlich seine grosse Animosität aus dem, was wir bereits oben angeführet, erhellet; So haben wir dafür gehalten, es könne Inquisit mit gutem Rechte darüber, ob er nicht vorsätzlich gestochen, peinlich gefraget werden. Aliquando tamen nec tormentis quidem opus est, sed neganti etiam ultimum supplicium irrogari potest, si animus occidendi ex circumstantiis manifeste apparet. Vt ecce: Miles temulentus cum rustico in popina primum jocari, ac deinde, hoc jocum reponente, rixari, convitiari, dejerare, minari incipit, &c, quamvis rusticus, malum metuens, contra hiscere non audeat, exsilit tamen de sella sua, gladiumque inter medias minas stringit; quo viso, rusticus exsurgit, militemque amplectitur. Oritur lucta, qua sopita, rusticus, se a milite vulneratum, exclamat, atque, interjecta hora, animam exhalat. Inspicitur vulnus, & lethale deprehenditur. Tum, qui præsentes fuerant, in testimonium evocantur, atque unanimes rem sic, ut exposui, gestam narrant, sed, quomodo vulnus inflictum sit, se vidisse negant. Nec poterant vidisse propter noctis & loci obscuritatem. Ipse miles, se occidere aut vulnerare voluisse, inficias it, ac, qua ratione defunctus vulnus acceperit, se nescire, ait, &, illum ipsum se luctando in gladium induisse, contendit. Re in collegio JCtorum Helmstadiensium proposita, aliqui remedium eruendæ veritatis adhiberi suadebant, & inprimis ad *articulum Carolinum* 16. provocabant. Sed post aliquam disputationem vicit sententia, non opus esse in re manifesta tali remedio. Aderat nem-

nempe certitudo, qualis in humanis rebus haberi poterat. Major nec per tormenta erui potuisset. Itaque secundum *articulum Carolinum* 69, ex quo & ex recta ratione *supra memoratum articulum* 16. explicari oportet, mense Septembri anni cIↄ Iↄ CCXXIX. responsum fuit: Es ist Inquisit Henninges durch die abgehörte eydliche Zeugen völlig überführet, daß er mit einem Recrouten in das Trampische Haus gekommen, und daselbst Bier und Brantewein getruncken, daß hierauf einige Bauer-Knechte von einer Hochzeit gleichfalls dahin gekommen, und Brantewein getruncken, daß einer dieser Bauer-Knechte, Namens Ostermeyer, gesaget, der etwas abwärts sitzende Recroute sehe blöde aus, und scheine das Licht zu scheuen, daß Inquisit hierauf geantwortet, der Recroute habe Hertz genug, und solle sich Ostermeyern wol auf dem Schoosse setzen, daß Ostermeyer repliciret: Ja wenn er, Ostermeyer, es haben wolle; daß Inquisit darauf greulich auf Ostermeyern und die übrige Bauer-Knechte, auch auf das Wirths-Haus, gescholten und geflucht, heftig gedrohet, endlich gar aufgesprungen und den Degen gezogen, daß Ostermeyer sodann gleichfalls aufgesprungen, Inquisiten umfasset, mit ihm gerungen, und beyde sich aus der Thüre in den Hof gedrenget, daß, als sie kurtz hernach wieder herein kommen, Ostermeyer über eine Verwundung geklaget, Inquisiten, daß er ihn gestochen, beschuldiget, auch an solcher Wunde, welche 2. Wund-Aertzte vor tödtlich erkläret, binnen einer Stunde gestorben. Nun führet zwar Inquisit zu seiner Entschuldigung an, der Entleibte sey ein böser zanckſüchtiger Kerl gewesen, habe Händel an ihn gesuchet, den gantzen Streit durch die wider den Recrouten ausgestossene schimpfliche Reden erreget, er, der Inquisit, habe den Degen bloß zu seiner Beschützung wider Ostermeyern und die demselben beygestandene übrige Bauer-

Knechte gezogen, auch damit weder gehauen noch gestochen, sondern Ostermeyer habe ihn, als er sich zur Thüre hinaus retiriren wollen, in die Haare und Kleider gefasset, und sich also in den Hof hinaus ziehen lassen, müsse sich auch den Degen selbst in den Leib gestossen haben, da zumal kein Zeuge, auf was Art die Verwundung geschehen sey, sagen können. Alldieweil aber die Händel, welche der Entleibte etwa vormalen gehabt, mit der gegenwärtigen Sache nichts zu thun haben, und aus aller Zeugen Aussage nicht die geringste Spur, daß Ostermeyer Ungelegenheit gesuchet, hervor blicket, auch von des Recrouten Blödigkeit in blossem Schertze, bey der Gelegenheit, da Inquisit solchen mit ihnen nach der Hochzeit schicken wollen, gesprochen, hingegen Inquisit diese Worte gar zu übel aufgenommen, sich durchaus nicht wieder zufrieden geben wollen, beständig geschimpfet und gefluchet, sich dabey gar keines Anfalls von den Bauer-Knechten zu befürchten gehabt, und vielmehr selbige in Furcht und Schrecken gesetzet, diesemnach unmöglich animo defendendi aufgesprungen und den Degen gezogen haben kan, sondern dabey nothwendig die Meynung, Ostermeyern entweder zu tödten oder doch zu verwunden, gehabt haben muß, solche seine Intention auch mit deutlichen Worten erkläret, und gesprochen: Der Teufel solte ihn zum Loche, oder, wie ein anderer Zeuge saget, zum Fasse hinaus führen, wenn er nicht einen wrenckete oder zurichtete, daß zehen daran gedächten; Diesemnach Inquisit ausser Zweifel animum occidendi, wo nicht directum, wenigstens indirectum, wie es die Rechts-Lehrer nennen, oder vulnerandi gehabt, auch die Mordthat würcklich erfolget, dawider ihm der Umstand, daß kein Zeuge wegen Dunckelheit der Nacht und des Ortes die Verwundung selbst gesehen, nicht zu statten kommt, da nach den Reguln der gesunden Vernunft die Verwundung nothwendig durch des Inqui-

quisiten Degen geschehen ist, und der Entleibte selbst gesprochen: He het my steecken; folglich, nachdem der animus occidendi am hellen Tage lieget, und sowol mit Worten, als in der That durch Ziehung des Degens, welche bey oben angeführten Umständen unmöglich eine andere Ursache gehabt haben kan, declariret ist, die Verwundung darauf geschehen, und der Tod aus derselben geflossen, eine gantz unfehlbare Gewißheit, als man sie in menschlichen Dingen haben kan, vorhanden ist, daß Inquisit den Entleibten mit dem Vorsatze, ihn entweder zu ermorden oder doch zu blessiren, gestochen, demnach ein vorsätzlicher Mörder sey; Bey welcher Bewandniß ein remedium eruendæ veritatis gantz überflüßig seyn würde, als wodurch den Todschlägern nur Gelegenheit gegeben wird, unter dem Vorwande des nicht gehabten animi occidendi der wohl-verdienten Todes-Strafe zu entgehen; So halten wir dafür, daß das dem Joachim Henrich Henniges ertheilte sichere Geleite wieder aufzuheben, und derselbe zur gefänglichen Haft zu bringen, auch so dann wegen verübter Mordthat mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu richten sey. Similiter Scabini Vitembergenses mense Octobri anni cIↃ IↃ CC XXXVI. responderunt: Ist Inquisit Dietrich sowol durch zweyer Zeugen eydliche Aussage überführet, als auch selbst geständig, daß er den Corporal Tuch mit dem Degen in die Brust gestossen und getödtet, gestalt denn die Wunde bey der Besichtigung tödtlich befunden worden. Ob nun wol Inquisit nicht Willens gewesen seyn will, Tuchen zu erstechen: Alldieweil aber Inquisit vorsätzlich auf Tuchen gestochen zu haben bekennet, und zur Ursache, daß der Entleibte ihn geschimpfet und geschlagen, anführet, demnach wenigstens das Vorhaben, ihn zu verwunden, oder nach dem Stylo der Rechts-Gelehrten animum occidendi indirectum ge-

habt, und als ein vernünfftiger Mensch wol dencken können, daß eine so gefährliche Wunde den Tod nach sich ziehen möchte; So wird Inquisit, Christian Dietrich, daferne er bey seinem Bekäntnisse vor gehegtem hoch-nothpeinlichen Hals-Gerichte freywillig verharret, oder deß sonst wie recht überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W.

VII.

Animus occidendi indirectus etiam sine proposito vulnerandi aut corpus lædendi esse potest.

VIII.

Sufficit animus quomodocunque lædendi cum facto, ex quo mors verisimiliter sequi poterat, conjunctus.

De animo occidendi indirecto memorabilis aliquando lis mota fuit: Miles quidam puellam ambit, sed repulsam passus odium implacabile concipit, id tamen per aliquod tempus animo tegit, tandem vero, postquam puellam cum alio nuptias facere videt, se continere nequit; igitur in ipso nuptiarum die, post solemne prandium, conclave, in quo sublatis mensis choreæ de more ducuntur, intrat, nullum, quod constantissime adfirmabat, occidendi vulnerandive animum gerens, sed gaudia saltem turbaturus; admissus spectat in principio tripudiantes tacitus, donec sponsam etiam produci ac ante se ferri videt. Tum furore abreptus gladium stringit, tunicam & ventrale sponsæ scissurus. At is, qui sponsam ducebat, omnium ignarus, in illo ipso temporis momento, dum miseram rotat ac vibrat, eam maximo impetu in ferrum impellit, quod illa toto corpore recipit, ac confestim exanimis collabitur. Comprehensus miles fatetur factum, sed animum oc-

occidendi vulnerandive negat. Verum hoc non profuit ei apud JCtos Vitembergenses, qui animum qualitercunque nocendi ad ultimum supplicium tunc sufficere crediderunt, quando nociturus, ex ista noxia mortem sequi posse, cogitare debuisset, atque sic mense Majo anni c I ɔ I ɔ CCXXX. responderunt: Ist der Grenadier Heydenreich wegen einer der Rosinen Rößlerin an ihrem Hochzeit-Tage zugefügten Verwundung, und ihres darauf in anderthalb Stunden erfolgten Absterbens zum Schwerdte verdammet, ihm jedoch vorher eine Defension verstattet, solche Defension auch nunmehr aufgesetzet worden. Entstehet also die Frage: Ob Inquisit Heydenreich in dieser Defension etwas, so ihn von der erkannten Todes-Strafe befreyen möchte, ausgeführet habe? Ob er nun wol beständig vorgiebt, er habe weder animum occidendi noch vulnerandi gehabt, sondern der Entleibten nur die Schürtze, oder etwas am Kleide, mit dem Bayonette zu Schanden machen wollen, anbey behaupten will, die Rößlerin sey bey dem Tantze wider des Inquisiten Willen und Meynung in das Bayonett geschwencket und geworfen worden. Alldieweil aber des Inquisiten Vorgeben: Ob habe er der Entleibten nur die Schürtze, oder den Rock, aufschlitzen wollen; nicht die geringste Wahrscheinlichkeit hat, und sowol aus den göttlichen als weltlichen Rechten, welche den animum occidendi aus einem gebrauchten tödtlichen Gewehr præsumiren, als durch die von den Zeugen ausgesagte und in der Defensions-Schrift nur Stück-weise angeführte Umstände widerleget wird, überdies die zugestandene Intention, der Entleibten die Schürtze oder den Rock mit dem Bayonette aufzuschlitzen, einen animum occidendi indirectum involviret, nachdem Inquisit als ein vernünftiger Mensch dencken sollen, es könne dergleichen mit einem tödtlichen Gewehre vorgenommener gefährlicher Actus leicht übel gerathen, und der

Stich,

Stich, sonderlich beym Tantze, statt der Kleider in den Leib gerathen, weiter die gantze That an sich abscheulich ist, und die gemeine Ruhe und Sicherheit über die Maasse stöhret, also dieserwegen billig ein Exempel statuiret, und andere Bösewichter von dergleichen Thaten abgeschröcket werden müssen, endlich der ermangelnde animus occidendi directus dem Inquisiten bey Abfassung des Urthels bereits zu statten gekommen und in Betrachtung gezogen ist, indem er sonst nach Vorschrift der **peinligen Halß-Gerichts-Ordnung** *art.* 137. als ein vorsätzlicher muthwilliger Mörder mit dem Rade gestrafet werden sollen; So hat Inquisit in seiner Defension etwas, so ihm zu statten kommen, und eine Remission der Todes-Strafe zuwege bringen möchte, nicht ausgeführet.

COROLLARIA.

1) Duo exempla maxime memorabilia animi occidendi indirecti in jure nostro occurrunt, unum in *c. ult. de Homicidio in 6.* ubi is, qui mandat aliquem verberari, licet expresse inhibeat, ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, quum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare; alterum in *L. 6. C. ad L. Juliam de vi publica*, ubi ultimum supplicium irrogatur ei, qui nec occidere voluit, tumultum tamen, turbam, pugnam vel alium actum, in quo hominem perire posse, prævidit, in quo homo etiam periit, dolo malo concitavit. Exemplum vide in *Specimine de Duellis*, *medit. ult.*

2) Animus occidendi indirectus suos gradus habet, atque propius vel ad dolum, vel ad culpam accedit, quo instrumentum adhibitum magis minusve lethale, ac, hominem eo periturum fuisse, verisimilius fuit, arg. *L.* 1. §. 3. *ad L. Cornel. de sicariis.* Exemplum vide in *Specim. de Armis lethalibus, medit. ult.*

SPE-

SPECIMEN DCIV.

AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

DE ARMIS LETHALIBVS.

I.

Voces latinæ: lethalis, mortifere &c. & Germana: tödtlich; *idem, quod periculosum, periculose, seu, quod mortem ut plurimum infert, significant.*

II.

Igitur vulnera, etiam sanabilia, in legibus & apud JCtos aliquando lethalia vocantur.

III.

Et instrumentum lethale appellatur, quo vulnera etiam medicabilia infliguntur.

Pluribus latinis vocibus, *lethalis, lethaliter, lethabilis, lethifer, lethificus, mortalis, mortaliter, mortifer, mortifere, mortificus, mortiferus,* unica respondet germana tödtlich. Significant istæ voces, ex unanimi fere commentatorum & lexicographorum interpretatione, rem, quæ mortem adfert, sive illa vulnus sit, sive morbus, sive telum, sive venenum. Et videtur hanc interpretationem juvare *Cicero in Orat. pro P. Sextio c.* 19. *n.* 44. ubi plagam sanabilem mortiferæ opponit. Ego tamen, si & loca latinorum auctorum accurate considero, & usum loquendi apud Germanos respicio, vocibus istis potius idem, quod *periculosum, periculose*, seu, quod mortem quidem plerumque adfert,

ſed aliquando tamen ſanabile eſt, notari credo. Confirmant me in hac ſententia idem *Cicero lib. I. de Divinatione, c. 30. n. 63.* ubi morbum gravem & mortiferum tanquam ſynonyma ponit, & *Virgilius*, qui *lib.* 12. *Æneid. v.* 797. Æneam mortali vulnere, quod tamen ipſe paulo ante *v.* 424. perſanatum fuiſſe narraverat, violatum dicit, & *lib.* 10. *Æneid. v.* 169. arcum lethiferum vocat, etſi optime ſciat, vulnera, quæ per arcum fiunt, mortem non ſemper inferre, item *Plinius lib.* 3. *ep.* 16. qui: *Ægrotabat*, inquit, *Cæcinna Pætus, maritus ejus, ægrotabat & filius; uterque mortifere, ut videbatur;* atque deinde tamen, filium ſolum deceſſiſſe, narrat. Nec Germani voce ſua **tödtlich** aliter utuntur. Quotidie homines, in familiari ſermone de ægroto loquentes: er ſey tödtlich kranck; dicunt, de quo tamen ſpem omnem nondum abjecerunt. Nec vulgus ſaltem, ſed & principes viri & legumlatores ita loquuntur. Id quod luculento exemplo oſtendam: Exſtat in comitatu Oldenburgico lex, qua rex Daniæ manum iis, qui cultro homines mortifere, tödtlich, vulnerant, amputari jubet. Accidit forte, ut magiſtratus lictorem ad maleficum capiendum ablegaret, maleficus vero, ut e manibus ejus elaberetur, cultrum ſtringeret, lictoremque repetitis ictibus ſauciaret. Sanatur tamen præter omnem exſpectationem lictor, maleficus vero ad ſupplicium, lege ſtatutum, depoſcitur. Hic negat, legem in ſuo crimine locum habere, quod vulnus lethale non fuiſſet. Verum JCti Helmſtadienſes menſe Junio anni cIↄ Iↄ CCXIV. illum tamen ſecundum legem damnarunt: Daß Johann Schmieden, nach Inhalt des königlichen Edicts, die Hand abzuhauen, und aus deſſelben Vermögen alle bey Heilung Johann Twiſtens aufgewendete Koſten zu bezahlen ſeynd. V. R. W. Rat. Dec. Was die

in

in dem königlichen Messer-Edicte enthaltene Strafe des Hand-Abhauens betrift, so ist wol kein Zweifel, daß Inquisit nicht in selbige verfallen. Denn, ob er gleich zu seiner Entschuldigung das in dem Edicte befindliche Wort **tödtlich** anziehet, so ist doch aus denen folgenden Worten: Der Verwundete aber wieder zur Genesung kömmt; und dem nachgesetzten casu, wenn der Verwundete stirbt, deutlich zu ersehen, daß durch tödtlich hier nichts anders als gefährlich verstanden werde. Daß aber die Verwundung höchst-gefährlich gewesen, erscheinet aus dem Zeugnisse des Doctoris medici und Wund-Artztes deutlich. Und muß die gesetzte Strafe desto eher statt finden, da die dabey fürfallende Umstände Inquisitens äusserste Bosheit anzeigen, und die atrocitatem seines begangenen Delicti vermehren, indem er Twisten, da selbiger von der Obrigkeit, ihn zu fangen, verordnet gewesen, und zwar nicht ein- sondern mehrmal, verwundet. Bey dieser Bewandniß haben wir Inquisitem die Strafe des Hand-Abhauens auferleget. Quæ quum ita sint, nos etiam, dum de vulnere, item de instrumento lethali passim loquimur, non solum tale vulnus, nec tale instrumentum intelligimus, quod mortem absolute & necessario infert, sed & talia comprehendimus, quæ periculosa sunt maxime, & homines ut plurimum letho dant, sed sanationem tamen aliquando admiserunt, atque adeo spem & medicorum artem non prorsus excludunt.

IV.

Animus occidendi ex instrumento adhibito dijudicari jubetur in L. 1. §. 3. ad L. Cornel. de Sicariis.

V.

Quæ lex propter exempla subjecta maximas sæpe parit disputationes.

VI.

Vox cucuma explicatur.

VII.

Cucuma & similes res sunt instrumenta necandis hominibus apta.

In dijudicando animo occidendi, ex quo omnis homicidii pœna pendet, inprimis instrumenti rationem haberi *lex* 1. §. 3. *ad L. Corneliam de sicariis*, & *c.* 18. *in fine X. de Homicidio* jubent. Quare providenter faciunt magistratus, qui collegia JCtorum in caussis homicidii consulunt, si instrumentum, quo percussio facta, actis addunt, ut, mortiferumne illud sit, atque adeo occidendi animo adhibitum fuerit, an non? dignosci possit. Verum tamen nec sic dubitatio tollitur. Æqualibus sæpe suffragiis JCti idem instrumentum mortiferum & non mortiferum esse contendunt, ac utrique *legem istam* 1. §. 3. ad se trahunt. Quæ lex etsi per se satis clara videatur, per exempla tamen subjecta obscurior redditur, ac disputandi materiam suggerit. Ait Adrianus: qui gladium stringit, & eo percutit, indubitate occidendi animo id admittere; sed, qui clavi percutit, aut cucuma, quamvis ferro percutiat, caussa magis quam voluntate homicidium admittere. De gladio dicam deinde, ostendamque, nec illum, nec sclopeta, quæ atrociora etiam videntur, mortifera semper instrumenta esse. In præsens de cucuma ferrea agam, fateborque ingenue, me olim miratum esse, eam ab Adriano e numero mortiferorum instrumentorum eximi. Cucuma vasis genus esse dicit *Cujacius lib.* 10. *Obs.* 15. & recte; saltem nimis generaliter. Debebat clarius loqui, quod alii apud *Carpzovium Quæst. Crim.* 3. *n.* 8. faciunt, & cucumam definiunt vas coquinarium ad calefaciendum aquam aptum. Id quod verum esse, ex loco *Petronii in*

Sa-

Satyrico pag. 246. *&* 250. patet, & melius adhuc ex *Aldbelmo* poëta, qui in fine sæculi VII. vixit, & in ænigmate quodam apud *Polyc. Leyserum in Historia poëtarum & poëmatum medii ævi pag.* 203. cucumam sic describit:

Ecce larem, laticem quoque gesto in viscere ventris,
Nec tamen undantes vincunt incendia lymphæ.
Ignibus haut tetris siccantur flumina fontis:
Fœdera sed pacis sunt flammas inter & undas,
Malleus in primo memet formabat & incus.

Retinuerunt hanc vocem, ut multas alias latinas, Galli, & adhuc hodie ea utuntur, inflexo saltem ex dialecto sua paulisper sono, *coquemar* pro cucuma substituentes. Istæ vero ferreæ cucumæ, quas & hodie sat amplas esse videmus, & olim quoque ingentes fuisse, locus Petronii supra memoratus ostendit, aliæque similes res, ut apud *Huberum in Prælect. ad ff. lib.* 48 *tit.* 8. §. 5. hemina cerevisiæ, item candelabrum, aptissimum profecto sunt necandis hominibus instrumentum. Atque adeo animum occidendi excludere non videntur. Ego itaque, eum, qui data opera & deliberato animo adversarium cucuma, candelabro, disco, percutit, si mors sequatur, verum homicidam ac ultimo supplicio adficiendum esse, adfirmo.

VIII.

Vulgaris definitio instrumenti lethalis & non lethalis rejicitur, ac melior adfertur.

IX.

Qui propositum occidendi vulnerandive habet, morte sequuta, verus homicida est, etsi instrumento non lethali usus sit.

X.

Quando vero hoc propositum dubium est, adhibitio instrumenti non lethalis præsumtionem, quod animus occidendi abfuerit, excitat.

Itane vero, ais, Adrianum erroris insimulas, atque a *L.* I. §. 3. *ad L. Cornel. de sicariis* prorsus recedis? Nequaquam. Probo legem hanc, & regulam, quæ ex illa elicitur; quod animum occidendi ex instrumento mortifero dijudicari oporteat. Moneo saltem: instrumentum mortiferum seu lethale accuratius, quam communiter fit, definiendum esse. Describitur illud vulgo res ad occidendum hominem apta. Male. Pleræque res ita comparatæ sunt, ut per eas homines necari queant. Ferrea certe clavis ac cucuma, si in caput alicujus vi & impetu impingantur, lethum inferent, ac tamen ex Adriani sententia instrumentum lethale non sunt. Ego itaque lethale instrumentum definio rem, quæ ad hoc potissimum facta est, ut per eam cædes fiat aut vulnus infligatur. Instrumentum vero non lethale est res, quæ, etsi forsan ad occidendum & vulnerandum apta, tamen communiter cædibus adhiberi non solet. His positis, porro ex mente Adriani hanc regulam facio: Quisquis ex proposito & deliberato animo adversarium instrumento, sive lethali sive non lethali, percutit, si mors sequatur, verus homicida & ultimo supplicio dignus est, nec discrimen Adriani ei ulla ratione prodest. Quodsi vero de proposito illo & animo deliberato non constat, tunc ad instrumentum respici & ex eo animum dijudicari oportet. Firmat sententiam nostram Arrius Menander, qui in *L.* 6. §. 6. *de Re militari*: *Si quis*, ait, *commilitonem vulneravit, si quidem lapide, militia reji-*

ci-

Si homicidium sequutum non est, prior gladio, altera arbitrarie punitur.

XIII.

Injuria, quæ ex proposito in via publica sine præcedentibus insidiis infertur, ad neutram istarum duarum specierum refertur,

XIV.

Atque adeo cognitio de ea ad magistratum inferiorem spectat.

Homicidium cum viæ obsessione conjunctum ex omnium confessione pœnam rotæ meretur. Quid sit viam obsidere, unusquisque intelligit, atque adeo explicatione indigere non videtur; & eget tamen. Nempe, si verba hæc generaliter & in nativa significatione accipis, viam ob-

obſidere, eſt inſidias alicui in via publica ponere. Verum jura noſtra, tam Romana, quam Germanica, in *L.* 28. §. 10. *de Pœnis*, & *Conſt. El.* 13. *P.* 4. maximum ex animo, quo inſidiæ collocantur, diſcrimen faciunt. Reſpiciunt nempe, utrum id ſpolii, an vindictæ ſaltem & inſultandi cauſſa fiat. Prius Germani **das Wegelagern**, alterum **das vorwarten, oder aufpassen,** appellant. Utrumque, ſi cædes ſequuta eſt, ſecundum *articulum Carolinum* 137. rota puniri oportebat. Verum JCti, lege Carolina mitiores, ad rotæ pœnam animum ſpoliandi deſiderant, eum vero, qui vindictæ cupidine aut lædendi animo inſidiatus eſt, & necavit, gladio puniunt. Qua in re profecto contra legem Carolinam judicant. Quando autem cædes ſequuta non eſt, ſed vulnus tantum inflictum, aut damna & verbera data, leges ipſæ diverſas pœnas ſtatuunt, atque inſidiatorem, qui ſpoliandi animo adgreſſus eſt, gladio, qui eum animum non habuit, ex judicis arbitrio, durius ſaltem, quam aliam injuriam facientes, puniri jubent. Vide *Kreſſium ad articulum Carolinum* 129. Illud tamen obſerves velim, injuriam, quæ in via & itinere publico ex propoſito infertur, ſiquidem inſidiæ non præceſſerunt, obſeſſionem viæ plane non eſſe, atque adeo neque zum Wegelagern, neque zum Vorwarten referri poſſe. Species hæc eſto: In oppido quodam, in quo ſenatus jurisdictionem inferiorem, alius magiſtratus ſuperiorem habebat, civis quidam adverſario ſuo obviam factus hunc verberibus, ſed incruentis, male mulctat. Lis tunc inter ambos magiſtratus oritur, utroque cauſſæ cognitionem ad ſe trahente. Et pertinuiſſet ea utique ad ſuperiorem, ſi via obſeſſa ſaltem in lata ſignificatione dici potuiſſet. At nullum obſeſſionis veſtigium apparebat. Igitur menſe Septembri anni

 1733.

1733. cognitionem caussæ inferiori magistratui attribui: Es ist allhier keine Wegelagerung, welche sowol nach Sächsischen, als gemeinen Rechten, die Intention zu rauben supponiret, ja nicht einmal eine Vorwartung und Aufpassen, sondern nur ein boßhaftiger Uberfall auf der Gasse vorgegangen, welcher zwar härter, als eine gemeine Schlägerey, zu strafen, jedoch, da keine Waffen, ja nicht einmal ein Stock gebrauchet worden, auch keine Verwundung erfolget, den Unter-Gerichten nicht entzogen werden mag. Demnach wird Müllers Bestrafung Bürgermeistern und Rathe billig überlassen.

XV.

Fur, qui in furto deprehensus deprehendentem obtruncat, insidiosus homicida est, ac atrocius, quam simplici morte, punitur;

XVI.

Non aliter tamen, quam si arma animo nocendi, aut saltem se defendendi, adportavit.

XVII.

Fur, qui deprehensus ex improviso ad depellendum vitæ vel libertatis periculum instrumentum lethale arripit, atque eo deprehendentem interficit, saltem ob excessum inculpatæ tutelæ punitur.

Ad latrocinia, quæ majorem simplici morte pœnam merentur, referri oportet cædem a fure inter furandum commissam; hoc tamen non aliter, quam, si fur arma, quibus cædem peregit, ad hoc ipsum, ut noceret, adportavit. Fac vero, furem, dum egreditur, saltem furandi animum habere, ac de vi & cæde non cogitare, sed prehensum in ma-

maximum vitæ & libertatis periculum, unde se sine deprehendentis cæde expedire nequeat, adduci. Tunc utique, ut cum *Juvenali Satyra VI. v.* 283. loquar:

- - - nihil est audacius illis
Deprensis; iram atque animos a crimine sumunt.

Igitur, quidquid primum in manus venit, sive mortiferum id sit, sive non, arripiunt, & eo se contra adversarium tuentur, atque hunc etiam obtruncant. Homicidium hoc utique erit, sed simplex saltem, non insidiosum, ac, si verum dicendum est, magis excessus inculpatæ tutelæ. Consentit mecum *Carolus V. in articulo* 159. verbis: **Mit Waffen, damit er jemand, der ihm Widerstand thun wolte, verletzen möcht, zu stelen eingehet;** Et clarius adhuc in *articulo* 142. verbis: **So einer einen unkeuscher Werck halber, bey seinem Ehelichen Weib, Tochter, oder an andern bösen sträflichen Ubelthaten fünde, und darumb gegen denselben Ubelthäter tödtlich Handlung, Zwang oder Gefängnis, wie die Recht zulassen, fürnehme, so kan sich solcher Todtschläger keiner rechten oder gäntzlichen entschuldigten Nothwehr behelffen, unangesehen, ob ausgeführt oder bestanden wird, daß ihm der Entleibte, als vor von der Nothwehr geschrieben stehet, erstlich mit einer tödtlichen Wehr angefochten und benöthiget hat.** Accedit argumentum a furto cum effractione commisso ductum, quod furtum tunc pro vere violento non reputatur, quando fur instrumenta effringendi animo non adportavit, sed forte repperit. Qua de re dictum in *Specimine DXXXVI. de Furtis violentis, medit.* 13. Quum ergo aliquando

do

do fur in furto deprehensus cultello suo deprehendentem, & capere connitentem graviter sauciasset, mense Augusto anni 1737. consultus, multum interesse ratus, utrum fur cultrum animo nocendi, vel, quod idem est, se defendendi attulisset, vel tunc primum, quum se in discrimine vitæ & libertatis videret, consilium se defendendi cepisset, sic interloquutus sum: Es werden nunmehr aus den vorhandenen Registraturen gewöhnliche Inquisitional-Artickel verfertiget, und Andreas Hoffmann darüber, insonderheit auch, ob er das Messer, womit er Boßdorffen verwundet, in der Meynung, Leute zu beschädigen, oder wenigstens sich damit gegen diejenige, welche ihn bey dem Stehlen ertappen würden, zu wehren, mit sich genommen, und ob er Boßdorffen damit in den Leib zu stechen sich bemühet, vernommen.

SPECIMEN DCVI.

AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.

DE

VESPERÆ SICULÆ FABULA.

I.

Galli sæpe pro conservanda & amplificanda existimatione sua fabulas & ingeniose & feliciter excogitant, atque fidem inveniunt.

II.

Vespera Sicula merum commentum est.

III.

Cædes Gallorum, anno 1282. in Sicilia facta, non fuit insidiosa, nec deliberata, sed fortuita & improvisa, nec uno die & vespera exercita, sed per plures dies continuata.

Inter

Inter cædes insidiosas, quæ vulgo circumferuntur, atrocissima fere est famosa illa vespera Sicula; quam tamen meram fabulam esse, luculenter ostendam. Nulla scilicet est in Europa gens, quæ Gallorum in excogitandis & vulgandis, pro amplificanda gloria sua, depellenda a se ignominia, & imminuenda hostium vicinorumque laude, fabulis temeritatem sed & felicitatem vincat. Abundant nempe Galli ingenio, colunt bonas literas, valent eloquio, scribunt eleganter & jucunde; hisque artibus & virtutibus efficiunt, ut, quidquid in lucem edunt, avide excipiatur, cupideque legatur, domestica vero & aliarum nationum scripta negligantur. Sciunt hoc scriptores Galli, nostraque in ipsorum libros propensione in suam gloriam, cujus percupidi sunt, abutuntur. Semper scilicet de se & gente sua magnifice loquuntur, res gestas suas elate narrant, exterorum, qui cum ipsis in societatem egregii facinoris laudisque venerunt, nullam faciunt mentionem, cuncta sibi solis adscribunt, id, quod perperam a se factum est, vel studiose reticent, vel fuco & colore Quintilianeo oblinunt, adversariis suis & æmulis opiniones, dicta, factave, de quibus illi non cogitarunt, adfingunt, atque hæc omnia simul cum scriptis suis per orbem terrarum dispergunt, lectoresque suos, qui, quod contra scribitur, nec lectu quidem dignum æstimant, ita in partes suas trahunt, ut fabulas istas pro veritate accipiant, atque in posteros per aliquot sæcula propagent. Cujus rei luculentum exemplum in *Specimine DLXXIV.* dedi, atque memoriam Joannis, Burgundionum ducis, & Joannis Parvi theologi, ab impietatis & erroris in doctrina calumniis, quibus Galli eam, ad Burgundæ & Austriacæ gentis invidiam, macularant, hocque aliorum populorum, atque ipsis adeo Austriacis scriptoribus

per tria continua sæcula persuaserant, purgavi. Poteram alia similia exempla commemorare. Novimus partem, quam Galli in celeberrima de Turcis anno 1664. ad fanum S. Godhardi reportata victoria habuerunt, nec dissimulamus. Sed Galli auctores prælium hoc sic describunt, ut soli victoriam reportasse, Germanosque spectatores saltem & testes virtutis suæ habuisse, videantur. Est hoc tamen adhuc tolerabile. Sed quis æquo animo ferat, Gallos sibi etiam victorias in annis 1716. & 1717. de Turcis reportatas attribuere. Cujus gloriationis caussam non aliam habent, quam quod ephebi nonnulli ex aula regis cum famulitio suo, Eugenii ducis fama exciti, spectatum magis quam militatum accurrerunt. Et de hac tamen ludicra expeditione sua ita gloriosissime in *Musis Rhetorices*, *Parisiis anno* 1732. *per Xaverium de la Sante* editis, *part.* 8. scribunt:

Dum quatit Hungaricas armis victricibus arces
Turcarum pavor, Eugenius; dum Gallica pubes
Militat Austriadis, quos vincere nuper amabat:
Dumque superborum colla impia Sultanorum
Decutimus ferro.

Quodsi hæc carmina, ut elegantia eorum meretur, ætatem ferunt, posteri credent, Germanos, paulo ante a Gallis, si Diis placet, bello victos, deinde in bello contra Turcas adjutos, Gallis victoriam salutemque suam debere, ac Gallos sub auspiciis Eugenii triumphasse. Inter populares autem fabulas, quas Galli in historias & annales publicos intulerunt, nulla forte altiores radices egit illa, quæ de vespera Sicula vulgo circumfertur. Nemo scilicet est adeo in histo-

ſtoriis hoſpes, qui de anno Chriſti 1282. funeſtiſſima Gallorum per Siciliam clade nobilitato, nihil unquam inaudierit. Etiam de plebe homines ſibi invicem narrant, Gallos olim Siciliæ dominos fuiſſe, ſed immodicis exactionibus, rapinis, ſtupris, adulteriis ac aliis flagitiis Siculorum animos ſic exacerbaſſe, ut hi tandem conſurrexerint, ac omnes per totam Siciliam Gallos, præter unum juſtum ſanctumque virum, ad octo circiter millia, uno quaſi impetu trucidarint, & ſic duriſſimum jugum excuſſerint. Stragem ipſam, &, quæ illam ſequuta eſt, Siciliæ jacturam Galli in dubium vocare non potuerunt, quod hæc ſub oculis totius terrarum orbis geſta eſſent. Incontinentiæ tamen, imprudentiæ, ignaviæ & inertiæ maculam, qua nationem ſuam ex hac clade adſpergi animadvertebant, omnibus modis eluere cupierunt, atque auream quandam fabulam commenti ſunt. Negant igitur, Siculos cœco & improviſo impetu in Gallos irripuiſſe, ſed proditionem & conſpirationem fingunt, atque Joannem quendam Prochytam antea integros tres annos in circumeunda inſula & in viſendis vicinis æmulisque principibus conſumſiſſe, Siculos ad ſeditionem inſtigaſſe, hancque illis perſuaſiſſe, atque promiſſionem ab omnibus, ſe uno die unaque hora veſpertina arma ſumturos, impetum in Gallos facturos, eosque necaturos, accepiſſe, & ita Gallos, nihil tale cogitantes, imparatos, inermes, palantes, non hoſtium virtute, nec ſua ignavia, ſed per inſidias & conjurationem, una omnes vel binis horis in tota inſula cæſos, occubuiſſe. Ita rem narrant ſcriptores Galli, veteres ac recentiores, ex quibus unum producam *Joannem de Buſſieres*, tum, quia brevis eſt, & perſpicuus, tum, quia ceteros gentis ſuæ hiſtoricos candore & integritate vincit. Ita enim de eo judicat *Conringius,*

gius, judex in rebus historicis omni exceptione major, in *Conringianis pag. 266: Busierii Historia Francica elegans sane est, & palmam eripit ipsi Paulo Æmilio. In rebus superioris nostrique avi describendis, video illum alienum a furoribus Jesuiticis & Zelotarum suæ partis, eoque multo aliis æqui rem, & Thuano fere similem, judicio politico bonum, & stylo perspicuo eximium.* Hic *Bussieres in historia Francica lib. 9. cap. 9. & 10. pag. 427. sqq.* rem sic narrat: *Nunc ad Aragonium bellum me converto, vesperasque Siculas, quæ quanquam celeberrimæ, & omnium intextæ historiis, prætermitti a me sine incuria & negligentiæ nota non possunt. Hujus tantæ cladis originem indaganti, una occurrit Caroli Regis cæca prosperitas; ab ea quippe Nicolai metus, Petri Aragonii cupiditas, Francorum licentia, Joannis Prochytæ ultio, & furor Siculorum, simul orta & propagata sunt. Ea res Caroli hostibus ad eum impetendum visa opportuna. Illorum capitalissimus, quanquam in speciem vilis & aspernabilis, Joannes Prochyta, inferendi mali stramen contexuit. Ille patria Salernitanus, vir solerti callidoque ingenio, dominus Prochytæ, quæ in Puteolano sinu insula est, Friderici Regis primum ut scribunt medicus, dein Manfredi atque ipsius Caroli consiliarius, constuprata a Francis uxore, exorsus proditionem, & deprehensus, fuga se eripuerat, facultatibus omnibus spoliatus. In Aragoniam profugus, Reginæ Constantiæ gratia in Aulam admissus est, ac vindictæ face inflammante ingenium, commentus est in Francos & Carolum quid tentare. Sicilia visa est scena furori aptissima. Eam præfectis administrandam dederat Carolus, quorum avaritia & negligentia miseri Siculi opprimebantur: ii maxime procacem Francorum libidinem incusabant, quibus nullus virginum pudor, nulla castimonia matronarum illibata foret aut intentata. Conceptum consilium Prochyta cum Petro Aragoniæ Rege communicat; ac tametsi ille id primum rejecerit, tamen impellente Constantia uxore, & paternum regnum ut affirmabat ab invasoribus repetente, in eam penitus mentem se induit, paravitque sedulo, quæ necessaria forent. Visum & Prochytæ nova præterea arcessenda præsidia. Viterbii Nicolaum Pontificem convenit; impetratque assensum, & Aragonio jus regni Siculi; tum Constantinopolim profectus, Michaëlem Imperatorem jam apparatu Caroli perterrefactum ad conspirandum cum Aragonio impellit; ita rem partitus, ut pecuniam Græcus, classem*

sem & militem Hispanus sufficeret. Nec omisit Siciliam, principes ad defectionem inflammans, modumque tradens excutiendi imperii. Hæc omnia mira calliditate & solertia obita, Franciscani veste operiente perditissimum caput, quam de industria usurpaverat, ut Francos falleret; alioqui mirabilem in modum improvidos atque dissolutos, & temere supra fortunam suam præsidentes. Et vero summa dignum est admiratione, rem propemodum vulgarem, tot inter capita participatam, tribus annis continuis, latuisse Francos, nec ulla rima deprehensam hanc lucem; adeo cœca est confidentia, tecta & oculata cupiditas. Sed jam aderat designatus facinori dies; nempe ipse Paschatis, vel ab ipso primus aut secundus, religiosissimus Christianis, & maximo lætitiæ sensu celebratus, cum a meridie, campanis ad vespertinas preces pulsatis, furor tam diu compressus, ceu signo dato, Panormi primum, & continuo per universam insulam erupit. Duces conjurationis, adjuncta plebe, proclamantes Francorum tyrannidem extirpandam, eos primum, qui in vicis aut compitis occurrebant, confodiunt; tum in singulorum ædes invadentes, nulla sexus aut ætatis ratione, promiscue viros, infantes, senes, matronas, virgines, furore insano conficiunt, miseratione omni restincta. Et eo profecta est cædentium rabies, ut ipsas etiam matronas Siculas, quæ Francis nuptæ conceptum utero fœtum ferrent, ipsi affines inaudita barbarie ferro mactaverint, utrumque ad extrahendum partum secuerint. Imo in ædes sacras ac religiosas dira vesania penetravit; qui Franci ministrabant altaribus, a collegis suis perempti sunt; religiosi Sanctorum Benedicti, Dominici ac Francisci adscripti familiis, a fratribus suis interfecti crudeliter; ut jam nullo humanitatis, affinitatis, aut religionis vinculo, in odiosam gentem cuncti sævierint. Ita duarum horarum spatio per insulam Franci ad octo millia interfecti, & carnificina sævissima per sontes & insontes grassata est: expuncta quidem sanguine fœditate libidinis, sed majori crimine, cum scelus infra pœnam foret. Unus Lothi instar, ab dira strage servatus est, & virtuti suæ donatus, Guillelmus Porcelletus in Provincia Phocensi nobilis, quem Mamertini venerandum morum probitate, ereptum periculo, navi imposuerunt securum tot inter funera, quem inermis virtus stiparet. Similem in modum rem narrant ceteri historici Galli, e quibus nunc ad manus sunt *Mezeray dans l'Abregé de l'Histoire de France, tom. I.* *pag.*

pag. 472. & *Daniel dans l'Histoire de France*, *tom. III. pag.* 222. in hoc tamen a Bussierio diversi, quod caussam præcipuam cladis, libidinem & incontinentiam Gallorum, non, ut Bussierius facit, fatentur, sed, quia tamen negare non poterant, saltem dissimulant ac silentio involvunt. Omnes in eo conveniunt, fidem illam, qua Siculi per tres annos secretum servarint, & incuriam Gallorum, qua nihil eis de tam diuturna & universali conjuratione inoluerit, miraculo esse. Verum, ne quid dissimulem, propter hoc ipsum miraculum mihi tota ista Gallorum narratio semper suspecta, quin incredibilis visa est. Nullum in tota historia exemplum simile reperitur. Succurrit equidem memoriæ, quod ante Christum natum, florente rep. Romana, Lucio Cornelio, Q. Pompejo Coss. octoginta millia Romanorum uno die per totam Asiam fuerint trucidata. Verum hoc Mithridatis, qui Asiæ tum imperabat, jussu factum, atque hic jussus paucis ante exsequutionem diebus Asiæ incolis significatus, & minæ quoque, si quis non paruisset, adjectæ erant. Vide totam hanc historiam, ex fontibus suis collectam, in *Freinshemii Supplementis Livianis, lib.* 78. *cap.* 7. *sqq.* Nec nuptiæ Parisinæ, nec regni Lusitanici mira conversio, quæ in medic sæculo superiore fere sine sanguine contigit, quidquam, quod huc trahi possit, habent. Sed quanquam de veritate facti dubitarim semper, dubia tamen & suspiciones meas in medium proferre ausus nunquam sum, quod unanimi auctorum consensu me victum autumarem, &, quod aliquos facere video, ex insulta incredulitate laureolam mihi quærere nollem. Tacui ergo, &, quando sermo de hac vespera Sicula incidit, alios præeuntes sequutus ipse quoque: miraculum! vociferatus sum. Tandem lectio *Tomi VIII*.

VIII. scriptorum Italicorum, a Muratorio editorum, me confidentiorem fecit. Inter scripta hujus tomi tertium decimum locum tenet Ricordani Malespini Historia Florentina ab initiis urbis ad A. 1281. Italice scripta, cum continuatione Jachetti, ex Francisco fratre Ricordani nepotis, ad A 1286. pariter Italice. Hic Jachettus, dum cladem Siculam Gallorum refert, nihil de conspiratione habet, sed solos Palermitanos, nihil tale cogitantes, & sacris obeundis intentos, ejulatione feminæ, quam Gallus impudice contrectabat, excitatos accurrisse, manum cum Gallis, populari suo suppetias ferentibus, conseruisse, in hac pugna unum ex Palermitanis, Gallos omnes deleri oportere, proclamasse, id consilium repente ceteris Palermitanis placuisse, Gallosque omnes præsentes neci datos, Siculos vero reliquos, accepto ab his ipsis, qui stragi Palermitanæ interfuerant, nuncio, ac ab iisdem concitatos & inflammatos, similiter in Gallos omnes apud se repertos, ac genti Siculæ propter immania flagitia jamdiu exosos, impetum fecisse, eosque trucidasse narrant. Hoc coævi scriptoris testimonium dubiis meis de fide historicorum Gallorum in hoc capite multum ponderis adjecit. Sed Jachettum tamen falso rumore decipi potuisse, & unum ceterorum consensu vinci, ratus, communem opinionem deserere nondum ausus sum, donec in *Diarium eruditum Parisiense*, *Journal des Sçavans*, *anni* 1733. *mensis Aprilis* inciderem, in eoque excerpta ex Muratorii tomo VIII. legerem. Ibi collectores, doctissimi ceteroquin viri, *pag.* 492. *sqq.* narrationem illam Jachetti, tanquam rem singularem, quæ in aliis auctoribus non reperiatur, observant & notant: *Nous n'avons rien trouvé de singulier dans l'Histoire de Ricordano, mais il est remarquable que Jachetto son Continuateur parle des*

Vêpres

Vêpres Siciliennes non comme d'un complot prémédité, mais comme d'un pur effet du hazard. Il raconte, que le lundi de Pâques tout le peuple de Palerme allant, suivant la coûtume, en devotion à Montreal, qui n'étoit éloigné de la Ville que de trois mille, un François voulut faire violence à une femme; qu'aux cris qu'elle fit les Siciliens, déja animés contre les François, accoururent en foule. On en vint de part & d'autre aux mains; & quelqu'un ayant crié qu'il falloit faire périr tous les François, aussi-tôt on fit main basse sur eux; il ajoûte que les Barons étant retournés chacun dans leur terre, suivirent cet exemple. Que ceux de Messine demanderent cependant quelques jours pour s'y déterminer, mais qu'enfin vaincus par les instances des Palermitains, ils tomberent sur les François avec plus de fureur que les Palermitains même n'avoient fait. Hæc ipsa nota me curiosiorem fecit, &, ut accuratius quærerem, num quis idem cum Jachetto dixisset, movit. Et repperi, Jachetti narrationem in ipsa recta ratione fundatam, testimoniisque gravissimorum auctorum & diplomatibus principum suffultam, verissimam, contra Gallorum relationem fabulam meram, ac fide indignam, & conservandi honoris sui caussa excogitatam fuisse. Testem adduco locupletissimum, *Thomam Fazellum*, Siculum ipsum, & historicorum Siculorum principem, qui tertio quidem post illam lanienam sæculo vixit, sed nihil tamen temere scribit, verum omnia sua, & hanc maxime historiam, ex monumentis certissimis sumit. Is igitur in *Decadis posterioris lib. 8. cap. 4.* præmittit primum vulgarem illam Gallorum de conjuratione totius Siciliæ, & silentio triennali fabulam, ejusque fundamentum in frequentiore scriptorum auctoritate, & fama per manus ducta ponit, deinde hæc sub

subjicit: *In plerisque vero Siculorum annalibus, & Siciliæ regum, Petri præsertim secundi Siciliæ regis, diplomatibus, ac etiam non spernendis auctoribus, consternationis initium a Panormitanis ortum legimus. Cum etenim tertio Dominicæ resurrectionis die, qui eo anno penultimus Martii dies fuit, ad templum Sancti Spiritus sexcentos ferme passus in meridiem obversum Panormo recedens (etsi ad Montem regalem quidam falso scripserint) Panormitanorum frequentia religionis causa de more, qui ad meam usque ætatem solenni observatione manavit, convenissent, Francos ibi, qui magistratus gerebant, jussu Joannis S. Remigii urbis Præfecti causa scrutandi, si quis cum telo esset, etiam matronas virginesque excussisse, licentiosiusque pertentasse mulierum sinus, accepimus. Quorum unus, cui Drobectus erat nomen, cum in quandam mulierem nobilitate insignem manus injecisset, Panormitanorum in unum concurrentium subita ira lapidibus primum obrutus: mox eadem seditione armis ex urbe correptis, Franci omnes per plateas sine discrimine cæsi, sævæ libidinis & diu toleratæ crudelitatis pœnas dedere. Inde vero ad Joannis S. Remigii (qui præerat) arcem impetu facto, Panormitani, effractis januis irrumpentes, quotquot in ea illius nationis invenere, trucidarunt. Joannes ipse in facie vulneratus, rustici habitum mentitus, noctu equester Biccarum oppidum profugiens, eum quidem furorem evasit: Sed Panormitani, qui interea Rogerium de Magistro Angelo urbi ad plebem in officio continendam præfectum constituerant, cæsis domi ad quinque Francorum millibus, una cum Caccabensibus Joannem S. Remigium persecuti, sagittis petunt, ac demum interficiunt. Fama Francorum cædis per vicina Panormo oppida delata, Carilionenses Gallos omnes, qui in eorum oppido erant, una*

hora peremerunt, fœdusque cum Panormitanis inierunt. Peractis his stragis Gallicæ primordiis, Panormitani tres acies instruunt. Quarum unam Cephaloedim versus, alteram Ennam, tertiam Calatafimim mittunt, Siciliam omnem ad idem facinus excituri. Qui Calatafimim venerunt, a Guilielmo Porcelletto Provinciali genere, ob probitatem suam, cæteris Francis interfectis, abstinuere, incolumemque in patriam dimisere. Ea inde voce Siciliam omnem pervagante, ac militibus per oppida discurrentibus, a nullo Franco temperatum est. Herbertus Siciliæ Præses, qui Messanæ adhuc erat, auditis Panormitanæ urbis motibus statim per milites, quos in præsidio paratos habebat, civitatem in fide continuit, classemque novem triremium milite instructam, cui Riccardum de Riso Ducem præfecit, ad obsidendam Panormum misit. Quam Panormitani contraria classe adorti facile fugarunt. Adjuvit magnopere Siculorum causam Orlandus de Milia, Panormitanus miles, qui cum sub Rege Carolo Sicilia exulasset, tempore defectionis Panormum rediit, & acerrime in Francos sæviit, ac postmodum Petri & Friderici Regum fidem fortiter contra hostes tutatus est. Herbertus cognito Panormitanæ aciei ad Tauromenium (quod sub Carolo adhuc stabat) adventu, milites ad justum numerum cum Michelotto Gatta genere Franco eorum Duce ad Panormitanos profligandos eo confestim emisit. At Siculi magna vi oppidum adorti, pluribus Francorum cæsis, capiunt, Michelotto cum paucis in arcem Scalettæ primum, ac deinde Messanam ad arcem Griffoni incolumi sese recipiente. Interea cum Franci Messanæ petulantius se haberent, Messanenses ira tandem & ipsi conciti contra exurgunt, & Herberto Præside in Griffoni arcem primum, mox inde ad Catanam fugato, Duce Bartholomæo Marescallo, viro populari, vigesimo nono Aprilis die in Francos omnes irruunt ac sæviunt, & quotquot in occursu deprehendere, una cum Michelotto, & qui cum suis in arce erant, trucidant; defectisque Caroli insignibus, crucis vexillum insigne civium erigunt, Panormitanisque patratum facinus ordine nuntiant, & cum eis fœdus ineunt. Hæc narratio, in domesticis Siculorum annalibus regiisque diplomatibus innixa, nihil incredibile, nihil absurdum, sed speciem maximam veri habet. At, quod Galli narrant, Siculam plebem de constituta in unam vesperam

ram Gallorum cæde certiorem redditam, sese per totum triennium in hanc armasse & parasse, ac tam sancte silentium servasse, ut nullus vel beneficiis, vel cognatione, vel affinitate, vel amicitia, vel misericordia, vel præmiorum & dignitatum spe ad indicium Gallis faciendum moveri potuerit, denique Gallos ipsos tam cœcos & vecordes fuisse, ut mussitantes inter se omnis generis homines, arma expedientes, cædem universalem machinantes, nec viderint, nec audiverint, nec quidquam mali, antequam telum corpore reciperent, suspicati sint, hoc supra fidem humanam est. Desinant ergo, quotquot verum amat, Siculis porro cædem insidiosam, quam Galli illis adfingunt, imputare, sciantque, stragem Gallorum, quæ anno 1282. in Sicilia contigit, nulli conspirationi ac deliberationi, sed iræ, ultioni ac virtuti Siculorum adscribendam, nec una vespera, nec uno die factam esse, Gallos autem, luxuria diffluentes & emollitos, ac propterea imbelles, de defensione non cogitasse, sed meritissimas flagitiorum suorum pœnas dedisse. Ad ea, quibus vesperæ Siculæ fabulam everti, argumenta novum deinde accessit, quod mihi omnium firmissimum videtur. Incidi nempe in *Petri de Marca Marcam Hispanicam*, a Stephano Baluzio post Marcæ mortem anno 1688. editam, egregiisque accessionibus locupletatam, inter quas accessiones principem locum merentur *Nicolai Specialis libri VIII. Rerum Sicularum ab anno Christi* 1282. *usque ad annum* 1337. tunc primum ex veteri codice MS. bibliothecæ regis Galliarum editi, & *Marcæ Hispanicæ pag.* 598. *sqq.* ac deinde a *Muratorio Scriptoribus Rerum Italicarum tomo X. inserti.* Equidem, ne quid dissimulem, ego istos Specialis commentarios in Marca Hispanica, ad quam illi fere nihil faciunt, non quæsivissem, sed tamen Baluzio,

quod illos, quamvis in loco non conveniente, conservavit, gratiam habeo. Huic auctori, qui & Siculus fuit, atque res gestas, quas describit, ipse vidit, & cui praeterea, tanquam ministro regis & ad Pontificem legato, archiva publica patuerunt, fides debetur, eo major, quod secundum Baluzium etiam Thomas Fazellus, quaecunque de rebus horum temporum scripsit, omnia a Speciali accepit. Hic Specialis rem omnem accurate narrat, ac caedem impetu ortam, non una vespera absolutam, sed per integrum mensem tractam, dicit. Sed, quia Marca Hispanica rarius in Germania reperitur, ego integra libri 1. capita 2, 3, 4. quibus Specialis stragem Gallicam describit, hic adpono: *Dum regnaret olim in Sicilia Carolus Comes Provinciae de regia stirpe Francorum, coeperunt ministri ejus agere insolenter cum Siculis, inaudita vectigalia imponere, intolerabiles obventiones exigere, invita nobilium feminarum & divitum jubere conjugia, viros innoxios alios morti tradere, alios in squalorem carceris trudere, alios deportationibus & longis exiliis destinare, multisque vel religionis causa reverentia dignis, vel aetate gravibus, vel auctoritate verendis actualibus, etiam contumeliis nullo vulgi discrimine insultare. Quae omnia & graviora quidem, ut arbitror, patienti animo Siculi tolerassent, nisi, quod primum cunctis dominantibus cavendum est, alienas feminas invasissent. Diu quidem extorsiones, exilia, carcerum deportationes, aliasque illatas viris injurias gesserant Siculi pavide murmurantes. Postquam vero coepit zelotypiae furor amantium corda percellere, factum est murmur impavidum inter plebem, & ideo iniquitatis causas insinuare absenti Regi per nuncios convenerunt; qui vel occulto Dei judicio prohibente vel facto, quod plurimum corda subjectorum exasperat, nec se videri patiens, nec affatibus attentari more surdae aspidis, quas impias erga subditos esse non expedit, aures regiae dignitatis obstrusit; neque solum perniciosos viros corripere non curavit, quin etiam incolis regni deteriora comminans, ipsos nuntios contumeliis provocatos ejecit. Sed ne quid in expertum remedii contra inhumanitatem illam Siculorum afflictio reliquisset, ante tribunal communis patris Romani Pontificis Martini, qui tunc in sede apostoli-*

ca præsidebat, in consistorio publico per dominum Bartholomæum Pactensem Episcopum & fratrem Bon. Joannem de Marino de Messana de ordine Prædicatorum legatos eorum, viros utique auctoritate venerabiles & prudentiæ titulis præditos, quales per universam Siciliam tunc eligi poterant, causam studiose proponere decreverunt. Ex quibus venerabilis Pactensis Episcopus, amore justitiæ nil metuens, impetrata referendæ legationis licentia, Rege præsente, miserere mei fili David, filia mea male a dæmone vexatur, incepit, oppressiones eorum seriose retulit, Regemque ab injustitia coerceri laudabili magnanimitate poposcit. Quis autem fuerit ipsius legationis exitus, quicunque legit, intelligat. Opere quidem, non verbo, responsum est. Discedentibus namque legatis a conspectu summi Pontificis, injecerunt ministri violentas manus in illos, &, quamvis Episcopus corruptis pretio custodibus per fugæ remedium evasisset, nihilominus frater Bon. Johannes squalore carceris & inedia maceratus longo tempore pœnam dedit. Redierunt ergo in Siciliam, qui evadere potuerunt, illis donati muneribus, &, quod eis pro legatione contigerat, in civitate Messanensium publice retulerunt. Quamquam super iis alii venientes Neapoli asseruerunt, Carolum Regem indignatum propterea contra Siculos depopulaturum esse hanc insulam ea classe multiplici, quam se struere asserebat contra imperium Romaniæ, ipsamque daturum exteris nationibus aut in præmium, aut in prædam, quod accrescente fama relatibus unusquisque ratum esse conceperat, cum de ipsius Regis Caroli & suorum vulgata crudelitate pensabat. Anno itaque incarnationis dominicæ MCCLXXXII. postquam Siculis visum est, nihil ultra superare remedii, NVLLO COMMVNICATO CONSILIO, desperationem amplexi sunt, singuli pro salute, ut sequentis facti evidentia demonstravit, & Panormitanis causam ex modico initiantibus non sine terribili superni judicis formidando judicio contra ipsius regis Caroli dominium rebellarunt. Quamquam si velimus operi verum ab effectu nomen inponere, non fuerit hæc simpliciter censenda rebellio, quin immo intolerabilium injuriarum repulsio, acerbæ mortis effugium & expiatio flagellorum. Nam die tertia resurrectionis dominicæ, cum Panormitanæ mulieres basilicam Sancti Spiritus extra urbem cum viris eorum suo more antiquo reviserent, huc delata Gallorum insania portitores armorum quærere simulabat. Sub quo prætextu

textu quidam plus aliis furore vitiosæ libidinis forsitan excæcatus in unam ex mulieribus illis temerarias manus injecit, atque asserens, eam pugionem viri sui sub vestibus abscondisse, temerarius illam in utero titillavit. Non tulit ulterius vir aspectans uxoris pudicitiam attentari; sed ausus est Gallorum cædem voce mixta doloribus exclamare. Nec mora. Tunc Panormitani omnes, quod conceperant, operi se accingunt, quasi vocem illam cælitus accepissent. O mira sententia summi patris, qua subito per plateas, & vicos civitatum & terrarum Siciliæ dudum elata Gallicorum potentia conculcata est! Tantus enim Gallis & Provincialibus, qui in insula reperti sunt, metus incutitur, ut etiam immensa castra, quæ humani generis virtus ferro aut ingeniis expugnare non posset, nullo impetu lacessiti nullaque obsidione vallati deserunt, pluresque ex eis non servatis gradibus descendendo prosilientes, ex altis mœnibus sese in hostiles manus præcipites dederunt trucidandos, velut eos cœlestia numina impugnarent. Ex quo factum est, quia gladius regiæ ultionis nocentes feriri contempsit, ad ultimum omnes suos nocentes cum innocentibus turba rapax involvit, qui nondum expleto mensis curriculo universam insulam ab ipsius Regis dominio penitus abdicavit. Tunc Siculi capitaneos sibi præficiunt, eorumque dominatum communitatem appellant; Romanos in hac parte sequentes, qui post ejectam Tarquinii Regis superbiam, sibi annales præfecerunt. Huc usque *Specialis*, ex cujus & *Jachetti*, coævorum auctorum, nullam plane stragis in vespera Sicula generaliter factæ mentionem facientium, narrationibus apparet, fabulam hanc tunc nondum fuisse cusam, sed, si non integro sæculo, saltem totis quinquaginta annis interjectis recens confictam.

SPE-

SPECIMEN DCVII.
AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.
DE
DVELLIS
AD DIEM XVIII. MARTII ANNO cIↄ Iↄ CCXXXVIII. PVBLICE DEFENSVM A

CAROLO GODOFREDO LESSING

CAM. LVSAT.

I.

Princeps privatis ſingularia certamina permittere non debet.

Credunt nonnulli, poſſe principem permittere ſingularia certamina, quae duella vulgo vocantur. Afferunt etiam argumenti loco *titulum C. ut armorum uſus inſcio principe interdictus ſit*. Sed legum Romanarum hac in re nulla eſt auctoritas, quum lex divina de non occidendo univerſalis ſit, quam princeps tollere non poteſt. Vindicta privata eſt prohibita, & magiſtratus conſtitutus, non qui certamina civibus permittat, ſed gladio maleficiorum vindex ultorque ſit. Ergo peccant, qui certamina talia principis voluntate ac conſenſu licita fieri dicunt. Nec juvantur exemplo Davidis, qui cum Goliatho ſingulare certamen iniit. Hoc enim certamen pro ſalute totius populi & exercitus recte ſuſcipiebatur.

II.

II.

Non omnia duella dolosa sunt, sed aliqua animo saltem defendendi, nullo occidendi lædendive, suscipiuntur.

III.

Is etiam, qui alterum ad duellum ex intervallo provocat, extra dolum esse potest.

IV.

Princeps, qui duella generaliter, mortis pœna in occisores proposita, inhibet, recte quidem facit;

V.

Pie tamen ac juste hanc mortis pœnam aliquando remittit,

VI.

Non provocato solum, sed & provocanti.

Dictum modo fuit, principem privatis singularia certamina, quæ duella vocant, permittere non debere. Debet magis, siquidem in tali singulari certamine alteruter occumbat, interfectorem secundum jus divinum ultimo supplicio punire. Attamen contingere potest casus, quo ultimum supplicium interfectori in duello pie ac juste remittitur. Objicietur nobis forsan, quod ipsi in *Meditat. de Assentationibus JCtorum, cap.* 4. *sect.* 2. §. 34. dixerimus, peccare JCtos, qui principi jus adgratiandi in homicidio tribuant. Verum hoc ad homicidia vere dolosa, seu animo occidendi lædendive facta, restringi oportet. Incidunt autem sæpe circumstantiæ, quæ dolum plane tollunt. Nam, quod vulgo duella omnia dolosa esse creduntur, hoc profecto falsum est. Sæpe non ei solum, qui pro-

provocatur, nihil præter culpam imputari poteſt, ſed, quod paradoxon multis videbitur, is etiam, qui provocat, quamvis longo poſt offenſionem intervallo provocet, nudum defendendi, non occidendi lædendive, animum habet, atque adeo a dolo abſolvendus eſt. Vſus olim ſum familiariter tribuno militari, pio prudenteque viro, quem commilito, turbulentus ac rixoſus homo, immerentem baculo percuſſerat. Notus eſt mos militaris, quo *plagipatida* (*), ut cum *Plauto in Captivis act.* 3. *ſc.* 1. *verſu* 12. loquar, quaſi peſte adflatus reputatur. Arcent eum a conſortio ſuo tribuni reliqui; ii, qui imperio ejus ſubſunt, juſſa illius vel non accipiunt, vel non exſequuntur, ipſe ſæpe princeps, legum contra duella lator, negligit miſerum ac tanquam timidum deſpicit. Accidebant hæc omnia amico meo, qui ſibi vel militia abeundum, & in latebris porro vivendum, vel ſingulare cum verberatore certamen ineundum, ac per hoc exiſtimationem recuperandam, videbat. Si prius elegiſſet, actum erat de ipſo, de uxore & familia. Nullam ille aliam, præter arma, artem didicerat, nec opes habebat. Pereundum fuiſſet inedia ipſi ac familiæ; &, ſi vixiſſet, inutile porro reipublicæ membrum futurus erat. Elegit ergo ſingulare certamen, ſancte obteſtans, ſe nihil odio, nihil vindictæ cupidine facere, ac ignoviſſe jam diu inimico, ſed velle ſaltem honorem ſuum & munus conſerva-

(*) Sic legendum eſt, non blagipatida, ut *Longolius in notis ad hunc locum Plauti* autumat. Plagæ verbera ſunt, quas patiendo paraſiti victum ſibi adquirebant. Vide *Terentium in Eunucho act.* 2. *ſc.* 2. *verſu* 13. ibi: *neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum.*

vare. Et feliciter tunc quidem ſine cæde & vulnere pugnatum fuit. Quid vero, ſi provocator adverſarium occidiſſet. Non audeo eum abſolvere penitus, maxime, quod leges provinciæ, in qua pugnatum fuit, ſingularia certamina ſeveriſſime prohibent, ac occiſoribus mortem ſine discrimine minantur. Nec improbo has leges, quum legislator culpam etiam ultimo ſupplicio punire poſſit, ut in *Specimine CLIV. de Culpa, medit.* 9. oſtenſum, ubi legibus allegatis addi poteſt *lex* 12. *pr. de Cuſtodia & exhibitione.* Sed tamen princeps pie juſteque feciſſet, qui provocatori huic ultimum ſupplicium remiſiſſet. Defenderat ille exiſtimationem ſuam, quod leges etiam cum cæde adverſarii in *articulo Carolino* 140. permittunt; defenderat ſuam ſuorumque ſalutem, quod itidem cum cæde hoſtis ſui licet, quemadmodum in *Specimine de Inculpata tutela med.* 2. dictum. Exceſſerat ſaltem in defenſione inculpatæ tutelæ moderamen, ac per hoc culpæ reus erat. Poterat igitur princeps ei ultimi ſupplicii gratiam facere. Quæ indulgentia, ſiquidem in provocatore æqua & juſta eſt, magis locum invenire debet in provocato. Id quod plenius exſequuti ſunt JCti Helmſtadienſes menſe Majo anni cIↄ Iↄ CCXVI: Iſt Inquiſit Kayſer ſowol geſtändig als überführet, daß er mit dem Mousquetier, Chriſtoph Schützen, ſich in ein Duell eingelaſſen, und ſelbigem darinnen eine tödtliche Wunde zugefüget, woran er kurtz hernach geſtorben. Entſtehet alſo die Frage: Auf was Weiſe beſagter Kayſer zu ſtrafen ſey? Dieſe nun recht zu unterſuchen, müſſen vor allen Dingen zweyerley Rechte von einander unterſchieden werden, die Göttliche, welche das Blut deſſen, der Menſchen-Blut vergeuſt, wieder zu vergieſſen anbefehlen, und die Braunſchweigiſche Lüneburgiſche Duell-Edicta und Krieges-Artickel, welche

auf

auf eine im Duell begangene Entleibung schlechterdinges die Todes-Strafe setzen. Was die erste betrift, so erkläret GOtt das *Geneseos IX*, 6. befindliche Gebot in andern *Exod. XXI*, 13. 14. und *Numer. XXXV*, 20. 21. enthaltenen Stellen dergestalt, daß er nicht einen jeden Todtschlag, sondern nur denjenigen, welcher mit Nachstellung und List, oder aus Frevel, sonderbarem Hasse und Feindschaft geschiehet, am Leben gestrafet wissen wolle. Nun möchte es zwar scheinen, ob fände sich dieses letzte requisitum allhier, da der Inquisit mit dem Entleibten sich vorher ausgescholten, mit selbigem von seiner ordentlichen Strasse ab an einen einsamen Ort, mit der Intention sich zu balgen, gegangen, die Kleider abgeleget, und, wie er selbst gestehet, in Meynung, den Arm zu verwunden, ihm den tödtlichen Stoß zugefüget, fürnemlich, da nach der bewehrtesten Rechts-Lehrer Meynung der blosse animus vulnerandi zugleich indirecte animum occidendi involvirt, und, wenn der Tod aus der Verwundung folget, am Leben bestrafet wird. Allein es ist dagegen zu betrachten, daß der Entleibte den Inquisiten, als dieser ohne Vorsatz durch Anstossen eines dritten auf ihn gefallen, sofort einen Grase-Jungen gescholten, und dadurch den Streit angefangen, auch, da er wieder gescholten, zum Balgen ausgefodert, ferner nach geendigter Parade darauf, daß er sich mit ihm schlagen solle, bestanden, ihn, da er nicht gleich mitgehen wollen, angespien, und, als Inquisit nichts destoweniger nach seinem Hause fortgegangen, nachgefolget, und ihn so lange geplaget, bis er endlich, ohne sein Ober-Gewehr einmal ablegen zu können, mitgehen, und das Duell, um seine, wie er gemeynet, in Gefahr stehende Ehre dadurch zu retten, antreten, auch, da jener gefährliche Stösse nach ihm gethan, sich wehren, und durch den unglücklich gerathenen Contra-Stoß abhalten müssen. Diese Umstände, deren Wahrheit theils aus der eydlichen Zeugen

Aussage, theils aus deren Zusammenhaltung mit des Inquisiten Bekänntnisse, theils aus der von dem Entleibten selbst in seiner Schwachheit en faveur dieses Kaysers gethanen Erklärung, theils aus den übrigen ihm gegebenen guten Zeugnissen, erhellet, legen sattsam am Tage, daß der Inquisit aus keinem vorgefasseten Grolle und Hasse, viel weniger durch List und Nachstellung, diesen Mord verrichtet, sondern wider seinen Willen durch das ungestühme Ausfodern, grobe Schelten und Anspeien, auf den Kampf-Platz gezogen, und zu Ablegung der Kleider und Antretung des Duells gezwungen worden, und dannenher mit der nur auf die boshafte und vorsätzliche Mörder gesetzten Todes-Strafe, sowol nach den ob angeführten Göttlichen, als auch gemeinen Kayserlichen Rechten, zu verschonen sey, *L. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* Dahingegen, was zweytens die Hochfürstlich-Braunschweig-Lüneburgische Rechte anbelanget, so setzet das anno 1687. publicirte Duell-Edict mit so deutlichen Worten und ohne allen Unterscheid die Lebens-Strafe sowol auf den Provocaten, als Provocanten, daß, dieses klare und ohne distinctione redende Landes-Gesetze privata auctoritate zu interpretiren, und eine gelindere Strafe zu dictiren, allerdings bedencklich fällt, da zumal noch der 25. Artickel des Krieges-Rechts hinzu kommt, wider welchen die vorgeschützte affectirte Unwissenheit Inquisiten nicht helfen mag. Alldieweil aber vermuthlich die hohe Landes-Herrschaft bey gegenwärtigem Casu diesen harten legem und die darinnen verordnete Strafe zu lindern kein Bedencken tragen wird, in Erwegung, daß Inquisit ob angeführter massen nicht Urheber des Streits gewesen, sondern von dem Entleibten fast wider Willen zu dem Duelle gezogen worden, und denn die Göttliche und Kayserliche Rechte selbst in solchem Falle die Todes-Strafe zu erlassen scheinen, hiernächst die Krieges-Artickel ein muthwillig

und

und vorsätzlich Duell erfodern, ferner nach der Meynung bewehrter Rechts-Lehrer und berühmter Collegiorum alle dergleichen strenge Duell-Verbote nur von vorsätzlichen Duellen zu verstehen, und keinesweges auf die so genannte improvisa, zu denen wider Versehen und Verhoffen sonderlich der ohne deß beleidigte Theil gezogen wird, zu erstrecken seynd, *Lyncker Responso* III. *n.* 13. nicht weniger Inquisit ein gutes Zeugniß von seinen Ober-Officirern und Prediger hat, endlich derselbe nur 19. Jahr alt, also noch minderjährig ist; So halten wir dafür, daß Inquisit Kayser zwar nach dem Buchstaben des Duell-Edicts mit dem Schwerdte am Leben zu strafen wäre, solche Strafe aber, wenn des regierenden Hertzogs Hochfürstl. Durchl. die Strenge des besagten Edicts bey vorkommenden Umständen zu temperiren gnädigst geruhen wolten, in eine Militair-Strafe, etwa des Gassen-Laufens auf etliche mal, verwandelt werden könne.

VII.

Discrimen inter duella deliberata & improvisa faciendum est.

VIII.

Duella improvisa sine dolo & animo occidendi esse possunt.

IX.

Quod si luculenter appareat, nec lex humana in contrarium adsit, judices & JCti ultimum supplicium, etiam sine dispensatione principis, remittere possunt.

In ista, quam modo memoravi, specie principis dispensatio necessaria fuit, quod lex simpliciter ac sine discrimine pœnam mortis sanciret. At ubi lex tam clara non adest, judices ac JCti ultimum supplicium etiam sine dispensatione

 ne

ne principis remittere possunt, siquidem, animum occidendi vulnerandive in occisore absuisse, luculenter animadvertunt. Inprimis nempe discrimen illud, quod *Lynckerus in Responso* III. *n.* 13. inter duella deliberata ac improvisa facit, quodque & in recta ratione, & in *L.* I. *C. ad L. Cornel. de Sicariis* innititur, observandum est. Et in illis quidem duellis, quæ deliberato atque ex intervallo ineuntur, vix veniæ locus erit, nisi in tali, quam *supra in medit.* 3. commemoravi, specie. At in improvisis & subitis sæpe tales circumstantiæ obveniunt, quæ dolum omnem ac propositum necandi lædendive excludunt. Tunc vero ultimum supplicium irrogari non potest. Exemplum ex responso JCtorum Helmstadiensium mense Martio anni cIↃ IↃ CCXV. exarato desumam: Daß zwar der Fourier Kramer und Sergeante Wagemann, gestalten Sachen und Umständen nach, mit der ordentlichen Todes-Strafe zu verschonen, unterdessen aber beyde ihrer Unter-Officier-Stellen zu entsetzen, und mit Gassen-Laufen zu 6. bis 8. malen zu bestrafen. V. R. W. Rat. Dec. Es hat der Fourier Kramer in Güte bekannt, ist auch durch die abgehörte Zeugen sattsam überführet, daß er in der Meynung, sich zu schlagen, aus der Stuben auf die Diele gegangen, daselbst den Degen wider den Fourier Möringen entblösset, und ihm im anderen Gange den tödtlichen Stich zugefüget. Nun seynd zwar die angeführte Umstände also beschaffen, daß es scheinet, ob könne Kramer unmöglich von der ordentlichen auf die boshafte Todtschläger gesetzten Strafe loßgesprochen werden, da zumal der eine Zeuge, Heinrich Segger, ihn beschuldiget, daß er zu Möringen, wie selbiger sich mit dem Corporal Mattfeld gezancket, gesprochen: Bruder, wilt du mit mir zu thun haben, ich will mich seiner, des Corporals, annehmen; in-

ingleichen nach dem ersten Gange zu dem Entleibten, welcher keine Lust mehr sich zu schlagen gehabt, gesagt: Noch einmal. Worzu ferner kommt, daß in dem Cellischen Krieges-Rechte art. 51. diejenige, welche ohne erhaltene Erlaubniß mit einander duelliren, an Leib und Leben gestrafet werden. Alldieweil aber bey einem begangenen Todtschlage fürnemlich auf den Willen des Thäters zu sehen ist, auch, daferne selbiger nicht den Mord entweder directe oder indirecte intendiret, die ordentliche Todes-Strafe keine statt findet, und denn aus allen des Kramers actionibus weder eine Intention zu tödten, noch zu verwunden, hervor scheinet; immassen er gegen den Entleibten in der Stuben sonderliche Freundschaft bezeuget, ihn geküsset, auf des Sergeanten Befragen, ob er die Sache vor den Corporal ausmachen wolle, mit Nein geantwortet, sich Anfangs an das unabläßige Ausfodern des Sergeanten nicht gekehret, sondern in der Stuben verblieben, endlich, da dieser beständig fortgefahren, ihn, wenn er nicht käme, und eines nur pour plaisir wagete, vor eine Canaille und etcetera zu schelten, auch der entleibte Möring nach Claren Königin Aussage gesprochen: Ey Bruder, laß uns hinaus gehen, und uns nicht so coujoniren, laß uns vor plaisir nur ein Bißgen schlagen; zwar hinaus gegangen, um, wie er gesagt, kein etcetera zu seyn, dabey aber, wie er nicht allein selbst vorgiebt, sondern auch aus der Zeugen, fürnemlich aus des Corporal Mattfelds, Deposition deutlich genug erhellet, nicht gewust, mit wem er sich schlagen solle, bis er auf die Diele gekommen, und daselbst den Fourier Möring, welcher sonst, nach des Corporals Zeugnisse, sein Hertzens-guter Freund gewesen, und mit dem er auch damalen sich nicht verunwilliget gehabt, sich gegen ihn mit blossem Degen in Positur stellen gesehen, darauf gleichfals den Degen gezogen, und einen Gang mit ihm gewaget, auch nach dessen

En-

Endigung auf des Sergeanten beständiges Zuschreyen und Encouragiren noch einmal mit ihm zusammen gegangen, und in diesem letzten Gange ihn tödtlich verwundet, da denn der Verwundete selbst ihm, daß er keine Schuld habe, also nur bleiben solle, zugerufen; Bey welcher Bewandniß die von dem Sergeanten geschehene schimpfliche unabläßige Provocation, die Unwissenheit, mit wem er sich schlagen solle, das Vorgeben, als ob es nur zum plaisir geschähe, die Freundschaft mit dem Entleibten, und dessen eigenes Bekänntniß von Inquisitens Unschuld, diesem allerdings zu statten kommen muß; dawider des einen Zeugen Seggers Aussage, als ob Inquisit sich freywillig gegen den Erstochenen zu Ausmachung der Sache erbothen, auch denselben wider seinen Willen zum anderen Gange genöthiget, in keine Betrachtung kommt, weil dessen Vorgeben durch der andern 5. eydlichen Zeugen fast einstimmige Deposition wiederleget wird; In testibus autem sibi contrariis respiciendum est ad majorem numerum, *c. 32. X. de Testibus*, *c. 9. X. de Probat.* im übrigen die vorgegangene Schlägerey kein vorsätzliches, sondern unversehenes Duell, oder gar nur eine Rencontre zu nennen ist, zu welcher Inquisit fast mit den Haaren gezogen worden, und aber nach bewehrter Rechts-Lehrer Meynung die Duell-Edicta und in denenselben gesetzte Strafen nur von den vorsätzlichen zu verstehen, und keinesweges auf die so genannte improvisa, zu denen jemand wider Lust und Hoffen gezwungen wird, zu ziehen seynd; Nam quæ ex improviso fiunt, facilius excusantur, quam, quæ præmeditate, *L. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. Lyncker Responso* 111. *n.* 13. Diesemnach haben wir Inquisiten vor keinen boshaften Todtschläger halten können, sondern mit der ordentlichen Todes-Strafe verschonet, gleichwol aber ihm wegen seines groben Versehens die Entsetzung seiner Charge und die gewöhnliche Soldaten-Strafe des Gassen-Laufens, welche

che in Ansehung des Verbrechens etwas geschärfet werden muß, zuerkannt, welche Strafe wir auch dem Sergeant Wagemannen auferleget, der, ob er gleich selbst den Todtschlag nicht begangen, dennoch durch sein Ausfodern, Schelten und Zurufen die vornehmste und fast einige Ursache desselben gewesen.

X.

Etiam is homicida est, & ultimo supplicio puniendus, qui nec occidit, nec occidere voluit, tumultum tamen, turbam, pugnam vel alium actum, in quo hominem perire posse prævidit, & in quo homo etiam periit, dolo malo concitavit.

XI.

Igitur concitator duelli, etsi ipse gladium non strinxerit, ultimo supplicio puniendus est, siquidem unus ex pugnantibus pereat.

XII.

Usu tamen fori pœna extraordinaria decerni solet.

Pro stabilienda sententia: quod ad irrogandum ultimum supplicium animus occidendi indirectus sufficiat; facit maxime *lex 6. C. ad L. Juliam de Vi publica*, quæ ultimum supplicium exerceri jubet in eum, qui possessionem alienam temerare, vel vim facere tentaverit, si quis forte vel ex ipsius, vel ex possidentis parte interemtus sit; addita ratione, quod alterutri parti caussam malorum præbuerit. Itaque ex hac lege, cui *L. 4. § 14. de Vi bonorum raptorum*, inprimis autem *L. 15. pr. ad L. Cornel. de Sicariis* addi oportebat, recte colligit *Schæpfferus lib. 48. tit. 8. n. 33.* auctorem cædis, quamvis ipse cædem non fecerit, morte puniendum esse. Oportebat hanc pœnam maxime infligi proxenetis illis & architectis singulorum certaminum, seu duellorum. Est nempe certum genus hominum in aulis & aca-

demiſs, maxime vero inter milites frequens, quod ipſum quidem pro ſe pericula & pugnas averſatur, ſed ea tamen cum voluptate ſpectat, atque adeo mira calliditate alios iis involvit, ipſum immune atque nonnunquam lucrum inde captans. Nulla ſocietatibus humanis eſt peſtis peſtilentior, ſed toleratur tamen, ac eminet etiam, & caput extollit. Sunt iſti homunciones multarum cædium auctores. Exemplum in ſpecie paulo ante memorata habuimus. Pugnatores ambo, amici invicem, de pugna non cogitabant, ſed inviti provocationibus, cohortationibus & convitiis Wagemanni extra conclave tracti, ludendi magis, quam pugnandi, animo, congreſſi erant, ac poſt levem velitationem gladios in vaginam reponere voluerant, ſed acclamationibus & maledictis Wagemanni in novum conflictum conjecti fuerant. Ego itaque Wagemanno iſti, ſi meum ſuffragium rem conficere potuiſſet, ultimum ſupplicium irrogaſſem; ſed collegæ improbum homicidium extra ordinem punierunt. Quod iterum menſe Novembri anni cIↃ IↃ CCXXIII. fecerunt: Daß das dem Angeklagten ertheilte ſichere Geleite wieder aufzuheben, derſelbe in gefängliche Haft zu bringen, darinnen 2. Jahr lang auf ſeine Koſten zu halten, folgends nach geſchwohrnen Urpfeden zwar zu erlaſſen, gleichwol ihm, daß er bey Vermeidung einer harten Leibes-Strafe nicht wieder in dieſe Stadt kommen ſolle, anzudeuten, und er übrigens alle durch dieſen Proceſs verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig ſey. V. R. W. Rat. Dec. Es iſt der Studioſus Hand in einer zwiſchen den Studioſis Michaeln und Hintzen vorgegangenen Schlägerey tödtlich verwundet worden, und kurtz darauf verſtorben. Der gröſte Verdacht ſolcher begangenen That halber iſt auf Michaeln gefallen, alſo die Inquiſition wider ſelbigen mit allem

Fleiſſe

Fleisse und Vorsichtigkeit geführet worden. Nun stehet man aus den darüber gehaltenen Actis deutlich, daß, die unfehlbare Wahrheit heraus zu bringen und den rechten Thäter ohne Zweifel zu erforschen, gantz ohnmöglich fallen werde, indem 1) kein einiger Zeuge die Verwundung gesehen, 2) dieselbe bey finsterer Nacht, und da die Fackeln nur von weiten gestanden, auch nicht sehen können, 3) ihrer viele die Degen entblösset gehabt, und damit unter einander handtiret, 4) der Entleibte mit keinem einigen der Anwesenden in Streit, oder Feindschaft gestanden, 5) alle bey der Vniversität abgehörte Beweis-Zeugen aussagen, es sey bey dem Actu nicht gestochen, sondern nur gehauen worden, 6) der eine vor dem Stadt-Rathe abgehörete Zeuge zwar von Stossen redet, jedoch, daß sowol Michael, als die andere ausgestossen, anhänget, 7) der eine Duellant Hintz nur 2. Hiebe im Huthe und Kleide, und keinen Stoß bekommen, hingegen 8) Michael einen Stich am Beine in des Balbiers Hause aufgewiesen, 9) auf des Entleibten Beschuldigung, da er betruncken gewesen, auch bereits in agone gelegen, und mit unvernehmlicher Stimme gesprochen, nicht sonderlich zu bauen ist, überdis 10) derselbe nicht bey einer Rede geblieben, und bald zu dem Balbierer, er wolle es mit in die Erde nehmen, gesprochen, bald Michaeln, bald Carln beschuldiget, bald den letzten wieder entschuldiget, 11) Michael, wenn er auch die That gethan hat, solches allem Ansehen nach selbst nicht weiß, oder wissen kan, als welches theils aus seiner Trunckenheit, theils aus den andern vorkommenden Umständen, daß er in der Finsterniß nichts sehen können, nach geschehener Verwundung die Schlägerey fortgesetzet, wieder in den Keller gegangen, sich lustig erzeiget, nach empfangener Zeitung von des Hands Blessur in des Balbiers Haus gegangen, und seine Unschuld be-

zeuget, ziemlich deutlich erhellet, 12) das von der Positur, worinnen allerseits bey dem Handel interessirt gewesene gestanden, hergenommene Indicium gantz ungewiß ist, 13) an Michaels Degen und Scheide kein blutiges Merckmaal gefunden worden, 14) die wider Carln angeführte Indicia zwar viel schwächer, als diejenige, so wider Michaeln streiten, seynd, gleichwol die Ungewißheit des Thäters vermehren, 15) der unglückliche Stich wol gar zu der Zeit, da Michael nach Endigung des ersten Ganges mit einem oder zwey andern zur Erden gefallen, geschehen seyn kan; Bey so gestalten Sachen haben wir weder die Todes-Strafe erkennen, noch auf die von dem Ankläger gebetene peinliche Frage, viel weniger auf den Reinigungs-Eyd, interloquiren können. Alldieweil jedoch Angeklagter der eintzige Urheber dieser entstandenen Schlägerey gewesen, und sich zu derselben gleichsam genöthiget, auch die Ursache hierzu aus den von Carln und Hintzen geführten indifferenten und ihn nicht angehenden Reden mit Gewalt genommen, den Hintzen sich mit ihm zu schlagen wider dessen Willen gezwungen, das Zureden der andern alle verachtet, mithin die ohnfehlbare causa moralis des erfolgten Mordes gewesen, und dazu factis suis maxime dolosis & prohibitis eine unverantwortliche Gelegenheit gegeben, hiernächst der Argwohn, daß er auch die That selbst begangen, gegen ihn, der sich bey dem Handel sehr unbändig aufgeführet, starck hinein gegangen, darauf die Flucht genommen, &c. über die Maassen heftig ist, ferner derselbe ausser dem ein sehr unruhiger Mensch ist, viele Händel gehabt, öfters gesoffen, den Hintzen nach geendigter Schlägerey wieder provociret, in seiner sowol summarisch als ad articulos inquisit. gethanen Antwort einen grossen Trotz und Verwegenheit bezeiget, also kein Mitleiden verdienet, auch unverantwortlich fallen würde,

de, eine Mordthat, davon man zwar den eigentlichen Thäter nicht, wol aber den Urheber weiß, ungestrafet hingehen zu lassen, zudem der gemeinen Sicherheit daran gelegen ist, daß bey einem so offenbaren delicto ein Exempel statuiret, und andere dergleichen gefährliche Händel ohne alle Ursache anzufangen abgeschrecket werden; So haben wir, immassen in unserem Urthel enthalten, gesprochen. In Saxonia nostra concitatores duellorum secundum *edictum anni* 1712. §. 46. sex mensium carcere puniuntur. Sed dubitari tamen poterat, utrum lex hæc ad casum, quo alteruter in duello ab ipsis concitato periit, extendenda, an potius concitator tunc secundum jus commune gladio puniendus sit.

SPECIMEN DCVIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.
DE
CRIMINE MAGIÆ
PVBLICE DEFENSVM
A
FRIDER. CHRISTOPHORO Pfotenhauer
WEIZENDORFF. THVR.
D. XII. OCTOBR. ANNI MDCCXXXVII.

I.

Magia describitur & a miraculo distinguitur.

II.

Pleraque crimina, quæ hoc nomine in judicium deferuntur, non sunt magia, sed conatus magiæ.

III.

Qui nomine vel verbo Dei ad malum efficiendum abutitur, & magus est, & blasphemus.

Queritur *Thomasius de Crimine magiæ* §. 11. plerosque, qui de crimine magiæ agunt, definitionem magiæ non præmittere, atque in hoc ipso magnopere peccare. Ipse igitur in §. 12. definitionem amplissimam, ac instituto suo conformem, struit; quam si admittis, pauci & nulli fere erunt magi. At, si vocem magiæ in ea, quam interpretes huc usque adhibuerunt, significatione accipis, latius illa utique patet, & describenda est crimen, quo quis facto dictove aliquid contra naturæ ordinem sine divina auctoritate operatur & efficit. Ex qua definitione apparet, 1) pleraque delicta, quæ magiæ nomine ad judices deferuntur, conatum saltem magiæ esse, non magiam vere ad effectum perductam, 2) miracula, quæ Dei auspiciis & auctoritate patrantur, a magia distingui, 3) eum quoque magiæ sive perfectæ sive attentatæ reum esse, qui, invocato nomine divino vel recitato sacri codicis loco, aliis nocet vel nocere tentat. Quod qui facit, blasphemiæ simul reus est. Exemplum *Calvinus* habet in *Comment. ad Psalmum CIX*, 6: *Detestabile*, inquiens, *sacrilegium est, quod Psalmum hunc monachi profanant, & maxime Franciscani. Res enim minime occulta est, si quis hostem capitalem habeat, quem velit perditum, conducere ex illis nebulonibus aliquem, qui quotidie Psalmum hunc recitet. Imo in regno Galliæ scio primariam quandam fœminam conductitios ex Franciscanis habuisse, qui unigenito filio hac forma imprecarentur.*

IV.

Dantur magia, magi, saga, spectra &c.

V.

V.

Pleraque tamen, quæ circumferuntur, historiæ, fabulæ & præstigiæ sunt.

VI.

Ex iis ridiculæ aliquot referuntur.

Magiam dari, magos esse, haruspices esse, sagas esse, pacta cum diabolo intercedere, artes, quibus modo incomprehensibili, contra naturæ ordinem & leges, hominibus, bestiis, frugibus nocetur, exerceri, tumultus, turbasque in ædibus & passim, ut caussa nulla appareat, excitari, spectra adparere, aliqui hodie non credunt, plerique, quibus incredulitas hæc, magnorum hominum suffragiis fulta, pulchra & decora videtur, se non credere dicunt. Ipse olim juvenis, quum credulos a præceptoribus & commilitonibus, deinde a collegis, derideri animadverterem, ne simplicitatis nota adspergerer, illa omnia negavi; nunc credo, certissime persuasus, atque manibus meis, oculis, fide historiarum, fide actorum, narratione testium omni exceptione majorum, convictus. Nihil eorum, quæ a dissentientibus objiciuntur, ignoro; nullam rerum, quæ per magiam efficiuntur, rationem reddi posse, fateor. Sed hæc tamen me, ut in negantem sententiam relabar, non magis, quam dubia, quæ contra definitionem animæ & harmoniam ejus cum corpore proferuntur, atque ex humana ratione superari non possunt, ut existentiam animæ negem, movent. Multa per naturam quotidie producuntur, quorum veritatem manibus tenemus, caussam tamen non perspicimus, & quæ etiam absurda videntur. Deinde fraudes & præstigias in multis, quæ circumferuntur, historiis inesse, agnosco. Sed idem di-

divinis miraculis accidit. Porro plerosque, qui de crimine magiæ accusati, in equuleum conjecti, damnati & ultimo supplicio adfecti sunt, innocentes periisse, scio. Verum plurimi, sub primis maxime Imperatoribus Romanis, ficto perduellionis & læsæ majestatis crimine perierunt. Atque legem Juliam majestatis propterea tamen non abrogamus. Tandem præcipua eorum, qui homines a fide opinioni communi ac vulgari adjicienda absterrere volunt, ars est, fabulas narrare absurdas, absonas, ridiculas, quæ aliquando illustria collegia, magistratus, philosophos, integras nationes deceperunt, & quas pro veris historiis acceptas creditasque fuisse, nunc sine risu cogitare non possumus. Hoc vetus jam *Luciani* artificium fuit, quem passim, inprimis vero in *Philopseude seu incredulo*, item in *Alexandro seu Pseudomante*, vide. In principio hujus sæculi *Bodinus*, JCtus Hallensis, commentariolum *de Fallacibus indiciis magiæ* scripsit, multasque hujusmodi aniles fabulas, aliquando pro veris habitas, collegit. Adsentit Bodino ac nonnulla de suo addit *Ludovici in notis ad articulum Carolinum* 44. inprimis vero fabellam lepidissimam atque ridiculosissimam aus der Einleitung zum peinlichen *Process cap.* 9. §. 7. repetit. Quibus fabulis ego nunc alias non minus lepidas risuque dignas hic adjiciam. In *tomo XIV. Theatri Europæi ad annum* 1692. *pag.* 420. hæc narrantur: *An dem Königlichen Spanischen Hofe begab sichs, dass einige aus dem Frauenzimmer in den Ermeln der Königin Kleider etwas hartes fühleten, und daher curieux waren zu wissen, was solches doch seyn möchte, œfneten also dieselbe, und funden einige Bleystücken darin mit gewissen Zeichen, welche sie, weil sie dieser Mode unkündig waren, sich einbildeten zauberische Characteren zu seyn:* Be-

Berichteten es also den Inquisitoren, mit dem Beysatz, dass es kein Wunder wäre, dass die Kœnigin nicht Kinder bekäme, angesehen sie bezaubert wäre, geben auch hierbey der Kœnigin Leibschneider an, dass sie diesen darum vor andern in Verdacht hielten, weil die Characteren in der Kœnigin Kleider eingenähet wären gewesen: Dieser ward hierauf bey dem Kopff genommen, und ihm die Characteres vorgeleget, der sich aber bald entschuldiget, dass es Stücken wären, womit die Stoffen und Tücher pflegten gezeichnet zu werden, und dass die Zeichen darauf der Kauff- und Handwercks-Leute wären, von denen sie kämen, welche er zwar vergessen umzuschmeltzen, indessen aber die Mode wäre, dergleichen Bleystücken in den Ermeln einzunähen, umb sie desto geschicklicher niederhängen zu machen: Musten ihn also wieder loss lassen, wiewohl nicht ohne Mühe der Kœnigin, weil die Spanier nicht gerne wolten davor angesehen seyn, dass sie sich so lœcherlich verleiten lassen. In *eodem tomo XIV. ad annum* 1695. *pag.* 815. dissidia inter Helvetios catholicos ac reformatos commemorantur, hæcque inter alias historiola adnectitur: *Und war unter andern, wie sehr man auf das geringste Gerüchte allarmiret gewesen, daraus abzunehmen, daß, wie in dem Monath Augusti in einem Grentz-Dorffe eine Frau wegen Zauberey sollte verbrannt werden, und die Zuseher auff dem Gebürge von den Seiten von Zürch einer Bewegung gewahr wurden, sie so fort sich eingebildet, daß eine Anzahl Völcker von Zürck kämen, einen Einfall in dem Canton von Schweitz zu thun; Nahmen also alle Zuseher, so ungefehr alda verhanden, und der Reformirten Religion zugethan waren, in Arrest, liessen die Glocken lauten, besetzten etliche Posten, und zogen über* 400.

Mann zuſammen, ihren vermeynten Feinden damit entgegen zu gehen: Als ſie aber in vollem Wercke begriffen, ſo wurden ſie gewahr, daß es nicht Menſchen, ſondern lauter Bœcke und ſchwartze Schafe wæren, und daher die Waffen dawider nicht nöthig hætten; ſtellten alſo die Arreſtirte ſo fort auf freyen Fuß, und ward, um dieſes Verſehen etwas zu entſchuldigen, eingewandt, daß die verbrannte Zauberin zur letzten Probe ihre Kunſt ſehen laſſen, und ihnen die Augen verblændet hætte. Non minus ridiculum eſt, quod de iisdem Helvetiis narrat *de S. André*, medicus Pariſienſis, *dans ſes lettres au ſujet de la Magie, des Malefices, & des Sorciers, où il rend raiſon des effets les plus ſurprenans, qu'on attribuë ordinairement aux Demons, & fait voir, que ces Intelligences n'y ont ſouvent aucune part, & que tout ce, qu'on leur impute, qui ne ſe trouve ni dans l'Ancien ni dans le Nouveau Teſtament, ni autoriſé par l'Egliſe, eſt naturel ou ſuppoſé*, ubi mentionem facit *du Sieur Brioche, fameux Joueur de Marionnettes, qui dans une Ville de Suiſſe, où ce jeu n'avoit point encore paru, fut arreté comme Magicien, & penſa etre puni comme tel.* Islandorum gens tota ex magis compoſita communiter creditur. Vulgus eam, quod Juno apud *Virgilium lib.* 1. *Æneid. v.* 84. Æolum:

Nimborumque facit tempeſtatumque potentem.

Nec vulgus ſolum, ſed docti etiam viri, ex quibus *Blefkenius* quidam *in Islandia, ſeu deſcriptione populorum & memorabilium hujus inſulæ, Lugduni Batavorum anno* 1607. edita, inprimis illud ventorum commercium, ſecum ipſo exercitum, ſerio admodum deſcribit. Verum *Arngrimus Jonas*, ipſe Islandus, & epiſcopi Holenſis in Islandia coadjutor, edidit contra *anno* 1612. *Holæ in Islandia Anatomen Blefkenianam*,

quæ-

quæque de Islandorum magia vulgo perhibentur, merum errorem popularem esse dicit, atque inprimis famosum istud ventorum commercium in fraude & fallaciis, nec subtilibus quidem, sed crassis & ridiculis, inniti, ostendit. Ipse Arngrimi liber ad manus nunc non est; dabo tamen, quæ *la Peyrere Relation de l'Islande pag.* 28. ex eo excerpsit:

Blefkenius dit, que les Islandois vendent le vent, & qu'il l'a experimenté. Arngrimus se moque de cela; car il dit: que le matelot Islandois conoît le soir par la disposition de l'air, quel temps & quel vànt il fera le làndemain; & que quand il conjecture qu'il doit faire le vànt, que l'Estranger atand pour partir, il le va trouver, & s'engage de lui vandre ce vànt. Ce quil fait de cete sorte. Il demànde à l'Estranger son mouchoir, dans lequel il fait samblant de murmurer quelques paroles, & noüe promptement le mouchoir comme de peur, que les paroles qu'il a prononcées ne s'envolent. Il lui rànd apres cela le mouchoir noüé, & lui recommande de le garder tel qu'il le reçoit avec grand soin, l'asseurant qu'il aura le vànt bon durant tout son voyage. Or il arrive quelque fois, que ce vànt souffle le làndemain; mais le plus souvent ce mesme vànt change apres que l'Estranger est party, & qu'il est engage en pleine mer. .... Que s'il est arrivé de cent fois une que le vànt ait conduit l'Estranger la, où il devoit aler, cete seule fois autorise l'erreur contre cent autres experiànces contraires. Et l'erreur se respànd par celuy qui dit hautement, parce qu'il le croit ainsi, qu'il a acheté le vànt en Islande, & que ce vànt l'a mené à bon port chez lui. Le meme Blefkenius raconte, qu'il y a des Magiciens en Islande, qui ont le pouvoir d'arrester en pleine mer des vaisseaux, qui vont à pleines voiles; il narre aussi, que ceux, qui sont arrestez, se servent pour contrecharme de certaines sufumigations puantes, dont il fait les descriptions; avec lesquelles, dit-il, ceux qui sont retenus chassent les Demons, qui les retiencnt, & les vaisseaux desenchantez reprenent leur cours.

Ipsi Galli, gens sagacissima, credulitati ridiculæ vivos subinde homines immolarunt. Non dicam nunc de Loudunensi tragœdia, quæ anno 1632. cœpta, anno 1634. com-

busto publice Vrbano Grandierio, sacerdote, peracta, atque in *Tomo XX. du Mercure François pag.* 746. *usque* 780. copiosissime relata, post longum tempus anno 1693. edito Amstelodami libro, cui titulus: *Histoire des diables de Loudun, ou de la possession des Religieuses Urselines;* tanquam fabula refutata, ab aliis tamen defensa atque hucusque in utramque partem disputata est. Recentiorem habet auctor *de l'histoire de la Musique & de ses effets*, Parisiis anno 1715. editæ: *A Aix en Provence, en 1664. un fameux Mathematicien voulut donner une marque de son sçavoir à quelques personnes de consideration de la ville, qui consistoit à faire voir dans sa chambre un squelette, qui joüoit de la guitarre comme une personne vivante, en lui attachant l'instrument au col, & lui placant les doigts sur le manche. Le squelette étoit placé dans le milieu de sa chambre, dont la porte & la fenêtre étoient ouvertes dans un temps fort serain & fort tranquille. Toutes ces choses étant ainsi disposées, le Mathématicien se plaçoit contre la fenêtre, & commençoit à joüer de sa guittarre, montée sur les mêmes cordes que celle du squelette, qui repetoit aussi les mêmes airs, & avec la même justesse, au grand étonnement de toute l'assemblée. Le Mathematicien charmé des applaudissemens de son art pretendu magique, en donna encore d'autres représentations, qui furent vûës de quelques Officiers du Parlement d'Aix, dont ils furent si surpris, qu'ils en firent le rapport à la Chambre de la Tournelle, qui decreta contre le Mathematicien comme Magicien. Son procès fut fait; & il fut condamné par arrêt à être pendu & brûlé dans la place publique avec le squelette, malgré toutes les remontrances, qu'on pût faire pour persuader aux Juges, que ce n'étoit que les effets de l'art mechanique executé suivant les principes des Mathematiques.* Nulli tamen credulitate & superstitione vincunt Polonos hac in parte, si modo vera sunt, quæ de iis *Christianus Henricus Erndtelius in Warsovia physice illustrata cap.* 5. *circa finem* prorsus ridicule narrat, quæque vera esse, vix mihi persuadere possum. Subjiciam exemplum ineptæ credulitatis, sed horrendum magis & crudele,

dele, quam ridiculum, ex *Meieri Annalibus Flandriæ lib.* 16. *ad annum* 1459. *fol.* 326. *Attrebati horrendum quid contigiſſe legimus. Complures fuiſſe inhumaniter igni crematos, qui de nocte occultas coitiones habuere cum diabolo, unde magnam accepere pecuniam. Viri primarii mulieresque complures indiciis crematorum deprehenſi, pars capti & ſaeviſſimis tormentis admoti, alii vi pecuniæ redemti, nonnulli ſolum verterunt, quidam vero adeo in pœnis conſtantes fuere, ut nihil confiterentur. Fuiſſe referuntur quidam ex judicibus adeo deteſtabiles, ut quosdam ſibi inimicos indicari curaverint tanquam conſcios, reis in tormentis ad hoc coactis. Addunt in nocturnis illis conventibus ex omni ordine ſtatuque mortalium viros mulieresque interfuiſſe, eosque ibi diabolum in humanam effigiem transformatum adoraſſe, cujus tamen nunquam videbant faciem. In illius verba mandataque juraſſe. Convivio ab illo parato largiter epulatos, inde extincto omni lumine quemque cum ſibi proxime oblata promiſcue concubuiſſe. Hinc ope diabolica in ſua unde exierant loca reſtitutos.*

VII.

Incredulitas eorum, qui magiam negant, atque effectus ejus vel in dubium vocant, vel ſecundum naturæ ordinem explicant, magis aut æque ridicula eſt, quam credulitas eorum, qui fidem nimis facile habent.

Sunt, fateor, iſtæ, quas in præcedente meditatione retuli, hiſtoriæ aut fabulæ ridiculæ. At, ſi non magis, æque tamen ridicula ſunt, quæ ab oppugnatoribus magiæ pro exſtirpanda communi opinione in medium adferuntur. Plerique eorum non argumentis pugnant, ſed convitiis. Quemcunque communi opinioni favere animadvertunt, eum vel impoſtorem vocant, vel, ſi bonam ejus fidem in dubium vocare nequeunt, ſtultum. Fruſtra illis annales publicos, acta judicialia, ephemerides eruditorum, opponis, fruſtra ad fidem hiſtorici, magiſtratus, medici, provocas. Rident omnia, &, quod Menedemus apud *Terentium Heautontimor. act.* 5. *ſcen.* 1. de Chremete ait, in hunc, qui cum ipſis non ſentit, torquent:

Quæ ſunt dicta in ſtultum: Caudex, Stipes, Aſinus, Plumbeus,
In illum nihil poteſt; nam exſuperat ejus ſtultitia hæc omnia.

Qua responsione nihil profecto est facilius, cui ego hoc solum repono, quod *Moshemius in Institutionibus historiæ christianæ Sæc.*4. *P.* 1. *c.* 1. §. 14. *pag.* 291. miraculum quoddam, ab ipso Ammiano Marcellino, æquissimo & religionis Christianæ experte historico, relatum negantibus replicat: *Actum de omni erit veteri historia, si facta tot fulta testimoniis ideo rejicere licebit, quia minus nobis credibilia videntur.* Ad loca sacri codicis, quæ manifeste iis obstant, & quorum fidem in dubium vocare non audent, sic respondent, ut Origines olim, qui, quum desperaret, omnia, quæ in divinis libris scripta exstant, ab hostium christianæ veritatis & hæreticorum cavillationibus commode vindicari posse, si ex vocabulorum veris notionibus exponerentur, eodem sibi modo sacrum codicem interpretandum esse, decrevit, quo Platonici solebant Deorum historiam explicare. Itaque verbis sibi contrariis, neglecta litera, sensum spiritualem & mysticum adfingunt. Quodsi denique, quæ ipse videris quæque tetigeris, narras, quia te mendacii insimulare nolunt, deceptum fraudibus præstigiatorum contendunt, ac si hanc quoque suspicionem, adductis testibus omni exceptione majoribus prolatisve rerum monumentis, amoliris, tandem rationem naturalem eorum, quæ evenerunt, investigant ac reddunt, magis etiam, quam id ipsum, quod evenit, incomprehensibilem & absurdam. Incredulus ille *de S. André*, cujus literas contra magiam, maleficia & incantatores, Parisiis anno 1725. editas, supra memoravi, exhaustis omnibus contra fidem vulgarium historiarum argumentis, tandem, si vel maxime illæ veræ sint, diabolum tamen ad hunc actum concurrere, negat, & sequenti potius modo rem succedere posse, credit. Spiritus, inquit, qui exhalant ex corpore incantatoris eo tempore, quo nocere homini intendit, a phantasia cir-

circa ideam interimendi hominem & vindictæ cupiditatem occupata, adeo maligni & deleterii evadunt, ut propter turbas in ſanguine, ſpiritibus & humoribus motas & propter actionem ſuam efficacem, quam in partibus, quibus adhærent, nobilibus exerunt, morti tradere queant homines. Exhalationes enim hæ cum effluviis a cera prodeuntibus & ab igne calefactis unitæ ſi ad hominem perveniunt, dolores & cruciatus excitant, plus minus atroces, quo propius adſtat vel remotior eſt homo ab incantatore, quo deteriores ſunt vapores vel benigniores exhalantes, vel quo majori minorive præditus eſt ſenſibilitate æger. Imaginatio etiam ipſius ægri ſæpe multum operatur circa hoc negotium, qui, quando ſemel incantatum ſe eſſe credit, raro hanc deponit opinionem, nec vel validiſſimis remediis curari poteſt. Ex quibus concludit, omnia naturaliter & ſine ope diaboli procedere. Sed magis adhuc ridiculus eſt *Langius*, itidem regis Galliæ medicus & conſiliarius, dans *l'Hiſtoire de la fille maleficiée de Courſon, avec une Diſſertation phyſique ſur ce maléfice, à Liſieux* 1717. Narrat is, puellam, poſtquam cum muliere vicina, maleficiis infami, rixata eſſet, graviter ſtomacho laborare cepiſſe, ac lacertam, pluresque ſubinde erucas vivas, una etiam vice octo & viginti, evomuiſſe, tandem poſt XXII. menſium infirmitatem convaluiſſe, ſed ab eadem femina ter baculo percuſſam, poſt brevem defectionem animi, in febrem incidiſſe, progreſſu autem temporis ex toto ejus corpore & omnibus artubus acus miro modo per cutem prodiiſſe, nec rem ipſam, quippe in oculos & manus incurrentem & a medicis accurate inveſtigatam, negari potuiſſe. Atque tamen Langius, omnia ſecundum naturæ ordinem accidiſſe, contendit. Nempe, ait, malefica illa, miſeræ in terram pro-

ſtra-

stratæ nihilque sententiis os aperuit, atque in id fasciculos aliquot acuum inseruit, qui postea ab insectis quibusdam aeriis per totum corpus vecti exitum sibi passim per cutem aperuerunt. Ne quid auctori huic adfingere videar, dabo ipsa ejus in *Journal des Sçavans mense Mart. anni* 1718. *pag.* 349. *sq.* excerpta verba: *Il recherche les causes de ce, qu'il y a de plus surprenant dans la maladie de cette fille; & c'est certainement la sortie d'un si grand nombre d'épingles & d'aiguilles par tant de differentes parties du corps, sans y avoir causé aucun dérangement considérable. Il pretend, qu'après avoir été avalés par la malade, dans le tems qu'elle tomba en syncope, à l'occasion du mauvais traitement, qu'elle reçût de sa voisine, qui profita (dit-il) de ce moment favorable pour les lui introduire dant la bouche en divers paquets; elles ont été chariées par ces petits insectes äeriens sous la direction de l'Esprit malin, dans tous les detours de la circulation, & cela sans blesser ni veine, ni artere, ni nerf, ni tendon, ni fibre musculeuse ou membraneuse, par l'industrie de ces insectes à entrouvrir à propos les mailles des reseaux les plus fins de tous ces differens organes, à y faire entrer peu à peu les pointes des èpingles, & à refermer si subtilement ces ouvertures, qu'il ne se pût faire aucun épauchement de liqueur.* Aliter adhuc & magis secundum naturam, ut credunt, hanc historiam explicant, & Langium refellunt auctores Vratislavienses der Geschichte der Natur und Kunst von *anno* 1717. *Novemb. class.* 4. *art.* 6. *pag.* 321.

VIII.

Caussa, propter quam hodie judicia contra magos & sagas rarius exercentur, investigatur.

Ex omnibus, quæ contra magiam adferuntur, argumentis omnium mihi fortissimum videtur, quod ab usu fori desumitur. Nempe *Beyerus ad articulum Carolinum* 109. *n. ult. Quæstiones*, ait, *de pacto, concubitu & choreis cum immundis spiritibus institutis, bodie non videntur practicæ, postquam*

quam intra annos proximos viginti quinque, & quod excurrit, earum exempla in collegiis juridicis hujus loci non amplius comparuerunt. Verum hoc eſt, ſed non mirum. JCti, ex quibus hodie collegia juridica conſtant, maximam partem ex ſcholis iſtiusmodi prodierunt, in quibus hiſtoriæ omnes de magis & incantatoribus tanquam fabulæ ineptiſſimæ, & homines, qui fidem iis adjicerent, tanquam cerebro vacui deſcribebantur. Quibus imbuti doctrinis, & ipſi ſtoliditatis notam metuentes, nihil eorum, quæ in contrarium narrantur, credunt, aut credere ſe ſimulant, igitur conſulti a magiſtratibus conſultores ſuos ludibrio habent, atque ſic reſpondent & judicant, ut illos a conſultando impoſterum pudore abſterreant. Exempla vide in *Thomaſii* Juriſtiſchen Händeln, *Part. I. pag.* 192. *ſqq. Part.* 2. *pag.* 300. *ſqq.* item in deſſen gemiſchten Philoſophiſchen und Juriſtiſchen Händeln, *Part. I. pag.* 391. *ſqq.* Stipes ſit oportet judex, qui, poſtquam hæc legit, acta in cauſſa ſortilegii ad collegia ſic ſententia mittit.

IX.

Magicæ artes, etiam in bonum finem adhibitæ, damnantur tamen & puniuntur.

X.

Conſtantini M. & Juſtiniani, qui eas non permittunt ſaltem, ſed & laudant, imprudentia a nonnullis infeliciter excuſatur.

Legem 4. *C. de Maleficis & mathematicis*, qua magicæ artes pro depellendis morbis & avertendis tempeſtatibus permittuntur, imprudenter tam a Conſtantino M. conditam, quam a Juſtiniano codici ſuo inſertam eſſe, cordatiores fatentur. Et certum quidem eſt, legem illam, poſterioribus, nempe *Novella Leonis* 65. in Decreto *cauſſa* 26. *quæſt.*

5. & *articulo Carolino* 109. abrogatam, his, qui artibus ejusmodi quamvis innoxiis utuntur, effugium amplius non præstare. Non possum vero hic, quin notem superstitiosam JCtorum quorundam in Justinianum pietatem, colores undique conquirentium, quibus, dum rem ipsam, bonitatem nempe horum remediorum, tueri non audent, Imperatoribus saltem aliam, quam vere habuerunt, mentem adfingunt, inter quos *Lynckerus in Analectis ad Struvii Syntagma juris civilis lib.* 48. *tit.* 8. §. 63. & *in Emendat. hujus loci pag.* 57. legem hanc a Tabore infeliciter de omnimoda impunitate exponi ait, ipseque Constantinum eos, qui artes tales exercent, non ab omni pœna, sed saltem a gradu pœnæ severissimo, excusare putat. Infelicius longe. Captat nempe vocem: *severissimis;* in principio legis positam, nec animadvertit verba sequentia: *nullis criminationibus implicanda sunt;* item: *innocenter;* necnon: *proficerent actus, ne divina munera & labores hominum sternerentur;* quibus verbis elogium harum artium continetur, atque adeo pœna nulla reservatur. Ceterum doctissimum in *h. L.* 4. commentarium scripsit *Jac. Gothofredus in notis ad L.* 3. *C. Th. de Maleficis & mathematicis*, qui, si ea addis, quæ *du Fresne in Glossario mediæ & infimæ latinitatis*, art. *Ligaturæ, alligaturæ, suballigaturæ* habet, perfectior erit.

XI.

Prædictiones mathematicorum, astrologorum & aruspicum, etiam, quibus eventus non respondent, veræ esse possunt.

XII.

Contra ea, quibus eventus respondet, nonnunquam sunt falsa.

XIII.

Sive tamen veræ sint, sive falsæ, nocent magis publico, quam prosunt, atque adeo, si quid in iis illiciti occurrit, puniuntur.

Pa-

Paradoxa sunt, sed vera tamen, quæ in principio posui: veras esse posse mathematicorum prædictiones, etsi eventus iis non respondeat, & contra falsas, quibus eventus respondet. Testem prioris theseos adduco *Jo. Baptistam Morinum*, Ludovici XIII. & XIV. Galliarum regum, medicum, mathematicum & astrologum celeberrimum, qui, sicut refertur in *Vita ejus, pag.* 13. *n.* 61. verissimis suis vaticiniis non solum amplissimam mercedem, sed & hoc consequutus est, ut, quemadmodum olim uni Apelli Alexandrum in tabula pingere concessum fuit, soli quoque Morino regalem horoscopum intueri ac examinare liceret, alii vero astrologi, qui non jussi in annos principis inquisissent, ad remos amandarentur. Is Morinus prædixerat & publicis scriptis evulgaverat, Gassendum, philosophum notissimum, mortali morbo laboraturum, & vim morbi extremam, ex qua deberet ejus mors consequi, futuram in Julii Augustique confinio anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi. Verum Gassendus hoc tempore non solum non est mortuus, sed nec morbo quidem tentatus, quin etiam, licet infirmissima valetudine alias uteretur, tunc melius se habuit atque postea firmior visus est. Consurrexerunt ergo in Morinum omnes, quos habebat, adversarii & mendacium ei exprobrarunt. Nec tamen erubuit *Morinus*, sed, edita *defensione dissertationis suæ de Atomis & vacuo*, illud de Gassendo vaticinium *pag.* 114. *sqq.* strenue defendit, vulgatum illud: *sapiens dominabitur astris;* ad Gassendum applicuit, ostenditque, Gassendum, de morte sibi ex siderum positu imminente monitum, hanc salutaribus cautionibus, rigidissima diæta, moderatis corporis exercitiis, commutatione aëris, denique supplicationibus ad Deum, exemplo Hiskiæ regis, qui mortem sibi a Jesaia prædictam 2 *Regum XX*, 5. deprecatus fuerat,

avertisse. *His ergo*, pergit *Morinus pag.* 119. *omnibus supernaturaliter liberatis, nunquid astrologus, mortem eo tempore prædicens ex caussis naturalibus, pro falso propheta erit habendus? Certe non magis, quam Jonas, qui ex ipsius Dei verbo Ninivitis & urbis & hominum universalem prædixit subversionem; quæ tamen non est subsecuta, quod insigni pœnitentia a rege ad minimum pecus sibi præcaverint adversus iram Dei, qui illorum misertus est.* Sed quidquid sit, ista astrologorum, haruspicum & mathematicorum, vaticinia sæpius fallunt, atque adeo raro prosunt, sed nocent magis; atque exstant funestissima damnorum, quæ veræ etiam prædictiones attulerunt, exempla. Inprimis, quam sint istiusmodi vaticinia noxia, ostendit *Bernerius* in libro, quem contra Morinum, sub titulo *Anatomia ridiculi muris*, scripsit, ubi inter alia *pag.* 133. *sqq.* hæc habet: *Fieri nihil posse impudentius, quam mortem homini viventi publico scripto prædicere, esse nihil virga censoria publicique cognitoris animadversione dignius, quam captandæ mortis occasionem ingerere, quam oculos omnium in unum, quasi in commune aliquod spectaculum, convertere; quam illi, si credulus fuerit, uti nemo fere non est, caussam mortis objicere; cum constet multos, ex solo mortis hoc modo prænunciatæ metu, morbum mortemque contraxisse. Ecquæ est certe vindictæ species adversus credulum inimicum major, quam ut illi prædicatur ab astrologo futurum, ut tali tempore moriatur, aut in gravi mortis periculo sit; cum exinde nihil fieri possit illius animo ærumnosius, nihil, quod, ob caussam jam dictam, possit illi magis & morbum & mortem inducere.* Patet ex his veritas alterius, quam supra posui, theseos; vaticinia nempe, etiam quæ implentur, nonnunquam falsa esse, si nempe id, quod prænunciatum, casu ita contingat. Sed sunt & alii infausti hujusmodi prædictionum effectus. Narrat idem *Bernerius pag.* 108. adolescentem nobilem, cui Morinus perpetuam in armis felicitatem, & sempiternam maxime in singularibus certaminibus victoriam ab astris promiserat, confidentia elatum rixas semper & pugnas movisse,

viſſe, tandem vero in una earum occubuiſſe. Nunquam forte terror major & univerſalior Europam noſtram invaſit, damnaque graviora dedit, quam anno 1524. Narrabo rem verbis *Naudæi in Judicio de Auguſtino Nipho*, pag. 46. ſq. *Non vulgarium ephemeridum conſarcinatores duntaxat, ſed ex aſtronomis peritiores multi ſupremam ex imaginaria quadam eluvione cunctis mortalibus perniciem impendere contendebant; adeoque rumoribus iſtis vulgarium hominum animos perterruerant, ut metus etiam ad ſapientiores pervenerit. Nam Petrus Cirvellus, Hiſpanorum omnium ſui temporis doctiſſimus, cum theologiæ in almo Complutenſi gymnaſio Lectoris munere fungeretur, & vero multos, ut ipſemet inquit, fluviis, vel mari finitimos populos, jam ſtupido metu perculſos, domicilia ac ſedes mutare vidiſſet, ac prædia, ſupellectilem, bonaque omnia, contra juſtum valorem ſub auctione diſtrahere, ac alia loca vel altitudine, vel ſiccitate magis ſecura requirere, ſui officii eſſe putavit, in publica illa conſternatione, quam de nihilo excitari perſuaſum non habebat, conſilium vernaculo ac materno idiomate conſcribere, ut paſſim ab omnibus legeretur, quo ſingulis modum præſcriberet, impendentis ejusmodi calamitatis præcavendæ, atque adeo ita rebus ſuis conſulendi, ut minimum ab illa damnum reciperent.* Eventum vero vaticinii hujus ridiculum verbis *Gaſſendi Phyſicæ ſect.* 2. *lib.* 6. *Oper. tom.* 1. *pag.* 729. *col.* 1. referam: *Memorabile certe eſt, quod in hiſtoriis, ac omnibus pene ſuperioris ſæculi libris legitur; cum aſtrologi ob plures conjunctiones magnas, & nonnullas mediocres in aqueis ſignis celebrandas, prædixiſſent menſe Februario MDXXIV. fore diluvium generale, ac ſtragem tantam, quanta fuiſſet ante id tempus inaudita; adeo ut non pauci, conſternatis per Galliam, Hiſpaniam, Italiam, Germaniamque animis, apparaſſent navigia, aut comportatis farinis, aliisque rebus neceſſariis, petiiſſent loca editiora; contigiſſe tamen, ut totus Februarius ſereniſſimus, pulcerrimusque exſtiterit; plane, ut, ſi opera data comparatus fuiſſet vaticiniis aſtrologorum refellendis, cum ſit alioquin inſolitum, abire Februarium impluvium, quod ne ipſis quidem Cardano, & Origano diſſimulare licuit; dolentibus, illud de futuro diluvio judicium fuiſſe non ſine aſtrologiæ infamia a Stœflero prolatum.* Exſtant etiam exempla ſeditio-

num & in vitam principis conſpirationum, quas prædictiones hujusmodi pepererunt. Nullum funeſtius eſt eo, quod in Hadriano Corneto, Cardinali, contigit. Is ex fatidica muliere audiverat, Leoni X. pontifici maximo tunc regnanti, ſucceſſurum Hadrianum quendam, humili loco natum, ſed doctrina illuſtrem. Hoc oraculo, quod deinde in Hadriano Trajectenſi, Caroli V. præceptore, impletum eſt, Cornetus noſter, vir ſuo tempore doctiſſimus, & ſtyli latini purioris reſtitutor, ſe deſignari ratus, ut citius tantam felicitatem adipiſceretur, cum Alfonſo Petruccio, collega, aliisque, adverſus Leonem X. conjuravit, ſed, re patefacta, noctu clam fugam arripuit, neque, quo abierit, neque ubi ſit, quispiam potuit explorare. Conſtans tamen opinio eſt, eum inſuto in interiorem thoracem auro oneratum comitis famuli perfidia oppreſſum, auroque ſurrepto cadaver in ſolitarium aliquem locum abjectum occultari. Quæ dum *Baylius in Dictionaire hiſtorique & critique*, art. *Hadrien Cardinal* ex *Varillaſii Anecdotes de Florence pag.* 276. *Jovii Vita Leonis X. lib.* 4. & *Petro Valeriano de Literat. infelicit.* narrat, *in nota D.* adpoſite ſubjicit: *Diſons hardiment, qu'il n'y a point de plus grandes peſtes du genre humain, que ceux, qui ſe melent de predire l'avenir; car ils ne trouvent que trop d'eſprits foibles ou remuans, qu'ils engagent à des entrepriſes funeſtes. Un Etat bien policé ne devroit point ſouffrir de telles gens, de quelque maniere qu'ils ſe vantaſſent d'avoir conſulté le Ciel, ſoit par les etoiles, ſoit par l'Apocalypſe. La plupart ſont des impoſteurs, qui n'ont pour but, que de troubler le repos public.* Quæ quum ita ſint, nequeo prorſus improbare generales Diocletiani & Conſtantii Imperatorum contra mathematicorum divinationes

tiones & vaticinia ſanctiones in *L.* 2. *&* 5. *C. de Maleficis*, ubi omnis divinandi curioſitas perpetuo ſilere jubetur. Jam olim *Jeremias* propheta *cap.* 10. *v.* 5: *Nolite*, inquit, *ſignis cœli, quibus gentes terrentur, terreri.* Equidem mathematicorum ars illuſtris eſt, atque a principibus viris colitur, neque ipſa per ſe a quopiam cordato damnabitur. Quin hodie etiam, quæ in jure Juſtinianeo damnatæ fuerunt, conjecturæ mathematicorum de tempeſtatibus, de vita & fatis hominum ex ſideribus, ex oris & manuum lineamentis, tolerantur. Tolerantur, inquam, etſi ab his ipſis, qui ſolidiorem matheſin profitentur, flocci fiant. Narravit mihi vir illuſtris, Waltherum, matheſeos primum, deinde theologiæ in hac academia profeſſorem, cujus memoria nunquam intermorietur, aliquando diſciplinas mathematicas omnes, curſum vulgo vocant, ordine tradidiſſe, atque ultimo loco chiromantiam explicuiſſe, ſed poſtremas has ſcholas brevi hac oratione inchoaſſe: Venio tandem ad chiromantiam, bonos ſcilicet comœdos imitaturus, qui poſt egregios graveſque actus ultima ſcena ridiculos mimos producunt. Caveant modo fatidici, ne terriculamentis populum concitent ac in conſternationem conjiciant, ne quid, quod publico nocere poſſit, prædicant, ne in vitam principum & purpuratorum, ne in fata reipublicæ, inquirant. Qui hoc faciunt, merito puniuntur. Hoc jam ante Juſtinianum apud Romanos vetitum fuit. *Julius Paulus Recept. ſent. lib.* 5. *tit.* 21. hæc habet: *Qui de ſalute principis, vel ſumma reipub. mathematicos, ariolos, aruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo, qui reſponderit, capite punitur*; & apud *Ammianum Marcellinum lib.* 29: *Valens imperator ſub uno proloquio juſſit occidi omnes, qui de ſuo ſucceſſore ſpiritus conſuluerunt, nec modo, qui conſuluerant, ſed omnes, qui* *ali-*

aliquid ea de re inaudierant, nec ad ſe detulerant. Dixi ſupra, Ludovicum XIII. Galliarum regem, aſtrologos, quod minime juſſi in ipſius annos inquiſiſſent, ad remum amandaſſe. Simile quid narrant auctor *des Nouvelles de la Republique des lettres, mois de Juin* 1686. *pag.* 633:

Le Medicin Du Val fut envoyé aux galeres, parce qu' on trouva dans ſon cabinet un papier, où il avoit predit, que Louis XIII. mourroit avant la canicule de l' an 1631. & auctor *du Mercure François tomo* 3. *pag.* 304. *Noel Leon Morgard, Maiſtre faiſeur d' Almanachs .... aſſeuroit dans ſon Almanach de l' année* 1614. *que l' Eſtat de la France changeroit; attaquoit la perſonne du Roy; & marquoit le temps, le mois, & les quartiers, où il parloit de pluſieurs grands Princes, qu' il denotoit, ne transportant ſeulement que les lettres de leur nom. Cet Almanach eſtant en vente au premier jour de l' an, fut recherché outre l' ordinaire par des curieux, qui aſſeuroient, que c' eſtoit une prophetie: Et ce, qui luy donna vogue, fut, que Morgard ayant mis au premier quartier de Janvier, qu' un Martial jouëroit un mauvais tour à ſon fils, il advint qu' un homme d' aage du fauxbourg S. Germain, & qui avoit eſté autresfois ſoldat, tua ſon fils, penſant tuër une femme qu' il entretenoit. Le murmure donc, que ces nauvelles predictions apportoient entre le peuple, eſtant parvenu jusques à leurs Majeſtez & aux Conſeil, Morgard ſe veid le huictieſme de Janvier mis dans la Baſtille par des Archers du Grand Prevoſt: neuf jours aprés amené à la Conciergerie: le dernier de Janvier par arreſt de la Cour condamné neuf ans aux Galeres: Et le neufieſme Fevri attaché à la cheſne, pour etre émmené à Marſeille, où il y ſert le Roy à tirer la rame.*

XIV.

Supplicium ignis, quod jura Germanica in maleficos ſtatuunt, his legibus antiquius eſt longe, & cum ipſa chriſtiana religione ad Francos & Saxones pervenit.

XV.

Exempla tamen ſaculo ſexto anteriora non reperimus.

XVI.

Sed in his ipsis antiquissimis exemplis innocentes fuisse punitos verisimile est.

Supplicium ignis, quo Germanica jura, *Speculum* nempe *Sax. lib.* 2. *art.* 13. *articulus Carolinus* 109. & *Constit. El. Sax.* 2. *P.* 4. maleficos puniunt, quo sæculo statutum & introductum fuerit, certo non constat. Novimus saltem, antiquius esse Speculo Saxonico. Jam tum in Annalibus antiquis Corbejæ Saxonicæ ad annum 914. hæc habentur: *Multæ sagæ combustæ sunt in territorio nostro.* Ad quem locum *Leibnitius in Introductione in tomum II. Scriptorum Brunsvicensia illustrantium pag.* 27. sic commentatur: *Sagas jam anno* 915. *in territorio Corbejensium combustas, in hoc eodem Chronico notari miror; neque enim alias observo, tam vetustum fuisse morem crudelis credulitatis.* Atqui vero mos hic aliquot sæculis vetustior est. Nihil dicam de *legibus* 3. & 6. *C. de Maleficis & mathemat.* quarum interpretatio adhuc controversa est. Franci certe jam in sæculo VI. maleficos cremarunt. Exempla bina vide apud *Gregorium Turonensem, lib.* 5. *cap.* 40. & *lib.* 6. *cap.* 35. Equidem *Daniel in historia Franciæ, tom. I. pag.* 178. vocem: *maleficiis;* quæ in priore loco reperitur, de venenis interpretatur. Sed ex altero loco, ubi *maleficiis & incantationibus* conjunguntur, per maleficia magicas artes intelligi, apparet. Videntur itaque Saxones morem cremandi maleficos a Francis cum christiana religione accepisse. Ipsi vero Franci unde eum hauserint, latet. Saltem, priusquam Christianos se fecerunt, illum ignorasse videntur. Nam *lex Salica,* quæ apud Francos nondum christianos viguit, *tit.* 22. maleficis saltem pecuniariam pœnam imponit. Quidquid sit, antiquiora hominum propter magiam crematorum exempla non reperimus,

mus. Et in his ipsis antiquissimis exemplis mulieres omnes, quæ crematæ fuerunt, innocentes periisse, verisimile est; quod nec ipse dissimulat *Gregorius*, sed in *lib.* 6. *cap.* 35. dum, illas inter tormenta & verbera, se filium reginæ pro Mummoli præfecti vita donasse, fassas fuisse, narrat, ingenue addit: *quod nulla ratione credi patior*. Et profecto, qui ambas historias attentius considerat, luce clarius videt, filios regios morte naturali, ex dysenteria nempe, quæ teste eodem *Gregorio lib.* 5. *cap.* 34. totam Galliam pervagabatur, obiisse, reginam vero, ut inimicos odio suo sacrificaret, his mortem imputasse, atque magiam & incantationes, muliercularum quarundam ministerio adhibitas, adfinxisse, mulierculas quoque repetitis tormentis, ut id faterentur, coëgisse, ac deinde, quamvis illæ confessionem dolore extortam revocarent, ignis supplicio adfecisse.

XVII.

Magia potest esse legitima rei defensio.

Joanna, regina Neapolitana, adulterii & parricidii, in Andrea, Hungariæ regis filio, marito suo, commissi, nec non festinatarum secundarum nuptiarum rea, ut culpam amoliretur, fascinationem prætexuit, atque propter hanc excusationem a curia Romana, in qua caussam dixit, absoluta est. Rem sic narrat *Henr. Spondanus*, annalista, *ad annum* 1351. *n.* 1. *pag.* 509: *Quum, remissa ex pacto causa Joannæ Reginæ ad Judicium Sedis Apostolicæ, ægre inveniretur modus asserendæ ejus innocentiæ, nec tamen justum videretur, famam ejus diutius in dubium relinquere; demum admissa est ejus excusatio de maleficio seu fascinatione, cujus vi fragilis ejus natura coacta fuisset minus amare virum quam deceret, indeque alii conspirare in eum ausi essent: productisque pluribus ejus rei testibus, declarata est a benevolis judicibus innocens eorum omnium, quæ ex ejusmodi fascinatione secuta essent.* Aliud illustre exemplum,

plum, defensionis a magia desumtæ, ac pœnæ adulterii propterea mitigatæ, ex *Mullero* in den *Annalibus* des Hauses Sachsen *ad annum* 1593. *pag*. 212. *sq*. relatum est in *Specim*. 579. *de Jure conjugis in bona conjugis adulterantis, medit*. 6.

XVIII.

Incantatio frugum, frequens inter Romanos crimen, hodie ignoratur.

Susurrorum magicorum olim præcipua, atque in legibus XII. tabularum singulariter notata, species fuit incantatio frugum, quam nimis acerbo sale perfricat *Gravina in Specimine prisci juris pag*. 53: *Sequitur*, inquiens, *frugum incantatio. Cum enim veteres illi, omnium bonarum artium & disciplinarum rudes, putarent fruges carminibus magicis vel averti posse vel traduci, ut enim Tibullus ait, Carmen vicinis fruges traducit ab agris, ideo Decemviri pro sua puerili ac ridicula superstitione sanxerunt, ut, qui fruges excantassit, sive carminibus magicis crescere probibuerit, aut segetem alienam pellexerit, Cereri sacer esset.* Hodie hoc genus delicti ignoratur, quo tamen apud Romanos fora perstrepebant. Vide exempla apud *Plinium Nat. hist. lib*. 14. *cap*. 4. maxime autem memorabile in *lib*. 18. *cap*. 6. Scilicet *C. Turius Ctesinus e servitute liberatus, quum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, quum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit familiam validam, atque, ut ait Piso, bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos. Postea dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque, & sudores. Omnium sententiis absolutus itaque est.* Quem locum

cum Plinii mirifice ad Jesuitas, magiæ propter singularem eruditionem insimulatos, adplicatum refert *Bayle in Dictionaire historique & critique, art. Usserius, lit. B.*

XIX.

Adversus magicas artes remediis vulgaribus, nulla ratione fultis, quin & ridiculis, dummodo non impiis, uti licet.

Præcipiuntur vulgo pro avertendis ac depellendis magicis artibus remedia, quorum ratio ex natura rerum reddi nequit, quæque absurda & ridicula videri poterant, sed tamen nihil impii continent, & cum fructu adhibentur. Possitne iis vir pius atque cordatus uti, sæpe quæsitum, atque ea quæstio in collegio JCtorum Helmstadiensium mense Februario anni cIↃ IↃ CCXIV. acriter disputata est. Damnarat hoc collegium furem improbissimum & rapinæ fere convictum, sed fateri detrectantem, ad equuleum; cui ille injectus nullum ediderat sensus signum, ac tandem placide obdormiverat. Delusus sic judex remittit acta Helmstadium, &, quid porro factu opus, quærit. Consulti diu, quale consilium dandum esset, dubitavimus. Equidem res non nova erat, sed sæpe ante contigerat, & adhuc hodie nonnunquam contingit. Narrat *Schurigius in Spermatologia cap.* 7. *pag.* 327. facinorosum quendam pilulas ex semine virili & stercore suo factas ante quæstionem deglutiisse, atque deinde tormentis in maximo, quem vocant, gradu aliquoties subjectum nihil tamen fassum esse. Legeramus etiam varia, quæ *Damhouderus in Praxi rerum crim. cap.* 37. §. 21. *&* 22. *Carpzovius Quæst. crim.* 125. *n.* 68. *&* 69. *Brunnemannus de Inquisitionis processu c.* 8. *memb.* 5. *n.* 70. & alii suggerunt remedia, ex quibus innocentissimum videbatur ratura crinium per totum corpus. Sed intercedebat unus

ex collegiis, ac monebat, tale consilium, quod in recta ratione nullatenus innitatur, anilem superstitionem sapere, atque pietati & prudentiæ contrarium futurum. At enimvero multa sunt in usu, quorum ratio nulla apparet, quæ tamen felicem successum habere, quotidiana experientia docet. Nemo medicos superstitionis insimulaverit, medicamentis subinde utentes, quorum virtutem a majoribus didicerunt, ipsi vero argumentis & rationibus fulcire nequeunt. Quamobrem sic respondimus: Daß Inquisit zuförderst durch Abnehmung der Haare und andere zuläßige Mittel, welche die Scharf-Richter angeben werden, zur Empfindlichkeit zu bringen, nachgehends die Tortur auf die in vorigen Urtheln vorgeschriebene Art an ihm wieder von neuen anzufangen und zu vollstrecken sey. V. R. W. Rat. Dec. Es ist nicht ungewöhnlich, daß diejenige, welche auf die Folter gespannet werden, durch allerhand gottlose Zauber-Mittel ihren Leib wider alle Schmertzen feste machen, und sich wol gar in einen tiefen Schlaf bringen; gestalt hiervon ein sehr merckwürdiges Exempel bey dem *Damhoudero in Praxi rerum criminalium cap.* 37. §. 21. *&* 22. gefunden wird. Weil nun gegenwärtigen Inquisitens Haut bey Anlegung der Schnüre wie ein Brett befunden worden, dergestalt, daß die Schnüre in selbige nicht einschneiden wollen, er auch währender Tortur in einen heftigen Schlaf verfallen, so ist wol nicht zu zweifeln, daß er solche Unempfindlichkeit ihm durch übernatürliche Zauber-Mittel verursachet. Diesem nach ist nöthig, daß zuförderst diese Unempfindlichkeit durch Haare abschneiden, welches *Damhouder l. c.* ingleichen andere Mittel, die *Carpzovius Quæst. crim.* 125. *n.* 68. *&* 69. vorschläget, und die den Scharf-Richtern am besten bekannt seynd, aufgelöset, und Inquisit von neuen mit der völligen Tortur, wie soche in letzterem

rem Urthel vorgeschrieben, beleget werde, weil er das wenige, was er bereits ausgestanden, vermuthlich nicht gefühlet, und nur, den Richter zu hintergehen, über Schmertzen geschrien. Den Grad aber der Tortur vor dieses mal wieder zu schärfen, seynd wir annoch angestanden. Et successit res feliciter. Reus enim, postquam rasus fuit, ad equuleum ductus, totius criminis seriem confestim exposuit, atque ad rotam damnatus, supplicium repetita confessione subiit. Quod ante de medicis dixi, notabili exemplo Hannemannus, professor & medicus Chiloniensis, firmat, qui hæc in *Ephemeridibus medico-physicis Decuria II. anno VIII. observat.* 117. narrat: *Hisce diebus ad me invisit vir quidam, magni nominis, & famæ inclytæ, de quodam affectu consulens. Scilicet duxerat paucis ante diebus virginem in conjugem, qua cum coire vellet, experitur se impotentem, ac ad ista Veneris sacra Aphrodisiaca celebranda ineptum: metuit ergo sibi, ne vel fascino, vel ligatura aliqua talis ineptitudo sibi sit illata. Dedi ipsi consilium, quod apud Mizaldum aliosque legitur, per annulum pronubum sponsæ urinam repetitis vicibus redderet. Dicto facto, consilioque meo parens, paulo post rediit hilarior quam ante, aitque: illud remedii genus ipsi belle successisse, sibique virilitatem jam plene esse redditam.* Non equidem ignoro, quæ contra hoc remedium Hannæus, medicus Danus, in *Scholio subjecto*, quæ *Bodinus in Dæmonemania lib.* 3. *cap.* 5. quæ Tenzelius in den Monathlichen Unterredungen *mensis Maji* 1691. aliique disputant. Quibus ego id unice respondebo, quod servuli Nahamanis hero suo, simplicem lavationem pro remedio dirissimi morbi ab Elisa præcipi indignanti, 2 *Regum V,* 13. respondent: *Si propheta tibi rem magnam præcepisset, domine, annon facturus fuisses? quanto igitur magis, quum edicit tibi: lava te, & mundus esto.*

SPE-

SPECIMEN DCIX.
AD LIB. XLVIII. TIT. VIII.
DE
VENEFICIO
MENSE FEBR. ANNI MDCCXXXIX.
PUBLICE DEFENSUM
A
CHRISTOPH. AUGUST. FREYBERG
BUD. LUSAT.

I.

Ad corpus delicti in veneficio, ut venenum in cadavere reperiatur, non est absolute necessarium;

II.

Sed admittuntur etiam luculenta propinati veneni signa.

III.

Quia tamen corrupti in corpore humores, ira, ceteri adfectus, lumbrici, mytili, folia laurocerasi &c. saepe eosdem cum veneno effectus habent,

IV.

Sola ista signa non sufficiunt, sed praeterea 2) ut reus venenum emerit vel habuerit,

V.

Et 3) de odio ejus in defunctum, vel utilitate, quam ex morte ejus speravit, constare debet.

Difficultates, quae corpus delicti in plerisque criminibus circumstant, nullibi fere, quam in veneficio, sunt graviores, ut adeo, si certitudinem nimis scru-

pu-

pulose exigis, plerique venefici atrocissimum maleficium suum impune sint laturi. Verumtamen & nimia credulitas periculosa est, ac innocentissimum quemlibet tormentis & supplicio subdere potest. Venenum ipsum raro in cadavere reperitur. Itaque plerumque ex signis & conjecturis judicari oportet. Hæc vero fallere possunt. Nam secundum Sennertum *Lib*. 2. *l. M. part*. 2. *cap*. 12. *æque cito interimuntur homines ab humoribus, qui generantur in corpore nostro, atque illi, qui necantur a veneno lethali. Sicut enim venena assumta gravia symptomata afferunt, dolores, lypothymias, dementias, & infinita alia; sic quoque humores pravi in corpore nostro geniti (i. e. insigniter putridi, peculiariter corrupti, vel alia quavis maligna, vel occulta qualitate præditi) & similia, imo majora his, inducunt.* Deinde medici Hallenses apud Alberti in *Jurisprudentia medica tom*. 1. *Part. poster. pag*. 189. gravem iram eosdem sæpe cum propinato veneno effectus habere, observant. Idem luculentius adhuc Jo. Lindestolpe in *libro de Venenis*, quem hoc ipso anno Christianus Gottfr. Stentzel, medicus & doctus, & elegans, de suo mirifice auctum & ornatum edidit, *toto capite XI. pag*. 618. *seqq*. ostendit, & ad ceteros quoque affectus, allatis exemplis & testimoniis plurimis, extendit. Porro esus mytilorum, der Muscheln, subinde eadem symptomata, quæ venenum præsentissimum, excitat, quod ego ter quaterve in necessariis meis & familiaribus præsens non sine horrore vidi, ut adeo in memorabili illo exemplo, quod *Ammannus in Irenico Numæ Pompilii cum Hippocrate pag*. 191. *sqq*. habet, mortis caussam mytilorum esui simpliciter adscribam. Et sunt sine dubio multæ aliæ res, quarum naturam nondum satis exploravimus, quasque pro innoxiis communiter reputamus, sed quæ tamen veneni vim habent. In qua opinione me maxime confirmat *Vaterus noster*, illustris medicus,

dicus, & magno patre major filius, qui folia laurocerasi, hucusque inter delicias relata, hominibus brutisque mortem adferre, congestis plurimis tam suis, quam aliorum celebrium medicorum, inprimis Anglorum, experimentis, docuit in *dissert. de Laurocerasi indole venenata, exemplis hominum & brutorum, ejus aqua enecatorum, confirmata.* Quid ergo faciendum in hac incertitudine? Optimum est consilium *Bohnii in Officio medici, pag.* 652: *Si*, inquientis, *externa indicia veneni dati, odium subdolum & veneni emtio concurrunt, & cuncta veneni ab extra admissi signa aut plura horum conspirant, hæc evidentem & certam notitiam veneni dati conciliare possunt.* Saltem, quod de odio subdoli dicit, suppleri oportet ex *articulo Carolino* 25. *n.* 5: **Soll man in Beschädigungen oder in Verletzungen wahrnehmen, ob die verdachte Person aus Neid, Feindschafft, vorgehender Drohung oder Gewartung einigen Nutzes zu der gedachten Missethat Ursach nehmen möchte.** Adde articulum 37. In plerisque veneficiis, de quorum pœna collegia nostra consuluntur, veneficus nullas quidem cum defuncto simultates exercuit, sed tamen insignem ex morte ejus utilitatem speravit. Nec pecuniarium emolumentum requiro. Sufficit qualecunque. Recordor, uxorem juvenculam vetulo marito suo, qui totas noctes aversus jacebat, venenum propinasse, ut adolescentem robustum in locum ejus surrogaret. Et JCti Helmstadienses mense Januario anni cIↃ IↃ CCXIX. puellam, quæ, se defunctæ sororis suæ maritum, ex prædio communi, cujus partem ille per pacta dotalia retinebat, amotura, veneno necasse, sponte fatebatur, quamvis nullum veneni vestigium in cadavere reperiretur, tamen ob signa veneni manifesta ad ordinariam pœnam da-

damnarunt: Würde Inquisitin, Catharina Elisabeth Barssin, bey ihrem gethanen freywilligen Bekänntnisse, daß sie ihrem verstorbenen Schwager, Christoph Barthelsen, in einer kalten Schaale Fliegenstein, in der Meynung, selbigen dadurch um das Leben zu bringen, beygebracht, nochmalen vor öffentlich gehegtem peinlichen Halß-Gerichte verharren, so wird sie, nach Inhalt Kayser Carls des V. peinlicher Halß-Gerichts-Ordnung, mit dem Wasser vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W. Rat. Dec. Es hat die Inquisitin, Catharina Elisabeth, freywillig gestanden, daß sie ihrer verstorbenen Schwester hinterlassenem Ehe-Manne, Christoph Barthelsen, Fliegenstein, im Sinn und Meynung, ihn um das Leben zu bringen, vermittelst einer kalten Schaale beygebracht, immassen denn derselbe einige Tage darauf verstorben. Nun möchte zwar zu ihrer Defension angeführet werden, daß 1) der Medicus bey der Eröfnung in dem entseelten Cörper keinen Gift oder Fliegenstein, sondern nur Pulver von einer zerstossenen schwartzen Tobacks-Pfeife, gefunden, und es demnach an einem richtigen Corpore delicti fehle, ohne welchem doch, nach *Harprechts Consil.* 19. *n.* 33. Meynung, die Todes-Strafe, ungeachtet des Delinquenten Bekänntniß vorhanden, keine statt findet, daß 2) nach des Land-Medici Vermuthung der Verstorbene, wenn er beyzeiten verständige Medicos consuliret und rechtschaffene Artzneyen bekommen hätte, annoch gerettet werden können, daß 3) derselbe währender Unpäßlichkeit sich nicht recht in Acht genommen, und so gar einen Spatziergang nach Ahlden gethan; Es gewinnet also das Ansehen, ob müsse Inquisitin mit der ordentlichen auf die Vergifter gesetzten Strafe verschonet, und nur mit einer ausserordentlichen beleget werden. Alldieweil aber 1) zum Corpore delicti in veneficiis nicht eben erfodert wird, daß das

das Gift sich noch würcklich im Magen finde, sondern genug ist, daß die Effectus des beygebrachten Giftes in dem Cörper erscheinen, immassen eine bewährte Medicinische Facultät apud *Ammannum in Medicina critica, casu* 60. in einem dem unserigen fast gleichen casu, bey welchem jedoch noch wenigere und geringere Anzeigungen des Gifts sich gefunden, respondiret, und denn die gleich nach Geniessung der kalten Schaale entstandene Bauch-Schmertzen, das heftige Erbrechen, der blaue tumor am rechten Backen, das blau angelaufene Scrotum, der zum Zeichen einer aus dem Gifte entsprungenen Epilepsie für dem Munde gestandene Schaum, die Inflammation des Magens ꝛc. nach dem Urthel zweyer Medicorum hinlängliche Merckmaale der vorhergegangenen Vergiftung seynd, hiernächst 2) die Vermuthung, daß der Verstorbene noch gerettet werden können, sehr ungewiß ist, und die Thäterin, welche animum occidendi gehabt, und sich eines an sich tödtlichen Giftes gebrauchet, von der ordentlichen Strafe nicht befreyen mag, indem sonst ein jeder Vergifter diese Entschuldigung, daß die Kraft des Giftes sofort durch gehörige Artzneyen gebrochen werden können, vor sich haben würde, vide *Bergeri Electa Jurisprud. crim. p.* 280. ferner 3) nicht abzusehen, was der Spatzier-Gang nach Ahlden dem Patienten sonderlich schaden können, dann 4) Inquisitin ihres eigenen Vortheils halber, wie sie aussaget, daß sie nemlich was aus dem Hause bekommen möchte, die That verrichtet; So haben wir ihr die in dem 130. **Artickel der Peinligen Halß-Gerichts-Ordnung** gesetzte Strafe zuerkannt.

VI.

Quando unum ex istis tribus, quæ ante recensita sunt, deest, non quæstio, sed vel jusjurandum, vel territio decernitur.

Tria pro supplendo in veneficiis corpore delicti, si venenum ipsum non reperiatur, conjunctim requiro,

ſigna mortis veneno oblatæ, argumenta luculenta, quod reus venenum habuerit tractaritve, veriſimilem, quæ reum ad necandum permovere potuerit, cauſſam. Quodſi unum horum deſit, etſi reliqua duo appareant, ſimplex, quæ inde naſcitur, ſuſpicio ad tormenta decernenda non ſufficit, ſed tamen vel jurejurando purganda eſt, vel territioni locum facit. Memorabile exemplum menſe Februario anni cIↃ IↃ CCXXXVIII. JCtis Vitembergenſibus offerebatur. Homo juvenis quatuor uxores & octo liberos ſuos, nec non privignam, pleroſque ſubita morte, amiſerat, ac vulgi rumore auctor necis per venena adlatæ deſignabatur. Nemo tamen rem ad judicem detulerat, usque dum ultimus ex liberis, cui pater paucis ante mortem horis offam coxerat dederatque, inter maxima tormina exſpiraret, & jam ſepultus eſſet. Tunc demum certior redditus magiſtratus advolat, atque effodi cadaver poſt triduum inſpicique curat. Reperiuntur in eo exterius maculæ lividæ, interius nullæ eroſiones nec inflammationes; ſed in ſtomacho tres, atque in inteſtinis octoginta duo lumbrici miræ magnitudinis. De cauſſa mortis interrogati medicus & chirurgus, incerta quidem omnia eſſe, ſed tamen ſibi, puerum ex colica lumbricoſa deceſſiſſe, veriſimile videri, renunciant. Quid facerent nunc JCti. Cetera duodecim cadavera olim ſepulta jam diu computruerant, nec inſpici poterant. Venenum nullibi reperiebatur. Sed plerique ex his, qui olim obierant, inopinata morte, quum paulo ante bene ſe habuiſſent, inter vomitus & gravia tormina ac ejulatus exſtincti fuerant, atque inter hos puer unus paucis ante morbum horis pultem a patre porrectam comederat. Aderant præterea teſtes jurati, qui ſe in rei conclavi malum

lum medicamentum reperiisse, ac sese ipsos veneno ab illo tentatos, perhibebant. Movissent hæc nos ad tormenta decernenda, si modo ulla in actis caussa, tot proprios liberos, ac innocentissimas uxores, necandi, apparuisset. Qua deficiente, saltem territionem decrevimus: Kommt Inquisit in Verdacht, Gift gehabt, und verschiedenen Leuten, insonderheit George Jancken, dessen Ehe-Weibe und beyden Kindern bey, und gar damit seine 4. Weiber, 8. Kinder und ein Stief-Kind, oder doch etliche derselben, um das Leben gebracht zu haben. Nun fehlet es zwar durchgehends an einem richtigen Corpore delicti, und ist sonderlich bey dem letzt verstorbenen Kinde, Hans Micheln, nicht allein dergleichen nicht vorhanden, sondern die bey Besichtigung des Cörpers gefertigte Registratur, und der darauf von dem Medico und Chirurgo abgestattete Bericht, welcher den Tod des Knabens der Wurm-Colicka zuschreibet, scheinen ihn völlig zu entschuldigen, und das Erkänntniß, daß wider Inquisiten in Ermangelung mehreren Verdachts weiter nichts vorzunehmen, an Hand zu geben. Alldieweil aber Inquisit, giftige Pulver gehabt und in seiner Wohnung verstecket zu haben, durch Peter Semmlers eydliche Aussage und die von ihm selbst eingeräumte Umstände, hiernächst, George Jancken, dessen Frauen und beyden Kindern Gift beygebracht zu haben, durch dieses Janckens und des Cüster Müllers eydliches Zeugniß starck graviret ist, ferner das gemeine Geschrey, daß Inquisit seine 4. Frauen und deren 9. Kinder, oder doch etliche davon mit Gift umgebracht, durch obige Anzeigungen wahrscheinlich gemachet, und durch die bey ihrem Tode vorgekommene, zum theil von Inquisiten selbst in der Antwort auf die Artickel angeführte verdächtige Umstände unterstützet wird, weiter über die Maassen bedencklich ist, daß ein junger Mann,

seinem eigenen Anführen nach, von 32. Jahren, worinnen ihm jedoch sein Vater widerspricht, in so kurtzer Zeit 4. Weiber und 8. Kinder, nebst einem Stief-Kinde, durch einen natürlichen Tod verlohren, nächst dem des Medici und Chirurgi Vermuthung von der Wurm-Colicka vielen Zweifeln unterworfen ist, wenn man zumal die sehr unterschiedene Arten des Giftes, deren einige keine corrosiones verursachen, ja zum Theil gar keine vestigia nach sich lassen, betrachtet, dann Inquisitens eigene Mutter ihn, daß er denen beyden Söhnen, Hans Micheln und Hans Georgen, Gift, jenem in einer Suppe, diesem in Brey, gegeben, verdächtig machet, solcher Verdacht auch dadurch, daß Inquisit die von der Mutter angegebene Umstände anfänglich geläugnet, und nachgehends bey der Confrontation eingeräumet, vermehret wird; So ist Inquisit vor unschuldig nicht zu achten, sondern, wenn er sein Geständniß richtiger zu thun sich ferner verweigert, dem Scharf-Richter vorzustellen, und vermittelst dessen, als solte und wolte er ihn angreifen, jedoch noch zur Zeit unangegriffen, zu befragen: Ob er Gift oder andere den Menschen schädliche Pulver und Sachen gehabt und gebrauchet? Woher und von wem er solche bekommen? Ob er in die Suppe, welche George Janckens Frau vor ihrem Manne und Kinder gekochet, Gift gethan? Ob er seinen 4. Weibern, 8. Kindern und einem Stief-Kinde Gift beygebracht? Ob er wenigstens einigen derselben dergleichen zu essen oder zu trincken gegeben? Auf was Art er solches gethan? Ob selbige davon gestorben? Ob er insonderheit dem Sohne, Hans Michaeln, Gift in einer Suppe beygebracht? Ob er Gift in den Brey, wovon der Sohn Hans George gegessen, gethan? Wenn nun seine Aussage, und wie er sich dabey gebärdet, mit Fleiß zu denen Acten verzeichnet, und mit diesen hinwiederum

ver-

verschicket wird, so ergehet sowol in der Haupt-Sache, als der Unkosten halber, weiter was recht ist. V. R. W.

VII.

Tunc, quando reus signa veneficii subdole abolevit, hæc ipsa abolitio pro corpore delicti est,

VIII.

Atque quæstioni & ultimo supplicio etiam sine illis, quæ supra memoravi, requisitis locum facit.

Dictum jam in *Specimine DXCVIII. de Corpore delicti in homicidio, medit.* 2. 3. 4. reos homicidii sæpe corpus delicti abolere, de quo si certo constet, ultimum supplicium & quæstionem tamen decerni posse. Idem in veneficio locum habet. Igitur Scabini Vitembergenses mense Augusto anni cIɔ Iɔ CCXXXVI. puellam, quæ, furtum cum alia puella fecisse, atque, ut pecuniæ furtivæ sola potiretur, huic venenum propinasse, in suspicionem venerat, ac corpus delicti subdole aboleverat, tormentis subjecerunt: Kommt Inquisitin in Verdacht, daß sie mit Dorotheen Elisabethen Bretthauerin 30. Thaler aus Hans Lehmanns Lade gestohlen, nachgehends dieser Bretthauerin in einer Brocke Gift, wovon diese einige Tage lang kranck geworden, beygebracht. Ob sich nun wol in ihrer Lade und unter ihren Sachen nichts verdächtiges gefunden, hiernächst der Vergiftung halber kein rechtes Corpus delicti vorhanden, beyde Mägde auch mit einander gut Freund, und nach dem letzten Zancke wieder versöhnet gewesen, also keine Ursach, warum sie einander umbringen wollen, hervor scheinet, zu dem die Bretthauerin schon, ehe sie die Brocke gegessen, daß ihr nicht wohl wäre, gesaget; Diesem

sem nach es das Ansehen gewinnet, ob sey Inquisitin von der angestellten Inquisition zu entbinden. Alldieweil aber gar wahrscheinlich ist, daß sie ihre Diebes-Consortin, um das gestohlne Geld allein zu behalten, umbringen wollen, und diese, welche sie anfänglich der Vergiftung beschuldiget, durch Bitten und Drohen die Beschuldigung zu widerrufen bewogen, ferner Inquisitin durch zwey eydliche Zeugen überführet, und nach anfänglichem starcken Läugnen selbst geständig ist, die vermuthliche Gift-Körner vom Tische geworfen und zertreten, also, daß man dieses Gift untersuchen, und das Corpus delicti zu besserer Richtigkeit bringen können, verhindert zu haben, weiter dieses Gift in der Brocke, welche Inquisitin der Bretthauerin zugebracht, gelegen, und in der Tonne, woraus Lehmann gleichfals eine Brocke gemacht und gegessen, nicht gewesen seyn kan, dann der Bretthauerin Unpäßlichkeit nur in einem dicken Halse bestanden, im Leibe hingegen ihr nichts gefehlet; So ist Inquisitin vor unschuldig nicht zu achten, mithin, da sie, ihr Geständniß richtiger zu thun, sich ferner verweigert, dem Scharf-Richter dergestalt zu untergeben, daß er sie ausziehe, zur Leiter führe, die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorzeige, die Daum-Stöcke anlege, jedoch vor dieses mal weiter nichts mit ihr vornehme, worbey sie denn mit allem Ernste zu befragen: Ob sie der Bretthauerin Gift in einer Brocke beygebracht? Warum sie solches gethan? Woher und von wem sie solches Gift bekommen? Iidem Scabini in simillimo casu ream veneficium confessam ad gladium anno cIↃ IↃ CCXXXVIII. damnarunt: Hat Inquisitin sowol summarisch als Artickels-weise in Güte bekannt, daß sie in der Absicht, ihren Ehemann zu tödten, Gift einmal in Grütze, und das zweyte mal in eine Mehl-Suppe gethan, die Grütze ihrem Ehemanne zu essen gegeben, auch dessen Vater davon essen lassen, und die

die Mehl-Suppe dem Ehemanne zum Frühstücke gebracht, da denn der Ehemann zweymal, dessen Vater aber einmal sehr kranck worden, und sich heftig gebrochen; Nun scheinet zwar der Inquisitin zu statten zu kommen, daß allhier kein vollkommenes Corpus delicti vorhanden, gestalt von dem Ratten-Pulver, welches Inquisitin in die Grütze und Mehl-Suppe gethan haben will, nichts mehr vorhanden, demnach, ob es auch wahrhaftiges Gift gewesen, nicht gründlich untersuchet werden können. Alldieweil aber das Corpus delicti nicht allezeit mit Händen gegriffen wird, sondern nach Vorschrift **der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung** *Art.* 6. so viel möglich, und nach Gestalt und Gelegenheit einer jeden Sache geschehen kan, erkundiget werden muß, folglich nur in einer certitudine morali, und keinesweges mathematica oder absoluta, bestehet, *Leyser* in *Medit. ad ff. Specim.* 561. *de Corpore delicti, medit.* 4. welche certitudo moralis alsdenn um so viel mehr hinlänglich ist, wenn der Delinquente, wie Inquisitin allhier durch Hinwegschüttung der übrigen mit Ratten-Pulver vermischten Grütze gethan zu haben gestehet, das Hand-greifliche Corpus delicti, um die böse That zu vertuschen, zernichtet und aboliret, in welchen und andern dergleichen Fällen, da es unmöglich ist, das Gift selbst vor Augen zu legen, man, wie *Bohnius* in *Officio Medici pag.* 652. gar wohl anmercket, mit den äusserlichen Zeichen des Giftes zufrieden seyn muß, diese äusserliche Zeichen aber aus denen von dem alten Vater, seiner Ehe-Frauen, der Inquisitin kranckem Ehemanne, der Tischerin, von der die Inquisitin das Ratten-Pulver bekommen, ausgesagten, und denen von Inquisitin selbst eingeräumten Umständen überflüßig erhellen; So ist Inquisitin Magdalena Marcußin, daferne sie bey ihrem gethanen Bekänntnisse vor öffentlich gehegtem hochnothpeinlichen

Halß-Gerichte nochmals freywillig verharret, oder des sonst wie Recht überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen. V. R. W.

IX.

Discrimen sexus, quod Carolus V. in pœna veneficii facit, Saxones electorales ex consuetudine rejiciunt;

X.

Saxones autem reliqui admittunt.

Pœnam ignis, quam majores nostri, Germani veteres, tam *Saxones in Speculi sui lib.* 2. *art.* 13. quam *Suevi in Speculi sui cap.* 11. *n.* 12. in veneficos statuerint, mutavit *Carolus V*, atque in *articulo* 130. mares rota contundi, feminas aquis mergi jussit. Quem articulum & Suevi & ipsi Saxones, prisci juris sui alias tenacissimi, receperunt, teste Carpzovio in *Quæst. crim.* 20. *n.* 22. qui tamen, rotæ supplicium & in masculis & in mulieribus locum habere, addit. Sed recte Beyerus *ad artic. Carol.* 130. *n.* 5. se, cur sexus differentiam, cujus rationem Carolus Imperator habuit, hac in parte observari nolit Carpzovius, non perspicere, ait. Et profecto ipse ego rationem, quare Saxones partem legis Carolinæ agnoverint, partem rejecerint, non perspicio. Quia tamen Carpzovius *n.* 30. ad consuetudinem provocat, &: *Scabini,* inquit, *Lipsienses frequenter pronunciando consuetudinem introducunt, teste Hen. Goden. cons.* 47. *tit. de legitima n.* 5. *vers. prout Scabini Lipsenses &c. Jac. Schult. ad Modest. Part.* 3 9.122. *n.* 15, *præsertim cum ejusmodi responsa non solum ad notitiam populi pervenirent, sed & transmissa ad Aulam Illustrissimi ac Serenissimi Dn. Electoris nostri Saxon. approbata & executioni mandata fuerint;* & Bergerus *in Oeco-*

Oeconomia juris p. 834. idem testatur, cedo eatenus, ut in Saxonia electorali sexus discrimen hic non attendi fatear. At in reliqua Saxonia, quæ Electori non paret, secundum jus Carolinum judicari oportet. Quamobrem JCti Helmstadienses ex ducatu Lauenburgico, qui adhuc hodie Saxonum juribus utitur, mense Octobri anni cIↃ IↃ CC XIV. consulti responderunt: Würde Anna Suhtelmannin bey ihrem gethanen freywilligen Bekänntnisse, daß sie das vor 2. str. erkaufte Ratzen-Pulver, im Sinn und Meynung, ihren Herrn oder Frau damit um das Leben zu bringen, in den Thee-Topf geworfen, nochmals vor öffentlich-gehegtem peinlichen Hals-Gerichte verharren, so wird sie, nach Inhalt Kayser Carl des V. peinlicher Hals-Gerichts-Ordnung, mit dem Wasser vom Leben zum Tode gestraft. Im übrigen wird auch Ludwig Siats, um daß er auf der Inquisitin Verlangen den Zeddel geschrieben, 6. Tage lang im Gefängnisse mit Wasser und Brodt gespeiset, oder um 8. Thaler gestrafet. V. R. W.

XI.

Qui venena vendunt, vel procurant saltem,

XII.

Atque adeo etiam proxenetæ in crimine veneficii, ultimo supplicio puniuntur;

XIII.

Non aliter tamen, quam si in societatem consilii de homine necando venerunt.

XIV.

Quodsi hoc ignorarunt, extra ordinem pro gradu culpæ puniuntur.

In fine ſententiæ, quam ante memoravi, extraordinaria pœna imponitur homini, qui veneficæ in emendo veneno opem tulerat. Is nempe veneficæ, quæ venenum in pharmacopolio poſcens primum repulſam tulerat, petenti ſchedam, qua ipſe ſuo juſſu venenum emi teſtabatur, ſcripſerat, atque hac pharmacopolam, ut venenum reæ daret, moverat. Videbitur nonnullis juſto mitior pœna, quam proxenetæ huic inflix imus. Certe venena necandi hominis cauſſa facientes, vel vendentes, vel habentes, ultimo ſupplicio in *L. 3. pr. & §. 1. ad L. Cornel. de ſicar.* puniuntur. Atque profecto proxenetarum non minor dolus eſt. Oportebat ergo & eos tanquam homicidas puniri. Admitto hoc lubens. Verum & in venditore & in proxeneta ſeu adjutore conſcientiam ſceleris requiro. Si hæc abeſt, culpabile ſaltem homicidium committitur. In ſpecie autem ſupra memorata, ſcriptor ſchedæ ignorarat inſidias, quas ancilla hero ſuo parabat, credideratque nimis temere dicenti, velle ſe veneno hoc in necem murium & glirium uti.

XV.

Conatus veneficii tres gradus habet.

XVI.

Primus, quando valetudo ejus, cui venenum datum, irremediabile damnum accepit, ordinariam pœnam meretur.

XVII.

Judici tamen, tunc rotam & culeum in gladium mutare, licet.

Quomodo conatus veneficii puniendus ſit, acriter diſceptatur. Quam litem ut recte decidamus, tres conatus gradus conſtituendi ſunt. Primus eſt, quum quidem is, cui venenum datum, non obiit, ſed tamen valetudo ejus irreparabile damnum accepit; ſecundus, quando ille perſa-

ſanatus fuit; tertius denique, quando venenum, antequam ſumeretur, deprehenſum, atque adeo ſumtum non fuit. In primo caſu clara eſt lex in *articulo Carolino* 130. qui verbis: **Leib oder Leben**; ad rotæ & culei pœnam decernendam damnum ſaltem in corpore datum ſufficere vult. Scio quidem, *Carpzovium in Quæſt. crim.* 21. *n.* 42. aſſentientibus *Claſenio ad art.* 130. multisque aliis, vocem **oder** conjunctive interpretari; quam interpretationem Paulus in *L.* 53. *pr. de Verb. ſignif.* juvat: *Sæpe*, inquiens, *ita comparatum eſt, ut disjuncta pro conjunctis accipiantur.* Verum hoc, etſi nonnunquam contingat, tamen præſumi non debet, nec, niſi neceſſitas exigat, a nativa vocum ſignificatione recedendum eſt, maxime in Germania, ubi, ut recte obſervat *Beyerus ad articulum Carolinum* 130. §. 11. 12. loquutio: **Leib und Leben**; altera: **Leib oder Leben**; longe frequentior eſt, atque a Carolo, ſi is conjunctive loqui voluiſſet, ſine dubio adhibita fuiſſet. Quamobrem, ſi quis veneno hauſto paralyticus factus eſt, veneficum pœna in *articulo* 130. conſtituta adfici oportere credo. Saltem temperamentum ex *articulo* 178. addo, ut judex, ſi hoc ei æquum videatur, rotam & culeum in gladium mutare poſſit. Fecerunt hoc Scabini Vitembergenſes in reſponſo, quod in *Specimine de Parricidio, medit.* 14. *&* 15. commemoravi.

XVIII.

In ſecundo conatus gradu, quo is, qui venenum ſumſit, priſtinam valetudinem recuperavit, ceſſat ultimum ſupplicium, ſed proxima tamen ab eo pœna infligitur,

XIX.

Atque etiam tormenta decernuntur.

Secundus attentati veneficii gradus est, quando, qui id hausit, pristinæ valetudini restitutus est. Tum quidem ultimum supplicium cessare, sed tamen proximam ab eo pœnam infligi oportere, credo. Moveor, ut sic sentiam, & atrocitate hujus criminis, quod securitatem publicam & domesticam maxime turbat, & a quo adeo homines omni modo absterrendi sunt, & voce: peinlich; quæ in *articulo Carolino* 178. posita est. Quamobrem JCti Helmstadienses mense Junio anni 1713. maritum, qui uxori venenum dederat, quum hæc id vomitu rejecisset, in perpetuum exilium egerunt, virgarum vero ictum, quem ille etiam meruerat, ob enixam ipsius uxoris deprecationem sic remiserunt, ut tamen reum publice e civitate adpensis virgis educi juberent. Quod autem in hoc casu Wernherus *Part. X. Observat. forensi* 444. *n.* 22. *pag.* 793. ait: *Quum reus crimen omnino negat, etsi, gravissimis eum indiciis oneratum esse, appareat, tormentis locus haud relinqui, sed potius purgatorium jusjurandum decerni debet; ne medium eruendæ veritatis durius, quam ipsa pœna sit;* hoc Scabini Vitembergenses in responso mense Augusto anni cIↄ Iↄ CCXXXVI. exarato, & in *præcedente Meditatione* 7. memorato neglexerunt, & fidiculis veritatem de rea exquiri jusserunt, additis rationibus: Obwol die Bretthauerin wieder gesund ist, folglich allenfalls ein blosser Conatus übrig bleibet; Alldieweil aber der blosse ad actum proximum gekommene Conatus eine harte Strafe verdienet; So ist Inquisitin vor unschuldig nicht zu achten ꝛc. Supponit *Wernherus d. l. eo casu, ubi nec corpus damnum ex sumto veneno sensit, non facile ultra perpetuam relegationem procedi posse.* Verum nos contrarium supra ostendimus. Et fac etiam, verum hoc esse. Tamen reo, qui manifestissimis indiciis premitur, perjurium per-

permitti non oportet; ipseque sibi imputet, quod remedium ipsa pœna durius ingenua confessione non avertit.

XX.

In tertio conatus gradu, quum venenum, antequam sumeretur, deprehensum est, omnia judicis arbitrio permittuntur.

Infimus conatus gradus est, quando veneficus cum veneno, adhuc innoxio, deprehenditur. Hic pœna simpliciter ex arbitrio judicis pendebit, qui tamen cogitare debet, tunc quoque reipublicæ & securitatis domesticæ interesse, ut exemplum, quod alios terreat, statuatur. *Seneca lib. 7. controv.* 3. speciem talem habet: Filius, quem pater abdicaturus ter in judicium produxerat, semper absolutus, post tertiam victoriam deprehensus est a patre in secreta domus parte medicamentum terens, interrogatus, quid esset? dixit: venenum, & velle se mori; & effudit, accusatur parricidii. Inter plures, quas Seneca memorat, defensiones optima est Albucii, qui dixit: *Non fuisse venenum; quum putarem,* inquit, *odio esse patri meo, volui experiri affectum ejus, quomodo mentionem mortis meæ ferret. Itaque palam, & ita, ut interveniret pater, tenui.* Sed sic tamen effusio, quæ potissimam suspicionem excitat, non elevatur. Ego itaque fidiculas admovissem.

XXI.

Pœna ignis, quam priscum jus Germanicum in veneficos statuit, abrogata, sed in Saxonia, quod ad pascuorum infectores retenta est,

XXII.

Id quod tamen ad quadrupedes restringi, nec ad volucres extendi oportet.

Poe-

Pœnam ignis, prisco jure Germanico in *utroque Speculo* in veneficos statutam, sustulit, ut supra dixi, Carolus V. & sustulere quoque Saxones usu fori; retinuit tamen *Augustus* septemvir *in Constit.* 18. *P.*4. quod ad eos, qui pascua inficiunt. Quam legem ego tantum abest, ut cum Carpzovio *ad eam def.* 3. *n.* 2. inter odia referam, ut potius tanquam securitatis publicæ vindicem summum favorem mereri contendam. Cave tamen, eam ultra mentem Augusti extendas. Offerebatur Scabinis Vitembergensibus mense Julio anni cIↃ IↃ CCXXXVII. hæc species: Rusticus, quum sementem suum subinde depasci animadverteret, atque hoc a vicinorum gallinis fieri suspicaretur, vicinos, ut gallinas suas contineant, monet. Negant vicini, gallinas suas hoc damnum facere. Tum rusticus semen veneno miscet, eoque agrum suum conserit, & sic omnes fere vicinorum gallinas enecat. Vicini civiliter ad damni restitutionem agunt. Sed judex, altiorem de pascuorum infectione quæstionem subesse, ratus, inquirit, ut loqui solemus, specialiter, &, reo factum fatente, collegium quoddam juridicum de pœna ejus consultat. Interloquitur hoc, jubetque ante omnia explorari, num quis in agro illo jus pascendi habeat? Paret judex, reperitque, prædio cuidam equestri servitutem pascendi in toto illo tractu, atque adeo etiam in agro rei, deberi. Instructa hoc modo acta ad Scabinos Vitembergenses mittuntur. Et videbatur in principio periculum capitis reo imminere. Pascua erant, quæ ille infecerat; &, quamvis pecora, quibus pastura debebatur, non periissent, damnum tamen insequutum fuerat, quod solum *d. Constit.* 18. verbis: **Wann Schade darauf erfolget;** ad pœnam ignis sufficere vult. Igitur, quum verba legis aperta essent, Vlpiani in *L.* 12. §. 1. *Qui & a quibus manumissi* effatum: *quod quidem perquam durum est:* *sed*

ſed ita lex ſcripta eſt; in mentem veniebat, rogumque accendi jubebat. Sed interceſſit atrociora meditantibus mens Auguſti, qui non volucribus, ſed quadrupedibus innoxiam paſturam præſtare voluit. Armentis, equis, ſuibus & ovibus inſidias nullas tetenderat reus, ſed volucribus ſaltem, quibus jus paſcendi non erat. Itaque ſic reſponſum fuit: Hat Inquiſit in Güte geſtanden, daß er Gerſte mit Ratten-Pulver aufgequellet, und mit weiſſen Körnern, welche ihm ein Bergmann verkaufet, und, ſo viel er dächte, Spieß-Glaß geheiſſen, vermenget, auch ſolche Gerſte auf ſein ſo genanntes Hopfen-Land geſtreuet, wovon Sabinen Graſin und Annen Reginen Thönertin verſchiedenes Hühner-Vieh, welches davon gefreſſen, verſtorben; So wird er zwar in Anſehung des von der Graſin und Thönertin ſelbſt eingeräumten Umſtandes, wodurch er auf die Meynung, daß der Saame von Raub-Vögeln gefreſſen würde, gerathen, ingleichen der ihm gegebenen Erlaubniß, die Hühner zu tödten, auch, daß ſonſt kein Schade am Viehe geſchehen, mit der in der **Churfürſtlich-Sächſiſchen** 18 *Conſtitution* des 4ten **Theils** geſetzten Strafe verſchonet, jedennoch den Werth des getödteten Hühner-Viehes, wie nicht weniger alle verurſachte Unkoſten, zu bezahlen angehalten, überdies des Landes auf 4. Jahr verwieſen.

XXIII.

Quando venenum, non necandi hominis, ſed furoris injiciendi aut amoris conciliandi cauſſa, datum, atque mors ſequuta eſt, ceſſat rota & culeus, ac gladius ſaltem decernitur.

XXIV.

Nec remittitur ultimum ſupplicium, quamvis homo poſt aliquot demum annos ex iſto veneno perierit.

XXV.

Quodsi non mors, sed irreparabile damnum sequutum est, proxima ab ultimo supplicio pœna infligitur.

Quod supra dixi, ordinariam veneficii pœnam locum habere, tametsi non mortem, sed saltem immedicabilem morbum aliudve irreparabile damnum attulerit, restringi oportet ex *L. 3. §. 2. ad legem Corn. de sicariis* ad ea sola venena, quæ hominis necandi caussa habentur. Igitur si quis venenum, non ut necet, sed ut in rabiem agat, porrigit, qualia venena reperiri, & *Zachias lib. 2. tit. 1. quæst. medico legali* 17. & experientia testantur, si furor vel dementia sequatur, rota & culeus, quin secundum *L.* 38. §. 5. *de Pœnis* etiam gladius cessabunt, atque pœna ab ultimo supplicio proxima saltem irrogabitur. Quod & in amatorio poculo, si is, qui id hausit, non pereat, verum est, propter *allegatas LL.* At quid si pereat, sed post aliquot demum annos, id quod Petro Lotichio Secundo accidisse, *Hagius de Vita Lotichii, & Adami in Vitis Germanorum medicorum pag.* 51. *& Philosophorum pag.* 101. commemorant: *Petrus Lotichius Secundus Bononiam, studiorum jam olim matrem, se contulit. Quo loco possumus dicere, quod apud Poëtam Dido de adventu Ænea queritur:*

Felix, heu nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetegissent nostra carinæ!

Ita felix fuisset, Deo volente, hic noster, si Bononiam nunquam venisset. Nam quum ibi nobili quodam Bavaro, canonico Monacensi, contubernali uteretur: cepit canonicus amare foris, quod domi habebat. Id hospita animadvertens

Medea animo ægra, amore sævo saucia,

Permoleste tulit; juvenisque amorem delenimento, seu amatorio poculo

culo, sibi conciliare est aggressa, idque hoc modo. Apposuit aliquando duobus illis juscula, ac de more gentis singulis singula. Ibi quum Lotichio pinguius, nobili macrius, sed intoxicatum, præbitum esset: ille, qui a pinguibus natura adhorreret, suum jus cum alterius commutat. Verum simul ac sorbere cepit: vim veneni sensit: defectione animi concidit. Mox furibundus arma rapit: stricto gladio contubernalem invadit. Post paululum ad se reversus, hausto oleo olivarum partem veneni vomitu rejecit. Inde febri maligna corripitur: quæ quum abiisset, & capillus & ungues deciderunt: animoque ac corporis habitu mutatus apparuit. Ac remanserunt mali reliquiæ, dum vixit. Nam quotannis sub auctumnum recruduit vis mortiferi veneni, cum quadam deliratione & febri. Tandem, *morbo illo de more redeunte, febri ardente consumtus, placide ultimum vitæ diem clausit Haidelbergæ, anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo, die septimo Novembris: quum annum ætatis trigesimum secundum attigisset.* Intercesserunt hic inter philtrum & mortem quinque vel sex circiter anni, qui tamen veneficam a meritissima pœna liberare non debebant.

XXVI.

Etiam vitiosa alimenta venenum sunt.

XXVII.

Quod veneficii genus quidem in jure Justinianeo indulgentius tractatur, quin aliquando permittitur, imo præcipitur;

XXVIII.

Sed tamen, si homo ex eo pereat, summum supplicium meretur.

Ignotum vulgo, at pessimum & reipublicæ perniciosissimum veneficium exercent, qui corrupta vel vitiosa alimenta, seu, ut cum sacro codice, 2 *Regum II*, 40 loquar, mortem in olla, præbent venduntve, laniones, coqui, pisto-

ſtores, cupedinarii, fartores, œconomi, œnopolæ, cereviſiarii, ceteri. Quam tetra peſtis his alimentis inſit, medici rectius, quam JCti agnovere. Vide inprimis *Fortunatum Fidelem de Relationibus medicorum*, ſeu, quo falſo titulo ſive ab Ammanno, ſive a Tarnovio, editus fuit, *Thomam Reineſium in Schola JCtorum medica*, *lib.* I. *ſect.* 4. *de Vitiis eduliorum præcavendis, pag.* 124. *ſqq.* Miror ſæpe, in jure Juſtinianeo frequens hoc veneficii genus nec memorari quidem, ne dum puniri, quin & permitti, ac aliquando præcipi. Nulla ejus mentio in titulis *de Ædilitio edicto* & *de L. Julia de annona*, in quibus eam maxime quæſivi, fit. Equidem in *L.* I. §. II. *de Officio præfecti urbi* cura carnis omnis ad curam præfecturæ pertinere dicitur, ſed eatenus ſaltem, ut juſto pretio, non etiam ut incorrupta, præbeatur. Saltem in *L.* I. *C. de Canone frumentario urbis Romæ* præfecti frumentum, quod provinciales populo Romano alendo conferebant, eo tempore, quo ad urbis portum pervenit, adſpicere, ne quid in eo ſit vitii, jubentur. At parum hoc eſt, ſi cum immani illo privilegio conferatur, quod fiſco res vitioſas impune vendere permittit in *L.* I. §. 3. *de Ædilitio edicto*, atque adeo præfectis, ut ſpeciebus corruptis, quæ per ſemet erogari ſine querela non poſſint, novam portionem miſceant, hujusque adjectione corruptionem velent, ac ſic damnum a fiſco avertant, contra jus naturæ præcipit in *L.* I. *C. de Conditis in publicis horreis.* Neſciverunt itaque conditores hujus legis, quod *Galenus de Natura hum.* 3: Novimus, inquit, quod comeſſe ſemiputridum triticum famis neceſſitate compulſi quidam, communi morbo ex communi cauſſa arrepti ſunt. Et profecto omnis præbitio, ut Vlpiani voce utar, vitioſæ annonæ eſt veneficium, aliquando culpabile ſaltem, aliquando fraudulentum, ac perinde, ut abortionis vel amatorium poculum

in *L.* 48. §. 5. *de Pœnis*, summo supplicio dignum, quando nempe istam vitiosam annonam morbos gignere præbitor ejus vel sciebat, vel scire debebat, atque etiam homo vere ex ea periit. Nam quid interest inter hujusmodi præbitorem, & inter illum, qui vulnerare saltem jubet, qui, si mors sequatur, verus homicida est secundum *cap. ult. de Homicidio in* 6? Adde *L.* 15. *pr. ad L. Corneliam de sicariis.* Ego itaque illum œconomum, cujus fraude & improbitate a. 1677. duodecim convictores in academia Lipsiensi interierunt, ad gladium damnassem. Quibus ille dapibus hanc stragem fecerit, *Paulus Ammannus in Irenico Numæ Pompilii cum Hippocrate p.* 177. *sqq.* hunc in modum ex actis publicis excerpsit: Das Brod ist von Ostern bis Pfingsten sehr schlimm gewesen, klebricht, delckicht, riechend, oder stinckend, nicht ausgebacken, wie eine Blinze, endlig auch wie eine Walze, und sehr schwehr, am Montag hätten sie noch Brodt gehabt, welches ganz breit gewesen, warm auf den Tisch gegeben, unterschiedene mahle sind Haare, Pflaster, Nasenpöpel, Stücke Kämme und Würmer darinnen gefunden worden, der Ratten-Drecker zu geschweigen; Die Christ-Stollen 1676. wären ganz hohl und bitter gewesen, auch keine Brosamm darinne, hätten gestuncken wie alte garstige Seiffe; Die Suppen hätten geschmecket wie Unschlicht, weil die besten auf die Gasse verkaufft würden; Das Fleisch wäre halb gekocht, hart, unabgeschaumet, noch blutend, ohne Würze aufgetragen worden, und, so offt als sie Fleisch gegessen, wäre ihnen gewesen, als wenn sie Gifft im Leibe hätten; Das Gebratene hätte gerochen, und geschmecket, wie *s. v.* ein Furz; Der *Oeconomus* hat verspeiset magere Kühe, welche die fliessende Pest

und dürre Franzosen gehabt, an dem Geschlinck sind Beulen gewesen, wie Tauben-Eyer, Heydrüsen, und garstige Geschwühr; Die *Colaunen* (*a colo intestino*) hätten stets nach der Herberge gerochen; Die Zugemüse sind nicht gelesen worden, absonderlich ist der Gritz klebricht, bitter, und stinckend gewesen, angemacht mit stinckendem Fette, und garstigen Lein-Oehle, *ex propria confessione inquisiti*; Das Sauer-Kraut wäre gleichfalls stinckend und voller Würme gewesen; Der Kofend wäre im Kessel gebrauet, ungejohren auffgetragen, und hätte öfters so eine dicke Haut gehabt, als immer ein Trommel-Boden haben kan.

COROLLAR.

Diximus in *meditat.* 17. venefico tunc, quum, qui venenum sumsit, pristinam valetudinem recuperat, ultimum supplicium remitti. Excipiendus tamen est casus, quoad veneficium, parricidium in linea recta accedit. Exemplum filii, qui patri venenum miscuerat, quo mater per errorem sumto in gravissimum morbum inciderat, ægreque sanata fuerat, gladio puniti, in *Specimine de Parricidiis* memorabitur.

SPECIMEN DCX.

AD LIB. XLVIII. TIT. IX.

DE PARRICIDIO.

I.

Pœna culei non est dura,

II.

Atque adeo non temere in gladium convertenda.

III.

III.

Caussæ, propter quas hoc liceat, regula comprehenduntur.

IV.

Moderatio inculpatæ tutelæ etiam parricidium excusat, aut saltem, si excessus appareat, pœnam ordinariam mitigat.

Pœnam culei, in parricidas statutam, duram vocant plerique interpretes; parum commode profecto. Illud demum jus durum vocatur, quod æquitati non convenit, *L.* 12. §. 1. *Qui & a quibus manumissi.* At parricidas, qui humanitatem omnem exuunt, ipsoque naturæ vinculo sese exsolvunt, atrocissime puniri, & exemplum statui, quo alii ab infando facinore absterreantur, æquissimum est. Ergo gravis est & terribilis culei pœna, non dura, sed delicto suo conveniens. Ex quo porro consequitur, JCtos hos intempestive misericordes esse, qui legem istam, tanquam duram, interpretatione sua fere semper molliunt, atque ad hoc quamlibet levissimam rationem, ac, ut vulgus loquitur, fatuam caussam, sufficere credunt. Nimia est hæc facilitas, cujus tamen passim exempla exstant, inter quæ refero, quod Augustus apud *Suetonium in vita ejus cap.* 33. manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac pœna, ita fertur interrogasse: Certe patrem tuum non occidisti? Contraria ratione *Bergerus in Oeconomia juris pag.* 1226, propter solam spontaneam confessionem culeum in gladium mutatum fuisse, memorat. Neutrius, Augusti legem cavillantis, & Bergeri, plane sine lege loquentis, lenitatem probo. Equidem non omnem poenas parricidarum mitigandi facultatem magistratibus & collegiis juridicis abjudico, sed circumspectionem saltem commendo, ne jus lenitate corrumpatur, & necessarius ad securitatem publicam

cam terror tollatur. Regulam requiris? Dabo. Ex quibus caussis simplicis homicidii pœna mutari potest, ex iisdem & parricidii, ita nempe, ut, ubi in simplici homicidio exilium perpetuum & virgarum ictus pro gladio, in parricidio gladius pro culeo substituatur. Rem exemplo illustrabo. Vir uxorem duxerat, pessime moratam, rixosam, furacem, aut potius, ut cum legibus loquar, res mariti subinde amoventem. Castigarat illam sæpe, tractarat etiam durius, quam maritum oportet, ipse quoque rabidus, & in iram & rixas pronus. Sed profecerat nihil. Igitur quotidiana jurgia & prœlia committebantur. Tandem uxor aliquando, sibi iterum verbera imminere, persentiscens ad pugnam se parat, duasque mulierculas, familiares suas, in subsidium locat. Supervenit maritus, & rixari ac convitiari de more incipit. Tunc mulier familiares suas in suppetias evocat, & cum his in maritum involat, qui, nec Herculem contra duos, nedum tres, consistere posse, ratus, fugam capessit ac in conclave se abdit, pessulumque obducit. Fecerat quidem ita sibi munimentum inexpugnabile, sed calore iracundiæ adhuc inflammatus, ac secum reputans, quam sibi totique sexui virili hæc latitatio ignominiosa foret, conspectas forte machæram, Pallasch, & fuscinam, Trenchir Sabel, veteres & rubiginosas, corripit, hisque armatis fores recludit & pugnam renovat, atque in hac uxorem confodit. Fit igitur parricidii reus, atque ad culeum damnatur. Damnatus appellat; & acta ad JCtos Vitembergenses feruntur, qui miserum mense Februario anni cIↃ IↃ CC XXXVII. a culeo absolvunt, & pro eo gladium substituunt. Nempe, si simplex homicidium commissum fuisset, moderatio inculpatæ tutelæ obtendi potuisset, non ita quidem, ut ea penitus reum ab omni pœna liberasset, sed eatenus, ut secundum

ar-

articulum Carolinum 142. *in fine* mors saltem remissa, propter gravem tamen inculpatæ tutelæ excessum proxima ab ultimo supplicio pœna inflicta fuisset. Id quod in parricidio ad culeum in gladium convertendum abunde sufficiebat. Vide *cap.* 1. *X. de his, qui filios occiderunt*, ubi gravis ira inter excusationes parricidii allegatur. Quapropter sic responsum fuit: Ist Höfern wegen eines an seinem Ehe-Weibe begangenen Mordes die Strafe der Säkkung zuerkannt, von seinem Defensore aber dagegen verschiedenes angeführet worden. Ob nun wol in den Acten keine Spuhr des von dem Defensore vorgeschützten Wahnwitzes zu finden, und alles deshalb in der Defensions-Schrift angeführte auf einen unbändigen Jagzorn, Bosheit und Unverträglichkeit mit jedermann hinauslauft, ferner dem vermeynten moderamini inculpatæ tutelæ theils die bey dem Handel gegenwärtig gewesene Zeuginnen nicht beypflichten, theils der dabey vorgegangene Excess allzu grob und unverantwortlich ist; Bey welcher Bewandniß Inquisitens Defensor nichts, so diesem wider die Todes-Strafe zu statten kommen möchte, ausgeführet; Alldieweil aber des ermordeten Ehe-Weibes üble durch die Defensional-Zeugen beygebrachte Aufführung gegen Inquisiten, und untreue Haushaltung, grossen Anlaß zu der beständigen Uneinigkeit mit derselben auch den letzten Händeln gegeben, nächstdem Inquisit, daß die erstochene Frau mit Beyhülfe der Berchin und Lippoldin einen Complot wider ihn, und mit den Thätlichkeiten den Anfang gemachet, mit grosser Wahrscheinlichkeit behauptet; So wird Inquisit, nach Maaßgebung vorigen Urthels, zwar am Leben, jedoch nur mit dem Schwerdte, gestrafet.

V.

Error in persona commissus parricidii pœnam cessare, atque simplici ultimo supplicio locum facit,

VI.

Idque nullo discrimine, sive quis tertium occidere volens, parentem obtruncet,

VII.

Sive parentem interfecturus tertium, de quo non cogitavit, necet.

VIII.

Error tamen in ipsis parentum personis commissus, dum pater pro matre, vel mater pro patre, occiditur, parricidæ ad mitigationem non prodest.

In illa ipsa, quam ante memoravi, specie alia quoque caussa nos, ut culeum in gladium mutaremus, movit, error scilicet in persona commissus. Parricida quippe constanter, se unam ex satellitibus uxoris vulnerare voluisse, sed ictu aberrante uxori plagam inflixisse, adfirmabat. Equidem non poterat hic error ultimum supplicium avertere. Hominem enim occidere voluerat. Error ergo in persona commissus animum hunc & dolum non tollebat, *L.* 18. *§.* 3. *de Injuriis, Constit. Elect. Sax.* 6. *P.* 4. Cessabat tamen asperrima parricidii pœna, quoniam mens uxorem interficiendi non adfuerat. In maleficiis autem voluntas spectatur, non exitus, *L.* 14. *ad L. Corneliam de Sicariis.* Et sic jam olim Scabinos Lipsienses respondisse, *Carpzovius P.* 4. *Constit.* 6. *def.* 3. *n.* 6. testatur, quos adeo sequi non dubitavimus, atque sic respondimus: Obwol Inquisit sonder allen Zweifel den Vorsatz, einen Menschen zu verwunden, also wenigstens animum occidendi indirectum gehabt; Alldieweil aber Inquisit dabey, daß es nicht sowol sein Ehe-Weib, als die Lip-

pol-

poldin gelten sollen, beharret, also wenigstens die harte auf das Parricidium gesetzte Strafe der Säckung abgehet; So wird Inquisit, nach Maaßgebung vorigen Urthels, zwar am Leben, jedoch nur mit dem Schwerdte, gestrafet. Sed altior quæstio videtur de contrario casu, quo quis nempe parricidium intentans per errorem simplex homicidium in persona, de cujus nece nunquam cogitarat, committit. Exemplum, quod Venetiis anno 1675. contigit, in *tomo XI. Theatri Europæi pag.* 849. hoc refertur: Zu Venedig hat ein Goldschmied, Namens *Gio Michaeli*, seinen leiblichen Vater, so gefangen saß, mit Gifft umbringen wollen, zu welchem Ende er ihm etliche darvon zugerichtete Speisen gesendet, weil aber der alte Mann nicht viel darvon genossen, so hat das Gifft nicht viel bey ihm gewürcket, dessen Mitgefangener aber, so das übrige verzehret, ist daran gestorben. Wegen solcher greulichen Übelthat wurde gedachter Sohn verurtheilt, daß ihm beyde Hände und der Kopff abgehauen und geviertheilt werden solte; weil sich aber derselbe mit der Flucht davon gemacht, so ist dieses Urtheil an ihm *in effigie* vollzogen worden. Annon tunc pœna parricidii locum inveniet? Sentient sic sine dubio aliqui, & nobis illam ipsam *L.* 14. *ad L. Cornel. de Sicariis*, qua voluntas non exitus spectari jubetur, occentabunt. Verum eam legem, obscurioribus verbis conceptam, ex clariore *L.* 79. *de Regulis juris* explicari oportet, quod scilicet nec solus eventus, nec solum consilium, sed utrumque desideretur. Cessabit ergo ob eventum non sequutum etiam hic parricidii pœna, ac reus saltem ad gladium damnabitur. Vnus tamen est casus, quo error parricidæ plane non proderit. Is infra in §. 14. memorabitur, ubi nempe error in personis

parentum commissus fuit, & mater venenum, quod filius patri miscuerat, per errorem hausit.

IX.

Jus Justinianeum cadem propinquorum collateralium, & affinium in linea recta, parricidium quidem appellat, sed gladio saltem punit.

X.

Jus Carolinum pœnam eorum, qui consanguineos occidunt, exasperari jubet, sed de affinibus nihil addit.

XI.

Jus Saxonicum electorale exasperationem hanc ad interfectores adfinium extendit.

XII.

Id quod ex Carpzovii auctoritate etiam in reliqua Germania fora introductum est.

XIII.

Voces Germanica: Sippe, gesippet; *explicantur.*

Puella novendecim annorum sororis suæ maritum veneno necarat, nec crimen diffitebatur, sed minorem ætatem, cujus miseratio secundum *L.* 37. §. 1. *de Minoribus* judicem ad mediocrem pœnam producere potest, quin imo ex nonnullorum opinione debet, allegabat. Et cogitabamus jam, quum de caussa deliberaretur, culeum, quem jura in veneficos sanciunt, in gladium vertere, quum referens commode moneret, non simplex homicidium, sed parricidium subesse, atque adeo binas pœnæ exasperandæ caussas, quas ambas minor ætas avertere non posset, apparere. Tum disputari cœpit, verumne parricidium commis-

missum sit. Res extra Saxoniam nostram in agro Luneburgico contigerat. Et vicit sententia, parricidium cum veneficio conjunctum esse. Sic igitur a JCtis Helmstadiensibus mense Januario anni cIↄIↄCCXIX. responsum fuit: Würde Inquisitin, Catharina Elisabeth Barßin, bey ihrem gethanen freywilligen Bekänntnisse, daß sie ihrem verstorbenen Schwager, Christoph Barthelsen, in einer kalten Schaale Fliegenstein, in der Meynung, selbigen dadurch um das Leben zu bringen, beygebracht, nochmalen vor öffentlich gehegtem peinlichen Halß-Gerichte verharren, so wird sie, nach Inhalt Kayser Carls des V. peinlicher Halß-Gerichts-Ordnung, mit dem Wasser vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W. Rat. Dec. Es hat die Inquisitin, Catharina Elisabeth, freywillig gestanden, daß sie ihrer verstorbenen Schwester hinterlassenem Ehe-Manne, Christoph Barthelsen, Fliegenstein, im Sinn und Meynung, ihn um das Leben zu bringen, vermittelst einer kalten Schaale beygebracht, immassen denn derselbe einige Tage darauf verstorben. Nun möchte zwar zu ihrer Defension angeführet werden, daß die Thäterin erst 19. Jahr alt, und annoch minderjährig sey. Es gewinnet also das Ansehen, ob müsse Inquisitin mit der ordentlichen auf die Vergifter gesetzten Strafe verschonet, und nur mit einer ausserordentlichen beleget werden. Alldieweil aber der Thäterin Minderjährigkeit, bey hervorscheinender ihrer so grossen Bosheit, in keine Betrachtung kommt, da zumal hier kein blosses veneficium vorhanden, sondern noch ein parricidium darzu kommt, per ea, quæ habet *Carpzov. Quæst. Crim.* 13. *n.* 29. 30. welches sonsten eine exasperationem pœnæ nach sich ziehet, *Constit. Crim. art.* 130. & 137. So haben wir ihr die in dem 130. Artickel der Peinligen Halß-Gerichts-Ordnung gesetzte Strafe zuerkannt. Legem requiris, quæ nos, ut sic judicaremus, moverit.

rit. Ego quoque illam, quum responsum conficiendum esset, sedulo requisivi, sed aliam, quam quæ in responso allegata fuit, Carpzovii nempe auctoritatem, reperire non potui. Frustra eam in jure Justinianeo quæres. Nam in §. 6. *I. de Publicis judiciis* non: *affinitatis;* legendum est, sed: *affectionis;* quemadmodum ex fonte ejus, *L. un. C. de his, qui parentes vel liberos occiderunt*, luculenter apparet. Deinde, quæ vulgo allegantur, *leges* 1. *&* 9. §. 1. *de L. Pompeja de Parricid.* saltem de consanguineis & affinibus in linea recta loquuntur, & horum quoque interfectores, etsi parricidarum appellatione complectantur, solo tamen gladio puniunt, nec de exasperatione quidquam habent. Exasperationem hanc demum *articulus Carolinus* 137. verbis: **nahen gesipten Freunden**; addidit. At enim vero etiam hic articulus ad solos consanguineos pertinet, nec ad affines extendi potest. Equidem *Wachterus in Glossario Germanico* art. *Sippe* vocem *Sippe*, latine cognationem, affinitatem, & *angesippet* agnatum affinitate junctum vertit. Sed vellem, Wachterus nobis locum ex priscis juribus aut probatis auctoribus Germanicis pro doctrina sua stabilienda commemorasset. Ego illum nondum adhuc, sed contrarium potius, semper scilicet die Sippe der Schwägerschaft opponi, inveni. Vide modo *Speculum Saxonicum lib.* 1. *art.* 3. *&* 17. ubi die Sippe in septimo gradu cognationis finiri nec ultra extendi dicitur. Trahi huc forsan posset *cap.* 370. *n.* 5. *Juris Alamannici*, in quo sic compilator: *als ferr du dein selbs Sippe meiden solt, zu der vierdten Sippe, als ferr du solt auch meiden zu der Ehe, alle die Menschen, die dem gesippet sint, bey dem du nun einmahl gelegen bist, zu der Ehe, oder zu der Unehe, und das heisset schwägerlich Sippe.* Verum hæc ipsa verba satis ostendunt, affinitatem a cognatione, der Sippe, diversam esse, neque hac voce aliter, quam si;

si: schwägerlich; addas, comprehendi. Repeto ergo, quod supra jam dixi, *Carpzovii* auctoritatem unicam esse, in qua sententia Helmstadiensis nitatur, legem. Sed ait: quis unquam, malum, Carpzovio legislatoriam potestatem dedit? Respondeo: usus fori in tota Germania. Dici nempe non potest, quantopere *Carpzovius* auctoritate sua terras juris Saxonici electoralis extenderit. Multa ille in *Jurisprudentia* sua *criminali* mere ex legibus Saxonicis electoralibus docet ac decidit, quæ in jure communi indecisa relicta atque aliquando etiam aliter decisa sunt. Vulgus Doctorum vero opiniones saltem Carpzovii inspicit, & tantum virum sine lege loquutum non fuisse, persuasum, leges & rationes ab illo subjectas nec legit quidem, nedum considerat, sed lectores suos simpliciter ad Carpzovium ablegat. Exscribunt hoc alii ex aliis, & sic tandem lex Saxoniæ electoralis, unicum doctrinæ Carpzovianæ fundamentum, fit lex Germaniæ universalis. Exemplum jam supra in *Specimine de Incestu, medit.* 9. commemoratur. Addo nunc aliud: *Const. elect. Sax.* 3. *P.* 4. pœnam eorum, qui adfines occidunt, exasperari jubet. Ex hac lege *Carpzovius in Quæst. crim.* 13. *n.* 30. G. L. quendam, qui sororis maritum, affinem suum, occiderat, a Scabinis Lipsiensibus punitum fuisse, narrat, & legem istam Saxonicam ex jure communi illustrat, decepitque per hoc interpretes alios, ut, quod juris Saxonici electoralis tantum est, juri communi adscripserint, erroremque suum longa observantia tribunalibus & collegiis obtruserint.

XIV.

Conatus parricidii ultimo supplicio punitur;

XV.

Non tamen aliter, quam si grave damnum parenti illatum est.

Lex

Lex Pompeja parricidii pœnam in eos non solum, qui pergerunt facinus, sed & qui conati saltem sunt, statuit, *L. 1. in fine de L. Pompeja de parricid.* ubi, qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare, ejus legis pœna adficitur. In quem locum sic commentatur *Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 6. *cap.* 1. *n.* 7. *pag.* 578. 579: *Nec distinguo, utrum ad actum proximum an remotum perventum fuerit: emere enim venenum, non actus proximus, sed remotus est: tamen ad emtionem legis pœna porrigitur. Ac licet generali consuetudine legibus Romanis derogatum sit, nec puniatur conatus cædis ordinaria pœna, sed mitius extra ordinem: ea tamen consuetudo ad parricidium non est extendenda, quoniam gravissimum crimen est, & ut Ciceronis verbis utar, scelestum ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Ad gravissima autem crimina consuetudinem non pertinere, communis schola recte docuit. Accedit, quod lex divina Exod. 21. v. 15. & 17. non eum duntaxat mori jusserit, qui occiderit, sed & qui verberaverit; imo qui maledixerit parentibus: quanto magis, qui perimere conatus fuerit? Summopere igitur laudandus Plato, qui lib. 9. de Legib. quamlibet vetuisset vulnus occidendi animo illatum morte puniri, tamen filium, servum, fratrem, conjugem ob solum conatum capite plecti jussit.* Consentio cum Matthæi, sed non per omnia. Est utique attentatum parricidium ultimo supplicio puniendum, sed non aliter, quam si ad actum proximum venerit, atque præterea damnum grave illatum sit. Facit, ut sic sentiam, *articulus Carolinus* 178. qui **Straff unterstandener Missethat** inscribitur, atque conatum etiam morte, **Leib oder Leben**, puniri permittit, addito tamen hoc temperamento: **Solcher böser Will, daraus etliche böse Werck, als obstehet, folgen, ist peinlich zu straffen, aber in einem Fall härter,**

ter, denn in dem andern, angesehen Gelegenheit und Gestalt der Sachen. Vti ergo conatuum, ita & pœnarum gradus constituendi sunt. Infimus est, quem memorat Seneca *lib. 7. controvers. 3.* de filio, qui a patre in secreta domus parte medicamentum terens deprehensus, &, quid esset, interrogatus: venenum; dixit, ac effudit. Hunc nos, si patri id venenum parasse convictus fuisset, forsan perpetuo exilio punivissemus, Augustum imitati, qui apud Senecam *lib. 1. de Clementia cap.* 16. T. Arii filium, in parricidio deprehensum, relegavit. *Non culleum*, inquit Seneca, *non serpentes, non carcerem, decrevit, sed mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem dixit, in filio adolescentulo, impulso in id scelus, in quo se, quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset: debere illum ab urbe & a parentis oculis submoveri.* Gravius peccaverat maritus, quo propinante uxor venenum hauserat, sed vomitu confestim iterum sine valetudinis detrimento rejecerat, atque nunc ipsa pro reo intercedebat. Hunc JCti Helmstadienses mense Junio anni 1713. in perpetuum exilium egerunt, virgarum vero ictum, quem ille etiam meruerat, ob enixam ipsius uxoris deprecationem sic remiserunt, ut tamen reum adpensis virgis publice e civitate educi juberent. Gravissimum crimen erat filii, qui patri venenum miscuerat, quod tamen non pater, sed mater imprudens sumserat, atque ex hoc in lethalem morbum inciderat, & ægre per medicos sanata fuerat. Hunc JCti Helmstadienses mense Martio anni cIↄ Iↄ CCXVII. ultimo supplicio adfecerunt: Dieweil Heinrich Rohlcke theils geständig, theils genugsam überführet ist, daß er, seinen leiblichen Vater zu vergiften, Ratzen-Kraut in die Suppe gethan, und dadurch seiner Mutter, welche von solcher Suppe gegessen, eine heftige Kranckheit zugezogen,

gen, so wird er solcher Mishandlung halber mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil Inquisit durch Zeugen und andere darzu kommende Umstände völlig überzeuget ist, daß er das Ratten-Pulver, in der Meynung den Vater zu vergiften, in die Suppe geworfen, und daß die Mutter, als der Vater nicht davon essen wollen, selbigen gegessen, und tödtlich kranck, auch kaum durch eingegebene Artzeney gerettet worden, und die Rechte und Rechts-Lehrer auf einen, sonderlich durch Gift intendirten Vater-Mord, wenn einiger effectus bereits gefolget, die Lebens-Strafe setzen; So haben wir dem Inquisiten Nöhlcken das Schwerdt zuerkannt. Idem fecerunt Scabini Vitembergenses mense Julio anni cIↃ IↃ CCXXXVIII: Hat Inquisitin sowol summarisch als Artickels-weise in Güte bekannt, daß sie in der Absicht, ihren Ehe-Mann zu tödten, Gift einmal in Grütze, und das zweytemal in eine Mehl-Suppe gethan, die Grütze ihrem Ehe-Manne zu essen gegeben, auch dessen Vater davon essen lassen, und die Mehl-Suppe dem Ehe-Manne zum Frühstükke gebracht, da denn der Ehe-Mann zweymal, dessen Vater aber einmal sehr kranck worden, und sich heftig gebrochen. Nun scheinet zwar der Inquisitin zu statten zu kommen, daß der Tod wenigstens noch zur Zeit nicht erfolget, demnach das Verbrechen nicht vollbracht, sondern nur versuchet und attentirt worden, mithin die ordentliche Strafe abgehe, endlich der Inquisitin freywilliges Bekänntniß und sonst geführtes gutes Leben einiges Mitleiden verdiene, folglich es das Ansehen gewinnet, ob sey sie nur ausserordentlich mit Gefängnisse, oder höchstens zeitlichen Landes-Verweisung zu bestrafen. Alldieweil aber allhier zwey der allergröbsten Verbrechen, nemlich ein parricidium und veneficium, zusammen kommen, auf deren jedes absonderlich die Rechte die Strafe des Ertränckens, des Rades, und des

des Feuers, setzen, und zwar diese harte Strafen, in Ansehung des noch nicht erfolgten Todes, hinweg fallen, gleichwol die aufserordentliche Strafe nicht wol geringer, als das Schwerdt, seyn kan, da das dem Ehe-Manne beygebrachte Gift einen so entsetzlichen Effect gehabt, und nach der Inquisitin eigenen Aussage derselbe kranck und miserabel lieget, auch weder Hand noch Fuß brauchen kan, nach des Medici Urtheile ihm wol weiter nicht zu helfen ist, und besage Requisition-Schreibens er gantz miserable und contract darnieder lieget; Bey welcher Bewandniß es mit der Strafe des Schwerdts um so viel weniger Zweifel hat, als die Peinlige Halß-Gerichts-Ordnung *art.* 130. denjenigen, welcher den andern durch Gift auch nur am Leibe beschädiget, ordentlich zu strafen anbefiehlet, und eben diese Peinlige Halß-Gerichts-Ordnung *art.* 178. bloß unterstandene Missethaten an Leib und Leben zu strafen, verordnet, überdis die Civil-Rechte in *L.* 1. *in fine de L. Pompeja de parricid.* den blossen conatum parricidii gleich einer Mordthat bestrafen, welches auch bewährte Rechts-Lehrer, *Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 6. *cap.* 1. *n.* 7. *pag.* 578. 579. *Damhouderus in Praxi rerum crim. cap.* 89. *n.* 5. *Berlichius P.* 4. *Concl.* 6. *n.* 46. *seqq.* und andere mehr bezeugen, im übrigen der Inquisitin äuserste Bosheit, da sie ihrem Ehe-Manne zweymal hinter einander Gift beygebracht, und zur Verheelung des Delicti die Grütze weggeschüttet, sie alles Mitleidens unwürdig machet; So ist Inquisitin, Magdalena Marcußin, daferne sie bey ihrem gethanen Bekäntnisse vor öffentlich gehegtem hochnothpeinlichen Halß-Gerichte nochmals freywillig verharret, oder des sonst wie recht überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen. V. R. W. Adsentiunt nobis hac in parte *Damhouderus in Praxi rerum crim. cap.* 89. *n.* 5. *Berlichius P.* 4. *Concl.* 6. *n.* 46. *sqq.* & alii.

XVI.

Pulſatio parentum, ſi non parricidium proprie dictum, ſaltem cognatum parricidio crimen eſt,

XVII.

Ac gravius, quam communiter ex uſu fori fit, puniri debebat.

Pulſatio patris, ſi vim vocis ſpectas, parricidium appellari poteſt, atque ita etiam a Seneca *lib.* 9. *controverſia* 4. appellatur, a nobis tamen, ne acerbiores videamur, ſaltem vicinum & cognatum parricidio crimen dicetur. In hoc crimen mortis pœnam ſancit lex regia apud Feſtum *de Verborum ſignificatione, voce: Plorare;* ſive illa, ut communiter legitur, Servium Tullium, ſive ex *caſtigatione Joſephi Scaligeri, pag.* 125. Romulum auctorem habeat. Juſtiſſime. Jam ante Romulum Deus *Exodi XXI,* 15. idem fecerat, quin imo ultimum ſupplicium in ſimplicia maledicta ſtatuerat, *Leviticorum XX,* 9. quod ultimum Chriſtus *Matthæi XV,* 4. repetit ac probat. Ea repetitio legis univerſalis divinæ vim habere, & chriſtianos quoque obligare videtur, ut in *Specimine DXLIII. de Satisfactione privata in injuriis, medit.* 3. dictum. Sed quidquid ſit de maledictis, in verberibus parenti inflictis puniendis juſto lenior eſt profecto uſus fori, qui, teſte *Carpzovio Quæſt. crim.* 100. *n.* 44. ultra relegationem non progreditur. Oportebat atrociſſimum hoc crimen, a quo natura abhorret, & in quod nemo, niſi qui humanitatem omnem exuit, incidere poteſt, vel ultimo ſupplicio ſecundum legem divinam, vel, ad exemplum legum a Seneca *lib.* 9. *controv.* 4. & Dœplero im Schauplatze derer Leibes- und Lebensſtraffen *Part. I. cap.* 50. memoratarum, amputatione manus, vel ſaltem fuſtium virgarumve ictu, puniri.

XVIII.

XVIII.

Vetus verbum: adultera, ergo venefica; explicatur.

XIX.

Ex adulterio uxoris, cujus maritus occisus reperitur, legitima parricidii suspicio nascitur.

XX.

Idem adulterium etiam adulterum de conscientia parricidii suspectum facit.

M. Cato apud *Quintil. Instit. orat. lib. 5. cap. 11. p. 305.* nullam adulteram non eandem esse veneficam dixit. Quod Catonis dictum mirifice & prorsus juridice commentatur *Bayle in Dictionaire historique & critique, art. Porcius lib. Q. pag. 2492: Quintilien a raison de croire, que cette sentence de Caton étoit de poids dans les causes qu'il specifie, mais generalement parlant elle n'est pas recevable. S'il est constant qu'un mari est mort de poison, & que sa femme avoit commis adultere, ceux, qui la croient coupable de la mort de son mari, se fondent sur de fortes presomptions, & ils peuvent alleguer son adultere comme un très-bon prejugé; mais si l'on vouloit conclure sans exception, que puisqu'une femme n'est point fidelle à son mari elle l'empoisonnera, l'on se tromperoit. Il y a bien de telles femmes, qui sont bonnes envers leurs maris, & qui ont beaucoup de soin d'eux quand ils sont malades, & qui en un mot ne voudroient aucunement les empoisonner, quoi qu'ils fussent un peu de mauvaise humeur.* Et hanc ipsam non Catonis saltem mentem, sed sententiam toto foro Romano receptam fuisse, Seneca *lib. 7. controv. 3.* testatur, ubi conjecturalem controversiam esse solere dicit inter duo crimina, quum alterum probamus, ut id alterius

fiat probatio: tanquam quum dicimus, adulteram fuisse, ut credatur etiam propter hoc venefica. Verum etsi nec Cato nec Seneca hoc dicerent, ipsa recta ratio id firmat, & nos, ut sic judicemus, movet. Decesserat ante aliquot annos sacerdos, manifestis ex relatione medicorum cruditatis & veneni signis. De auctore propinati veneni non satis constabat. Aderant tamen conjecturæ aliquot adversus uxorem defuncti, atque inter has hæc fere fortissima, quod illa cum servulo suo plus, quam familiariter, vixisset, ac suspicionem adulterii apud omnes incurrisset, aversumque a marito, istam familiaritatem sæpe indignante, animum multis indiciis ostendisset. Judex nihilominus, an hæ conjecturæ ad viduam in vincula conjiciendam & solemniter interrogandam sufficerent, dubitabat, & mense Aprili anni CIↃ IↃ CCXXXII. Scabinos Vitembergenses consulebat, qui ratiocinii istius apud Quintilianum & Senecam: *adultera, ergo venefica;* memores sic responderunt: Als derselbe uns gehaltene gerichtliche Registraturen, des Pfarrers zu H. Christians, plötzliches Absterben betreffende, zugeschicket ꝛc. Daß nunmehr wider Louisen mit der Special-Inquisition zu verfahren, dieselbe zufoderst in sichere Verhaft zu bringen, der bey dem Pfarrer dienende Knecht summarisch, jedoch ernstlich, wegen der mit der Louisen gepflogenen Vertraulichkeit, und ob sie ihm etwas von einigem Vornehmen wider ihres Mannes Leben entdecket, zu befragen, sie selbst auf Inquisitional-Artickel zu vernehmen, über dasjenige, was sie verneinet, Zeugen mittelst Eydes abzuhören, auch, da nöthig, nebst vorgedachtem Knechte mit ihr zu confrontiren, worauf, und wenn sie mit ihrer Defension, im Fall sie solche verlanget, eingekommen, ferner ergehet, was recht ist. V. R. W. Paret quidem judex, sed ream, quæ jurisdictionem ejus

agno-

agnoſcere detrectabat, alii judici exhibere a principe juſſus, judicium contra ſolum ſervulum continuat. Hic vero, etſi omnia negaret, quod ad adulterium tamen tot indiciis premebatur, ut fere convictus videretur. Itaque Scabini Vitembergenſes, iterum menſe Januario anni cIↄ Iↄ CCXXXIII. conſulti, equuleum unanimiter decernunt, de eo ſaltem diſceptant, utrum quæſtio ſaltem ſuper adulterio, an etiam ſuper veneficio, habenda eſſet. Neque enim in actis quidquam, quod hominem veneficii coargueret, apparebat. Verum illa ipſa quotidiana cum defuncti uxore conſuetudo & ſumma familiaritas, uti adulterium, ita, etſi non veneficium ipſum, conſcientiam tamen veneficii, ab uxore veriſimiliter commiſſi, arguebat. Placuit ergo, interrogationem per tormenta ad conſcientiam veneficii extendi: Kommt Inquiſit Benedict in Verdacht, daß er mit Louiſen, ſowol in ihrem ledigen Stande, als, da ſie mit dem nunmehr verſtorbenen Pfarrer Chriſtianen verheyrathet geweſen, Unzucht und Ehebruch getrieben, auch an der Vergiftung dieſes Chriſtians durch Rath oder Hülfe einigen Theil genommen. Ob er nun wol dieſes alles läugnet, und inſonderheit wegen der Vergiftung faſt gar keine Anzeigungen gegen ihn vorhanden ſeynd, wegen des Ehebruchs hingegen klärlich erhellet, daß nicht er der Louiſen, ſondern die Louiſe ihm nachgelaufen, und er ihr zuweilen ſelbſt deshalben zugeredet; Alldieweil aber unterſchiedene unverdächtige, und nachgehends mit dem Eyde belegte Zeugen aus- und theils bey der Confrontation dem Inquiſiten unter die Augen ſagen, daß er gantze Nächte bey der damaligen Jungfer Louiſen in der Cammer zugebracht, auch einmal, als ihre Mutter darzu gekommen, ſich unter das Bette verſtecket, und, wie er ſelbſt zugeſtehet, mit Eſſen und Trincken von ihrem Tiſche verſorget worden,

den, hiernächst nach ihrer Verheyrathung öfters vertraulich mit ihr umgegangen, des Nachts mit ihr gefahren, von der ordentlichen Strasse abgewichen, und wider allen Wohlstand sich zu ihr in den Wagen gesetzet, welches er selbst nicht abläugnet, und blos mit der Trunckenheit entschuldiget, mit ihr in der Schencke gegessen, getruncken und Toback gerauchet, welches er wiederum einräumet, viel von ihr zugestecket bekommen, sich mit ihr verschlossen, alle Nächte, in welchen die Louise in S. gewesen, bey ihr in der Cammer zugebracht, endlich, was Christians Vergiftung betrift, Inquisit selbst bekennet, die Louise habe ihm ihren Wiederwillen gegen ihren Mann vertrauet; So ist Inquisit vor unschuldig nicht zu achten: Diesemnach, wenn er sein Bekänntniß richtiger zu thun sich ferner verweigert, dem Scharf-Richter dergestalt zu untergeben, daß er ihn ausziehe, zur Leiter führe, die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorzeige, die Daumstöcke anlege und damit zuschraube, es jedoch vor dieses mal dabey lasse, und mit Inquisiten nichts weiter vornehme, wobey denn dieser mit allem Ernste zu befragen: Ob er mit der Louisen, als sie noch ledig gewesen, Unzucht getrieben? Ob er nach ihrer Verheyrathung sich fleischlich mit ihr vermischet? Ob er den Ehebruch mit ihr würcklich vollbracht, und den Saamen in ihren Leib laufen lassen? Ferner, wenn er es zum Angriffe kommen lässet: Ob er, daß die Louise ihrem Manne Gift beybringen wolle, gewust? Ob er Rath und Anschläge darzu gegeben? Ob er dabey behülflich gewesen? Wenn nun seine Aussage, und wie er sich darbey gebehrdet, mit Fleiß zu den Acten verzeichnet, und mit diesen hinwiederum verschicket wird, so ergehet in der Sache ferner, was recht ist.

CO-

COROLLAR.

I. Culeus seu culleus, nam utrumque recte scribitur, saccus fuit ex corio bovino factus. *Juvenalis Satyra XIII. v.155: Et deducendum corio bovis in mare, cum quo clauditur adversis innoxia simia fatis.* Consentiunt omnes, præter unicum *Isidorum*, qui in *Glossario; Culleus*, ait, *tunica ex spartho in modum crumenæ facta, quæ linebatur a populo pice & bitumine, in qua includebantur parricidæ cum simia, serpente & gallo insuta mittebatur in mare: & contendentibus inter se animantibus, homo majoribus pœnis afficiebatur.* Ego vero, an Glossarium Isidori, cui vulgo adscribitur, sit, dubitavi semper, & hoc tandem loco, id ejus non esse, plene convincor. Idem enim *Isidorus lib. 5. Originum cap. 27. Culeus*, inquit, *est parricidale vasculum ab occulendo, id est claudendo dictum. Est autem uter ex corio factus, in quo parricidæ cum simia & gallo & serpente inclusi, in mare præcipitantur.* Alius ergo, quam Isidorus, Glossarii auctor culeum cum tunica illa molesta, qua Nero christianos necavit, alimentis ignium, ut *Seneca epist.* 14. ait, & illita & intexta, confudit.

II. In *tomo XV. Tractatus tractatuum Part. 1. fol.* 368 exhibentur *taxæ cancellariæ cameræ apostolicæ*, atquæ *fol.* 377. absolutio pro eo, qui occidit patrem aut matrem, dummodo sit laicus, æstimatur uno ducato, sex carolinis. Memorat hoc *Cyprianus* **in der** *Historia* **der Augspurgischen** *Confession cap.* 1. §. *ult. pag.* 14. miraturque tam vile pretium. Ego contra, grandem nimis pecuniam exigi, dico. De mulcta enim, vel alia pœna humana, quæ magistratuum judicio relinquitur, nulla ibi quæstio est, sed de remissione offensæ divinæ, quam, si justa pœnitentia præcessit, gratuitam esse, nec pretio redimi, conveniebat.

III. Quod in principio dixi, pœnam culei non esse duram, in eo non solum mecum consentiunt, sed & longius progrediuntur Galli, atque pœnam culei, tanquam lenem nimis, negligunt, & asperiorem substituunt. Testis est *Bodinus*, qui *in Dæmonomania lib.* 4. *cap.* 5. *pag.* 375: *Plurimum*, inquit, *apud veteres fuit dubitatum, quod genus mortis in eum institueretur, qui patrem aut matrem occidisset: ut ex lege Pompeja in parricidas constat, cuius novum & accuratum supplicium lenius postea visum est. Quamobrem Tarquezium majorem, qui parentum suum Pictaviensem Electum occidi curaverat, Curia Parlamenti voluit discerpi candente forfice, diffringi artus ad rotam, ac postremo concremari: etsi ne hoc quidem pacto condignas pro merito pœnas is perferre videbatur, qui vitam ademit ei, a quo acceperat.*

SPECIMEN DCXI.

AD LIB. XLVIII. TIT. IX.

DE

INFANTICIDIO.

I.

Infanticidium levius delictum est, quam cædes parentum.

II.

Plerorumque infanticidiorum caussa est conservatio existimationis & metus infamiæ.

III.

Infanticidia parentibus apud priscos Romanos licita fuerunt, & quidem in infantibus recens natis sine caussa.

IV.

IV.

Liberis vero adultis ſupplicium non aliter, quam cauſſa privatim cognita, irrogari poterat.

V.

Primus Alexander Severus, liberos adultos privatim necari, vetuit;

VI.

Pœnam tamen capitalem non addidit, nec de infantibus jus vetus mutavit.

VII.

Tandem Conſtantinus M. utrumque ſupplevit, & pœnam culei in omne infanticidium conſtituit;

VIII.

Quæ pœna quod ad illos, qui infantes recens natos propter infamiæ metum necant, duriuſcula eſt, atque adeo commoda interpretatione mollienda.

IX.

At, qui liberos ſuos lucri vel libidinis cauſſa interficiunt, veniam nullam merentur.

Mirabuntur aliqui, me, poſtquam de parricidio accurate egi, nunc peculiarem infanticidii, quod ſub parricidio, tanquam genere ſuo, comprehenditur, tractationem ſuſcipere, atque ſic infanticidium a parricidio quodammodo ſeparare. Sed habeo ejus rei graviſſimas rationes. Non ignoro quidem, infanticidium eſſe parricidium, & ſimili ſupplicio cum hoc puniri. At novum hoc eſt, & veteribus incognitum. In priſca nempe Romanorum republica parentes jus vitæ & necis in liberos

ros habuerunt. Igitur parentes propter liberorum cædem punitos fuisse, non legimus. Id saltem necessum erat, ut parentes liberos jam adultos, si deliquerant, non per insidias, sed caussa privatim, adhibito amicorum & propinquorum consilio, cognita, necarent; cujus rei exempla vide in *Valerio Maximo lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 2,3. & *Suetonio in Augusto cap.* 33. Quamobrem Adrianus in *L.* 5. *de L. Pompeja de parric.* patrem deportavit, non quod filium, novercam adulterantem, necasset, sed quod in venatione latronis magis, quam patris jure hoc fecisset. Perdurasse hoc parentum jus adhuc Papiniani tempore, ipse Papinianus in libro de Adulteriis testatur tribus locis, quæ excerpta vide *Collatione legum Judaicarum & Romanarum tit. IV.* Primus hoc jus temperavit humanissimus princeps, Alexander Severus, ac in *L.* 3. *C. de Patria potestate* circa infantes quidem recens natos nihil ex jure vetere mutavit, sed saltem patrem, acriore remedio adversus liberos adultos usurum, ipsum judicare vetat, verum hos præsidi provinciæ, sententiam, quam pater velit, dicturo, offerre jubet. An & quam pœnam huic novæ legi adjecerit, non constat. Vniversale tamen id jus fuit. Nam ab Alexandri temporibus JCti aliter, quam soliti fuerant, respondere ceperunt. Paulus *in fine legis* 11. *de Liberis & posthumis*, non licere, sed licuisse, parentibus, liberos occidere, dicit; & clarius Vlpianus, primarius Alexandri minister, in *L.* 2. *ad L. Cornel. de sicariis* constitutionem Alexandri repetit, pœnam tamen non commemorat. Tandem Constantinus M. quod deerat Alexandri constitutioni, supplevit, & liberos omnes tam adultos, quam teneros, occidi vetuit, atque certam in cunctos infanticidas pœnam sancivit, eandem scilicet, qua majores parentum occisores adfecerant, *L. un. C. de his, qui parentes vel liberos.* Est illa in cæde parentum terribilis & gravis,

gravis, non dura tamen, ſed juſta, æqua, bona, quemadmodum *in Specimine de parricidio* oſtendi. Verum in liberorum cæde duriuſcula eſt. Vtrobique naturæ vinculum violatur & rumpitur, at a liberis; qui parentes interficiunt, majore feritate & improbitate. Hic enim ad naturale illud vinculum accedit lex gratitudinis, quæ liberos parentibus ob innumera beneficia & vitam ipſam, quam ab iis acceperunt, arctiſſime, parentes liberis plane non obſtringit. Deinde cauſſa, quæ liberos in cædem parentum impellit, turpiſſima eſt, nec ullo modo excuſabilis. Eſt enim ea fere ſemper lucri & potiundæ ante diem hereditatis cupido, ut adeo parricidium in parentes cum latrocinio conjunctum ſit. E contra parentes ex liberorum nece lucrum nullum ſperant, quin inviti plerumque & illacrymantes hoc facinus perpetrant. Quamdiu collegiis juridicis adſideo, non recordor, menſem ullum præteriiſſe, in quo non ter, bis, vel ſemel ſaltem, de pœna parentum, qui liberos necarint, fuerimus conſulti. Atque tamen tot cædium unicus fons unica ſemper cauſſa fuit, exiſtimationis & honoris ſui conſervatio. Habent ergo parricidia in liberos communem cum fortitudine, fidelitate, temperantia, liberalitate, ac multis aliis virtutibus originem. Vident nempe adulteri, adulteræ, ſtupratores, viduæ ac virgines vitiatæ, matresve earum, ſe vel natas ſuas, ſi crimen pateſcat, non ſolum familiæ ſuæ horrori & dedecori futuros, ſed & extra familiam æterno opprobrio & nunquam abolenda infamia notatum, ex honeſtis collegiis ejectum, dignitatibus privatum, ludibrio & riſui plebis in templis per pœnitentiam publicam expoſitum &c. iri. Vident, inquam, hoc, &, quum aliud tot malis remedium non reperiunt, malunt cæde infantum propriam vitam ſuam in diſcrimen mittere, quam certam infamiam ſubire. Hic ergo infa-

miæ metus, per se laudabilis, unice fere infanticidia parit, ut adeo non temere *in Specimine de Infamia stupri abolenda, medit.* 8. infamiam & pœnitentiam publicam, quæ a veterum christianorum pœnitentia publica prorsus degeneravit, in stuprum sancitam, aboleri suaserim. Quam diu hoc non fit, infanticidæ aliqua misericordia digni sunt, eatenus saltem, ut dira illa culei pœna facilius in iis, quam in parentum occisoribus, commoda interpretatione molliri ac, si modo aliquid non prorsus fatuum pro iis allegetur, in gladium verti queat. Loquor, ut unusquisque videt, de cæde infantum recens natorum, quæ pro honore servando peragitur. Nam si quis parens, spe opum, vel libidine inductus, liberos necet, hunc ego tantum abest, ut a culeo absolvam, ut atrociori etiam supplicio, si quod excogitari potest, subdi mallem. Nullam profecto misericordiam meretur Pontia, quam *Juvenalis in Satyra VI. v.* 640. sævissimam viperam appellat, atque binos filios suos, quorum opimæ hereditati inhiabat, veneno in una cœna sustulisse, narrat. Indignæ quoque sunt venia omni matres, quæ, secundum *L.* 22. *C. de Administr. tut.* secundo nubentes, novis maritis non solum res liberorum, sed etiam vitam addicunt, & magis illæ, quæ dum liberos prioris tori sibi, ne novam nubendi conditionem reperiant, obstaculo esse animadvertunt, hos e medio tollunt.

X.

Corpus delicti in infanticidio plus difficultatis & dubii, quam in aliis criminibus, habet;

XI.

Quoniam ad ea, quæ generaliter in omni crimine, & speiatim in homicidio investigando desiderantur, hic singularia quædam accedunt.

XII.

XII.

Cadavera infantum occiſorum facilius, quam adultorum, abolentur.

XIII.

Qua tamen abolitione non obſtante, ad corpus delicti, atque adeo ad tormenta & ultimum ſupplicium perveniri poteſt.

Nullius criminis perſequutio difficilior eſt, quam infanticidii. Multa eam morantur; ſed inprimis incertitudo corporis delicti. Ea fere ſemper a defenſoribus infanticidarum obtenditur, atque pleraſque reas meritiſſimo ſupplicio eximit. Cujus rei cauſſa hæc eſt: In omnibus criminibus ſiquidem ultimum ſupplicium aut tormenta decernenda ſunt, judicem ante omnia de corpore delicti ſolicitum eſſe, hoc eſt, num crimen vere commiſſum ſit, inveſtigare oportet. Spontaneæ enim reorum confeſſiones, ſi nulla alia probatio religionem cognoſcentis inſtruat, pro exploratis facinoribus haberi non debent, *L.* 1. §. 17. *de Quaſtionibus, C. Elect. Saxon.* 33. *Part.* 4. Magna hic ſemper circumſpectione opus, ne judex quid neglexiſſe, aut perperam feciſſe dici poſſit. Advocati enim, qui defendendis reis adhibentur, hic lynceos oculos habent, &, quantacunque ſolicitudine judex verſatus ſit, tamen aliquid, quo corpus delicti convellant, exculpunt, & ſive bene ſive male opponunt. Vide *Specimen DLXI. de Corpore delicti, medit.* 4. Sed hæc communis difficultas augetur in homicidio, ad cujus certitudinem inveſtigandam plura, quam in aliis criminibus, tam in *articulo Carolino* 149. quam ab interpretibus hujus articuli, deſiderantur. Qua de re etiam in peculiari *Specimine: Quouſque defectus in corpore delicti pœnam homicidii mitiget*, dictum. Quæ igitur generaliter in omni crimine,

mine, deinde singulatim in homicidio ad corpus delicti requiruntur, cuncta quoque in infanticidio, quod & crimen & homicidium est, necessaria sunt. Accedunt vero ad infanticidium singularia nonnulla, quæ corpus delicti in eo magis dubium & incertum, quam in aliis criminibus, aut in simplici homicidio ac parricidio proprie dicto, reddunt. Prima & præcipua infanticidarum cura est, ut corpus delicti aboleant, hoc est, omne vestigium puerperii sui & facti improbi deleant. Igitur cadaver vel in profluentem abjiciunt, vel flammis absumunt, vel calce viva exurunt, vel canibus vorandum objiciunt, vel in frusta sectum dispergunt. Est hoc facilius in teneris & exiguis corpusculis, quam in adultis. Sed quia tamen nonnunquam idem in majoribus corporibus, etsi raro, fit, ha[illegible] re jam in memorato *Specimine*, *Quousque defectus in corpore delicti pœnam homicidii mitiget*, *medit*. 2. 3. 4. actum. Scilicet, quando cadaver infantis vel alius hominis occisi nuspiam apparet, gravissimæ suspiciones, quod reus illum occiderit, & cadaver aboleverit, pro corpore delicti sunt, atque non solum torturæ locum faciunt, sed &, si reus factum confiteatur, ad ultimum supplicium irrogandum sufficiunt, *arg. art.* 6. *Constit. Carolinæ*, verbis: **so viel möglich und nach Gestalt und Gelegenheit einer jeden Sache geschehen kan.**

XIV.

Præcipuum in investigatione infanticidii obstaculum facit dubitatio de vita infantis in nativitate;

XV.

Quam medicorum artificium pulmoneum non satis tollit,

XVI.

Quin hoc nec ad tormenta decernenda sufficit, nisi aliis gravibus suspicionibus, quod infans vixerit, fulciatur.

XVII.

Quando verisimiles in utramque partem conjecturæ apparent, potius ad jusjurandum devenitur.

Alterum singulare, quod investigationem corporis delicti in infanticidio difficilem reddit, est dubitatio de vita infantis. In ceteris nempe homicidiis ac parricidiis, siquidem corpus neci datum reperitur, quin id ante animatum fuerit, dubitari nequit. At in infante secus est. Novi exemplum, ubi mulier infanticidii accusabatur. Ipsa facinus confessa erat, aderat mortuus infans, vulnus lethale illi inflictum apparebat. Quis igitur de corpore delicti dubitasset? Dubitabatur tamen. Forsan, ajebant nonnulli, infans mortuus est ante nativitatem, vel in ipsa nativitate, atque mulier ejus rei ignara vulnus mortuo jam infanti intulit. Igitur necessarium ante omnia putabant, ut mulier per tormenta interrogaretur, ex quibus indiciis ipsa certo sciret, infantem, quem se manu sua peremisse dicebat, vixisse. Quum vero illa nullum indicium afferre posset, ab ultimo supplicio liberata est. Atque hoc quotidie evenit, ut pessimæ parricidæ propter hanc incertitudinem, an infans vixerit, a supplicio liberentur, & dirissimum facinus virgarum ictu luant; quod ipsum alias, ut similem fortunam tentent, excitat. Nec remedium tanti mali in promtu est. Sed, ais, cur non ad medicos confugitis, atque horum judicium exploratis? Facimus hoc sat sæpe. Plerumque vero nobis cum *Terentio* dicendum est: *Fecistis probe; incertior sum multum, quam dudum.* Ab initio illi magnifice de artificio singulari, quod supra captum nostrum sit, quodque die Lungenprobe appellant, loquuntur. Pulmones nempe infanti mortuo exscindunt, atque in

aquam conjiciunt, & sollicite, num illi supernatent, an demergantur, spectant, hoc nobis postea renunciant, & inde conjecturam, vixeritne infans, an mortuus in lucem venerit, faciunt, hancque conjecturam multis infallibilem videri, perhibent, sed tamen, multos etiam celeberrimos medicos eam flocci facere & ridere, fatentur, ac tandem, argumentum hoc, si non omnino certum, tamen non prorsus spernendum esse, addunt. Istiusmodi ambiguis medicorum responsis homines immolare, non audemus, quin nec tormenta semper ex iis decernimus, sed reas nonnunquam ad jurandum saltem adigimus, inprimis, quando ex circumstantia aliqua, infantem forsan non vixisse, probabile est. Ad tormenta quippe, fallax illud & fragile remedium, nunquam descendit cordatus judex, nisi de veritate criminis, quod ad conscientiam suam, fere convictus nihil superesse videt, quam, ut reus etiam juridice convincatur, ac confessione sua probationes, quæ secundum jura ad condemnationem non sufficiunt, suppleat. Nunquam ergo equuleo subjicit reum, quando verisimiles in utramque partem conjecturæ apparent, id quod etiam *articulis Carolinis* 28. & 131. optime convenit. Moti hac ratione JCti Vitembergenses sic mense Junio anni cIↃ IↃ CCXXXV. responderunt: Dieweil bey Untersuchung eines Kinder-Mords auf die Peinlichkeit nicht zu erkennen ist, es sey denn eine wenigstens moralische und sehr wahrscheinliche Gewißheit, daß das Kind lebendig zur Welt gekommen, vorhanden, und denn Inquisitin davon nichts wissen will, auch der medicinische Bericht solches in Zweifel lässet, überdis Anna Maria Klinckin, welche doch bey dem Bette der Inquisitin, als diese das Kind bekommen, gesessen, keinen Laut von selbigem gehöret, diesemnach fast glaub-

glaublicher ist, daß das Kind todt zur Welt gekommen; So muß Inquisitin vor allen Dingen, nach vorgehender scharfen Verwarnung vor der harten Strafe des Meineydes, in Beyseyn eines Geistlichen, sich eydlich reinigen, und, daß sie von ihrem zur Welt gebrachten Kinde kein Geschrey noch Laut gehöret, noch einiges Athemhohlen an selbigen verspüret, also nicht wisse, ob es lebendig oder todt zur Welt gekommen, schwören. Sie thue nun solches oder nicht, so ergehet nichts destoweniger ihrer Bestrafung halber auch sonst in der Sache, was recht ist. V. R. W.

XVIII.

Lex Gallica, ut sola celatio uteri ad probationem infanticidii sufficiat, ex æquitate & jure civili defendi potest:

XIX.

Cum temperamento tamen, ut ad istam celationem uteri alia quoque argumenta verisimilia & indicia clara accedant, & probationem artificialem efficiant.

XX.

Verum usu fori Germanici probatio artificialis saltem equuleo locum facit, nec ad condemnationem reæ sufficit.

Henricus II. Galliarum rex, quum dubitationem de vita infantis plurimis parricidis asylum contra leges ac pœnas præstare animadverteret, nova lege anno 1557. lata, judicibus necessitatem in vitam infantis inquirendi remisit, solamque celationem uteri, etsi de vita infantis in nativitate non constaret, ad parricidii pœnam irrogandam sufficere jussit. Rem sic narrat *Thuanus lib.* 19. *pag.* 380: *Lex in speciem severa, sed qua impiis & abo-*

minandis parricidiis, quæ antea impunita, nunc etiam post legem conditam nimis frequentia sunt, pœna constituta est, postulante Senatu promulgatur V. Non. Martis. feminæ, quæ viros non habebant, ubi ex furtivo complexu conceperant, malo pudore territæ utero celato ad extremum partus fere enecabant, geminato scelere famæ consulere se existimantes, & enecatos aut in sterquilinium seu profluentem abjiciebant, aut loco profano defossos perdebant, atque ita necessaria sacri lavacri relligione ac sepulturæ honore privabant, quod si quando res in judicium deducetur, pudorem, quo minus culpam confessæ essent, caussatæ mortuos se enixas dicebant, & ita deficientibus aliunde probationibus debitam inhumano sceleri pœnam effugiebant. nam judicum in hujusmodi caussis incertæ plerumque erant & vagabantur sententiæ, cum ad mortem alii tanti criminis reas damnarent; alii, quod sæpius accidebat, pronioribus ad misericordiam animis quæstionum violentiæ subjiciendas censerent, ut vivosne an mortuos fœtus enixæ essent, ex ipsarum confessione constaret; quam si obstinato animo ferrent, liberæ dimittebantur. igitur ea lege sancitum, ut quæ graviditatem partumve celasset, neque alterutrius testationem aut de edito fœtu seu vivo seu mortuo proferret, si eum lavacro justisve exequiarum privatum probationibus constaret, de illa tanquam parricidii rea ultimum supplicium sumeretur. In nullum crimen ab eo tempore severius vindicatum fuit; ac neque ignorantiæ excusatio prætexeretur, sententiis judicum semper additum est, ut lex in inferioribus tribunalibus palam & per plateas urbium publica præconis voce promulgaretur, & per oppida ac pagos a curionibus coram populo diebus festis recitaretur. nihilominus nullum frequentius crimen etiam hodie est, nec ulla fere septimana abit, quin in classe, qua de judiciis capitalibus cognoscit, una pluresve tam horrendi flagitii rea producantur, adeo malus pudor in verecundo & impotenti sexu supplicii terrorem, &, quod animi corporis pœna gravius est, conscientiæ morsus vincit.

Hanc legem sæpissime in pedissequas, nunquam autem in heras, exerceri, sed his notum illum *Juvenalis* versum:

> *Dat veniam corvis, vexat censura columbas,*

Prodesse, *Henricus Stephanus in apologia Herodoti lib.* 1. *cap.*

cap. 18. teſtatur. Eandem legem *Bodinus in Dæmonomania lib.* 4. *cap.* 5. *pag.* 392. commemorat, probat, laudat, tuetur, in hoc ſaltem a Thuano diverſus, quod illam anno 1556. promulgatam fuiſſe, forſan per errorem dicit. Renovavit hanc legem & in uſum revocavit anno 1698. Ludovicus XIV. ſi vera apud *Baylium in Dictionario art. Patin. lit. D*Δ. referuntur. Ipſe ego hanc legem probo maxime, & juſtitiæ ac æquitatis regulis mirifice convenire puto, cum hoc ſaltem temperamento, quod ipſum latorem legis ſubintellexiſſe veriſimile eſt, ut ex aliis quoque argumentis & conjecturis, vixiſſe infantem necatumque fuiſſe, appareat. Quæ argumenta & conjecturæ, ſi ad celationem uteri accedunt, plenam probationem faciunt, quam JCti artificialem appellant, & cui *lex ult. C. de Probationibus* eandem in convincendis puniendisque reis vim, quam teſtibus & documentis, adſcribit. Verumtamen uſus fori Germanici ab hac ſententia recedit, &, ſi teſtes deſint, qui infantem vivum viderint, ac rea illum vixiſſe inficietur, indicia, quamvis luce clariora, pro legitima probatione non reputat, ſed ream ſaltem equuleo ſubjicit, arg. *articuli Carolini* 35. verbis: **Mag man ſie peinlich fragen.** Adde *articulum præcedentem* 22. Igitur JCti Helmſtadienſes menſe Martio anni cIɔ Iɔ CCXVIII. ream, quæ tot indiciis premebatur, ut omnes illam parricidium commiſiſſe certiſſime crederent, quia tamen factum conſtanter inficiabatur, ſaltem ad fidiculas damnarunt: Daß die angeklagte Gretje Brands nochmalen vor Gerichte zu fodern und ernſtlich zu vermahnen, GOTT und der Obrigkeit die Ehre zu geben, auch ihren Leib mit unnöthiger Marter zu verſchonen, und die reine Wahrheit auf nachfolgende Artickel zu bekennen: 1) Ob ſie nicht wahrhaf-

tig schwanger gewesen? 2) Wer sie geschwängert? 3) Ob sie nicht die beyde todt gefundene Kinder zur Welt gebracht? 4) Ob dieselbe nicht nach der Geburth gelebet? 5) Ob sie nicht den Vorsatz gehabt, solche um das Leben zu bringen? 6) Wie sie es damit angefangen? 7) Wer ihr dabey behülflich gewesen, oder Rath und Anschläge darzu gegeben? Worzu vorkommenden Umständen nach mehrere Fragstücke gefüget werden können. Daferne sie nun nichts destoweniger bey ihrem Läugnen verharret, ist sie dem Scharfrichter zu übergeben, daß er sie ausziehe, zur Leiter führe, ihr die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorlege, auch, da sie sich alles Erinnerns ungeachtet zu besserem Bekänntnisse nicht verstehen würde, die Daum-Schrauben anlege, und mit Zuschrauben einen Anfang mache, jedoch, daß es dabey verbleibe, und mit der Angeklagten vor dieses mal weiter nichts vorgenommen werde. Und ist hierbey ihre Aussage, wie sie aus ihrem Munde fällt, fleißig nieder zu schreiben, sie auch dritten Tages hernach ausser dem Orte der Peinlichkeit nochmalen darüber zu vernehmen; worauf ferner ergehet, was sich zu Recht gebühret. V. R. W. Rat. Dec. Es finden sich zwar in den Acten unterschiedene Umstände, welche der Gretje Brands Unschuld zu behaupten scheinen. Unter solchen seynd die stärckste, das gute Zeugniß von ihrem vorher geführten Leben, des Medici, welcher ihr Wasser und Leibes-Beschaffenheit gesehen, Aussage, daß er keine Schwangerschaft an ihr vermercket, das viele von ihr gegangene Geblüte, und die daher entspringende Vermuthung einer blossen Verstopfung, die Ungewißheit der von uns laut beygehenden Responsi befragten Medicorum, bey welcher Bewandniß es das Ansehen gewinnet, ob hätte peinlich Angeklagte entweder schlechterdinges, oder allenfalls nach abgeschwohrnem Reinigungs-Eyde, loß-

ge-

gesprochen werden sollen. Alldieweilen aber eben die Zeugen, welche von ihrem vorgeführten Leben aussagen, ihrer ziemlichen Vertraulichkeit mit dem Dienst-Knechte nicht in Abrede seyn mögen, hiernächst der Medicus zwar wol ihr Wasser und äusserliche Leibes-Stellung, nicht aber die Brüste und den Leib selbst besichtiget, demnach kein festes Urthel von ihrer Schwangerschaft fällen kan, hingegen andere, welche damalen mehr mit ihr umgegangen, und ihr Artzney gegeben, sie würcklich vor schwanger gehalten, theils auch, daß sie solches noch glauben, bezeugen, ferner der über die Maassen dicke Leib, die dabey gewesene Unvermögenheit, die in den welcken und schlappen Brüsten gefundene Feuchtigkeit, der weiche, schlappe, wie ein Schlund hangende und runtzliche Schmeer-Bauch, die erweiterte und geöfnete Pudenda, die von Caspar Fuhrmanne angeführte Ursache, warum er die Dicke des Leibes vor keine blosse Verstopfung achten könne, obgleich keine unfehlbare, wenigstens doch der Medicorum Geständnisse nach, nicht geringe Anzeigungen der Schwangerschaft und darauf erfolgten Geburth seynd, überdis die peinlich Angeklagte den gegen sie entstehenden Argwohn dadurch, daß sie grüne Seiffe an das Hembde geschmieret, und zwar solches anfänglich nicht bekennen wollen, nachgehends jedoch, wie sie es zu Vertreibung der Feuchtigkeit aus den Brüsten gethan, zugestanden, ingleichen, daß bey dem von ihr gegangenen Blutflusse niemand gegenwärtig gewesen, nicht wenig vermehret, endlich die Medici in ihrem Responso die Gretje nicht vor unschuldig erklären, sondern nur, daß sie die an sich geringe Indicia nicht vor gewiß angeben können, bezeugen; So haben wir, in Erwegung dieser starcken Muthmassungen, und da gleichwol das Corpus delicti, nemlich zwey durch die unterlassene Verbindung der Nabel-Schnur und das Wasser umgekommene

Knäb-

Knäblein vorhanden, die peinlich Angeklagte nicht absolviren können, sondern dieselbe mit dem Anfange der peinlichen Frage zu belegen vor nöthig geachtet.

XXI.

Infanticidii rea, quam ipsam de vita infantis dubitare verisimile est, nec ad quaestionem damnari, nec ad jusjurandum admitti debet;

XXII.

Sed propter culpam, qua morti infantis caussam dedit, extra ordinem punienda est.

Accidit sæpiuscule, ut in persecutione infanticidii incidens de vita infantis dubitatio neque per tormenta, neque per jusjurandum commode tolli possit, tunc scilicet, quando ex circumstantiis apparet, mulierculam ipsam, vivusne an mortuus infans ex utero prodierit, incertam esse. Id quod facillime contingere potest, si quis angustias illas, in quas metus, pudor, exquisitissimi cruciatus & infirmitas feminam parturientem conjiciunt, quæque illam fere exanimant, cogitet. Oblata est istiusmodi species JCtis Helmstadiensibus mense Majo anni cIↃIↃ CCXIX, vicitque post diuturnam deliberationem sententia, nec tormenta nec jusjurandum decerni, sed mulierculam, tanquam culpæ latæ ream, statim extra ordinem puniri oportere: Daß Inquisitin nach abgeschwohrnen Urpheden mit Staupen-Schlägen des Landes ewig zu verweisen. V. R. W. Rat. Dec. Es kommen zwar bey dieser Sache unterschiedene Umstände vor, welche einen ziemlich starcken Verdacht erwecken, daß Inquisitin entweder das Kind in ihrem Leibe ertödtet, oder nach der Geburth Hand daran geleget, wenigstens solches, um es zu tödten, vorsätzlich auf die

Erde

Erde schiessen laßen Solche Umstände bestehen darinnen, daß sie ihre Schwangerschaft heimlich gehalten, und nicht einmal ihren Eltern offenbahret, daß sie von einer Quacksalberinn Artzney, ihre verlohrne monathliche Zeit wieder zubekommen, eingenommen, daß sie solches Anfangs abgeleugnet, und erst, nachdem es die Mutter ausgesaget, gestanden, daß sie bey Empfindung der Geburthschmertzen aus dem Bette gestiegen, und sich aufrecht hingestellet, daß sie das zur Welt gekommene Kind in ein Tuch gewickelt und in dem Bette verstecket, und daß bey dessen Eröfnung viel geronnenes Geblüthe im Kopfe gefunden worden. Es gewinnet diesemnach das Ansehen, ob hätte Inquisitin vor allen Dingen durch Anlegung der peinlichen Frage zu einem richtigeren Bekenntnüsse gebracht, und, wenn solches geschehen, mit der gewöhnlichen Todesstrafe beleget werden sollen. Alldieweil aber Inquisitin die Verheimlichung damit, daß sie die Geburth-Zeit noch entfernet zu seyn geglaubet, entschuldiget, hiernächst ungewiß ist, worinnen die empfangene Medicin bestanden, zudem Inquisitin solche auf Befehl ihrer Mutter eingenommen, ferner die heftige Schmertzen Inquisitin vielleicht aus dem Bette getrieben, dann ihrem Anführen nach das Kind, wie sie es eingewickelt, bereits todt und kalt gewesen, überdies die vorher gehabte heftige Blutstürtzungen einige Vermuthung, daß das Kind bereits todt gewesen, oder doch in der Geburth von selbst gestorben, machen, endlich Inquisitin in ihren übrigen Bekenntnüsse ziemlich ingenua zu seyn scheinet; So haben wir die wegen einer boßhaftigen Ermordung vorhandene Anzeigungen nicht hinlänglich erachtet, die Inquisitin deshalben einer ungewissen und öfters betrüglichen Tortur zu unterwerfen, sondern vor besser gehalten, sie in Ansehung der übermäßigen culpæ, welche sie in Einnehmung der Artzeney, Verheimlichung ihrer Schwangerschaft, Stillschweigen bey der Geburth, aufsteigen aus dem

Bette, Einwickelung des Kindes in ein Tuch, begangen, und wodurch sie den Tod des Kindes, es sey nun vor oder nach der Geburth, allem Ansehen nach, verursachet, mit Staupenschlägen zu bestrafen.

XXIII.

Celatio uteri forte est infanticidii indicium, atque ad quæstionem decernendam sufficit.

XXIV.

Celatio inficiationem aut factum desiderat, nec per solum silentium & dissimulationem fieri videtur.

XXV.

Vxor partum, ex festinato concubitu natum, necasse non præsumitur.

Celatio uteri potissimum est infanticidii indicium, solumque, nisi contrariis argumentis elidatur, ad quæstionem decernendam sufficit, per *articulum Carolinum* 131. Verumtamen *hunc articulum* 131. conjungi cum *superiore articulo* 35. & ex hoc explicari oportet. Ambo nempe hi articuli de muliercula, quæ se pro virgine gerit, Dirne, so vor eine Jungfrau gehet, ac pro stupri infamia, &, quæ hanc sequuntur, calamitatibus avertendis, infantem existimationi salutique suæ sacrificare præsumitur, agunt, nec commode ad uxores trahuntur. Exemplum hoc esto: Nova nupta, ex festinato ante nuptias cum sponso concubitu gravida, uterum tacita fert, &, quamvis partui proxima, negotia tamen domestica obire non desinit, atque inter medios hos labores infantem enititur; quo mortuo reperto, ipsa

ipſa & maritus in ſuſpicionem infanticidii incidunt, atque ad judicium trahuntur. Conjecturæ, quibus maritus premebatur, leviores erant, ſed uxorem vulnus in capite infantis repertum maxime arguebat; quod illa eliſura, ſibi, in re familiari occupatæ, infantem improviſum excidiſſe, ac in terram prolapſum iſtud vulnus accepiſſe, narrat; fidem tamen non invenit, ſed ad quæſtionem damnatur, ex ratione imprimis, quod uterum celaſſet. Illa vero, quæſtionem averſura, excuſationes aliquas & innocentiæ argumenta allegat, atque, ut acta ad ſcabinos Vitembergenſes mittantur, obtinet; qui menſe Auguſto anni cIↄ Iↄ CCXXXV. pro quæſtione jusjurandum ſubſtituerunt, moti maxime, quod 1) lex Carolina, ut ſupra dictum, ad ſolas puellas pertinere videatur, 2) rea, ſe gravidam eſſe, non tam inficiata fuiſſet, quippe nemo eam interrogarat, quam ſiluiſſet ſaltem & diſſimulaſſet; id quod celare dici vix poteſt, 3) *lex Carolina art.* 25. *n.* 5. in quolibet crimine, imprimis in homicidio, ante omnia ſpectari jubeat, num & quale commodum reus ex morte ejus, quem occidiſſe dicitur, ſperarit, in hac autem ſpecie nullum ex nece infantis commodum in matrem redundare potuerit, 4) turpitudo, quæ ex anticipato concubitu naſcitur, exiguam parentibus maculam adſpergat, nec ſatis potenter illos ad tam horrendum facinus perpetrandum movere poſſit, 5) ſæpe memorata *lex Carolina art.* 28. ad quæſtionem decernendam, ut indicia contra reum excuſationes ejus pondere vincant, deſiderat, atque adeo, ſi æqualia in utramque partem argumenta adferantur, eam adhiberi vetat. Quamobrem ſic reſponſum fuit: Dieweil der Inquiſitin Vorgeben, daß das Kind von ihr, als ſie bey dem Backofen geſtanden, unverſehens geſchoſſen, gar wol möglich, auch nicht unwahrſcheinlich iſt, hiernächſt bey der Beſichtigung keine

 andere

andere Verletzung, als welche etwa von dem Falle auf die Erde hergerühret, gefunden worden, ferner Inquisitin, da ihr Mann sich zu dem frühen Beyschlafe bekennet, keine sonderliche Ursach das Kind umzubringen gehabt, endlich in Fällen, da auf beyden Seiten gleichwichtige Argumenta und Umstände vorhanden, mit der Tortur nicht leichtlich verfahren werden soll; So wird Inquisitin mit der peinlichen Frage verschonet, hingegen nach vorgehender scharfen Verwarnung vor der harten Strafe des Meineydes, mit Zuziehung eines Geistlichen, zum Reinigungs-Eyde, daß sie nemlich den Vorsatz, ihr Kind umzubringen, weder vor, in, noch nach der Geburth gefasset, zu solchem Ende ihre Schwangerschaft nicht verheimlichet, dem Kinde bey oder nach der Geburth keine Verletzung zugefüget, es in der Absicht, daß es sterben möchte, auf die Erde nicht fallen lassen, es auch nicht ersticket, noch lebendig begraben; gelassen, und, da sie solchen schwöret, ihrer übrigen Begünstigungen halber über das bereits ausgestandene annoch 4. Wochen mit Gefängnüß, oder um 4. Neusch. ihr Ehemann aber noch 3. Tage mit Gefängnüß, oder um 30. gl. bestraft. Und seynd beyde die durch diese Inquisition verursachte Unkosten zu bezahlen schuldig. V. R. W.

XXVI.

Celatio uteri tunc, quum prægnans justas de graviditate sua dubitandi caussas habuit, non est legitimum infanticidii indicium.

XXVII.

Talis justa caussa est, quando prægnans peritiores consuluit, atque hi, gravidam illam esse negarunt.

XXVIII.

XXVIII.

Cessant tunc tormenta, ac saltem jusjurandum decernitur.

Adhuc aliud regulæ supra *in medit.* 25. propositæ, & ex *articulo Carolino* 131. haustæ: quod scilicet sola celatio uteri signum infanticidii sit, & ad quæstionem decernendam sufficiat; temperamentum addi oportet, hoc nempe: nisi rea verisimiles habuerit de graviditate sua dubitandi caussas. Exemplum hoc esto: Muliercula, stuprum passa, paulo post, menses suos sisti, sentit, atque hac de re stupratorem suum certiorem reddit, qui medicum & chirurgum ad eam adducit. Ambo hi, gravidam illam esse, negant. Illa tamen vere gravida infantem justo tempore clam enititur; atque hic mortuus & capite vehementer læsus in lecto ejus reperitur. Trahitur igitur puerpera ad judicium, & agnoscit partum suum, sed, necasse se illum constanter negat: ego, inquiens, me prægnantem non esse, certissime persuasa, quum dolores partus invalescerent, colicam hoc esse, rata, surrexi e lecto, &, aliquid ex utero meo elabi ac terræ illidi, sensi, sustulique, & infantem mortuum esse animadverti. Verum scabini Vitembergenses, quod ex actis intelligerent, ream graviditatem suam ipsi adeo matri suæ interroganti & ante & post partum negasse, nec in partu opem hominum, quod facillime potuisset, implorasse, tormenta mense Februar. anni cIɔ Iɔ CCXXXVIII. decreverunt, literam supra memorati *articuli Carolini* 131. simpliciter sequuti: Kömmt Inquisitin in Verdacht, daß sie ihr uneheliches und in ihrem Bette todt gefundenes Kind vorsätzlich um das Leben gebracht. Ob sie nun wol, daß das Kind bey oder nach der Geburth gelebet, gar nicht wissen will, hiernächst durch ihres Strupratoris und des Medici Schülers eydliches und des Moritzburgischen Chirurgi

schriftliches Zeugnüß, daß sie ihre Schwangerschaft wahrhaftig nicht gewust, und, wenn sie solche gewust, entdecket haben würde, auch den Vorsatz, das Kind zu tödten, nicht gehabt, zu behaupten suchet, endlich ihre Unschuld höchlich betheuret; Aldieweil aber aus denen bey der Section befundenen Umständen, daß das Kind lebendig zur Welt gekommen seyn müsse, erhellet, nächstdem Inquisitin nicht allein ihre Schwangerschaft, sondern auch, nachdem sie das Kind gehabt, dessen Geburth noch lange, so gar gegen ihre eigene Mutter, verheimlichet, ferner bey denen eintretenden Geburths-Schmerzen keine Hülfe, wie sie doch leichte thun können, verlanget, und denn bey so gestalten Sachen der 131. Artickel der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung die Art und Weise, wie gegen eine solche Weibes-Person zu verfahren, deutlich vorschreibet; So ist Inquisitin vor unschuldig nicht zu achten, sondern, da sie, ihr Geständniß richtiger zu thun, sich ferner verweigert, dem Scharfrichter dergestalt zu untergeben, daß er sie ausziehe, zur Leiter führe, die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorzeige, die Daumstöcke anlege und damit zuschraube, jedoch es vor dieses mal dabey lasse, und mit Inquisitin weiter nichts vornehme; wobey sie denn mit allem Ernst zu befragen: Ob das von ihr zur Welt gebrachte Kind bey der Geburth gelebet? Woran sie solches verspüret? Ob sie den Vorsatz, es umzubringen, gehabt? Ob sie, damit es sich verbluten und sterben solte, die Nabelschnur abgeschnitten oder abgerissen? Ob sie es vorsetzlich ersticket oder ersticken lassen? Ob und auf was Art sie es an dem Kopfe verletzet? Wenn nun ihre Aussage, und wie sie sich dabey gebehrdet, mit Fleiß zu denen Acten verzeichnet, und mit diesen hinwiederum verschicket wird, so ergehet so wol in der Sache selbst, als der Unkosten halber, ferner, was recht ist. V. R. W. Qua tristi sententia accepta, rea excusationes suas denuo

pro-

proponit, ac, ut acta ad JCtos Vitembergenses mittantur, obtinet. His ignorantiæ excusatio legitima esse visa est. Nam quid potuisset misera amplius facere? Consuluerat peritiores, quod ei secundum *L. 9. §. 3. de Juris & facti ign.* & contra ignorantiam juris profuisset, ac horum renunciatione confisa, omnem de graviditate suspicionem deposuerat, ac bona fide uterum celarat. Recesserunt itaque a litera legis, & in locum quæstionis jusjurandum mense Aprili ejusdem anni substituerunt: Nunmehr aus denen Acten so viel zu befinden, daß Inquisitin, weil sie an ihrer Schwangerschaft zu zweifeln wahrscheinliche Ursach gehabt, mithin solche vermuthlich aus einem boshaften Vorhaben nicht verläugnet, mit der peinlichen Frage zu verschonen, jedoch, nach vorgängiger scharffen Verwarnung vor der harten Strafe des Meineydes, mit Zuziehung eines Geistlichen, sich endlich zu reinigen, und, daß sie ihr Kind umzubringen sich nicht vorgesetzet, zu solchem Ende die Nabelschnur nicht abgeschnitten noch abgerissen, es an dem Kopfe oder sonsten nicht verletzet, noch auch ersticket oder ersticken lassen, zu schwören schuldig; worauf so wol in der Haupt-Sache, als der Unkosten halber, ferner ergehet, was Recht ist. V. R. W.

XXIX.

Infantes recens nati plerumque omittendo necantur;

XXX.

Quo casu quidem signa negligentiæ exstare nequeunt,

XXXI.

Sed tamen signa negligentiæ ad corpus delicti sufficiunt,

XXXII.

XXXII.

Atque & tormentis & ultimo supplicio locum faciunt.

Quod poetæ dicunt, infinitas ad lethum patere vias, ac facilem averni descensum esse, hoc in adultis verum, sed in infantibus magis verum est. Habent hi portas, per quas e vita egrediantur, quas adulti non habent. Pertinet huc inprimis, quod moriantur, si umbilicus iis non obligetur. Quæ res maximas iterum circa corpus delicti dubitationes ac disputationes excitat. Sed de hoc argumento alii, inprimis medici, qui *medicinas forenses* edunt, tam multum scripserunt, ut mihi fere nihil reliquerint. Dicam hic saltem generaliter: teneros infantes aliquando vi & facto, sed sæpius non facto, hoc est omissione curæ, sine qua vivere & educari nequeunt, necari. Est hoc, inquam, in infantibus recens natis fere singulare. Nam adulti quin & pueri, unum saltem alterumve ætatis annum egressi, sibi ipsis jam aliquam opem ferre possunt, quod infantes tenelli nequeunt, quibus, præter ejulare, nihil, quo se juvent, datum est. Hi ergo nonsolum omissa umbilici deligatione, sed inedia, & desertione, & squalore, si in illo, cum quo nati sunt, diu jaceant, interficiuntur. Atque hoc ipsum corpus delicti investigatu difficillimum ac incertissimum reddit, quum vis illata non sit, adeoque vestigia ejus exstare non possint. Verumtamen, siquidem signa lethalis hujus negligentiæ exstant, atque rea, se animo necandi infantem curam debitam non adhibuisse, fatetur, ultimum supplicium, aut, si illa hunc animum negat, tormenta locum inveniunt.

XXXIII.

Neglectio & denegatio alimentorum animum occidendi necessario involvunt.

XXXIV.

XXXIV.

Igitur nec tormentis tunc, ad animum occidendi investigandum, opus est,

XXXV.

Sed confestim pœna culei decerni potest.

Equidem *Carolus V.* in *articulis* 16. *&* 22. vetat ultimum supplicium irrogari, nisi reus reave aut plene per testes convincantur, aut ipsi crimen confiteantur, sed quæstionem saltem decerni jubet. Verum istos articulos ex recta ratione & *articulo* 69. explicari oportet. Tunc profecto tormentis opus non est, quando id, quod reus abnegat, e.g. in infanticidio animus occidendi, ex factis vel non factis necessario fluit. Rem exemplo clariorem reddam: Muliercula infantem suum, ex stupro natum, in cistam recondit, hancque occludit. Vulgato autem de puerperio ejus rumore, recluditur cista, & infans mortuus reperitur. Judex ream in custodiam mittit, & solemniter de more interrogat. Illa, se peperisse infantem, hunc, dum nasceretur, vixisse, se eum in cistam conjecisse, & hanc clausisse, atque infantem in ea suffocatum periisse, fatetur; de animo occidendi, quum de hoc nec interrogata quidem fuisset, nihil dixerat. Consultus ordo juridicus Helmstadiensis mense Augusto anni cIↄ Iↄ CCXXVIII. in principio de animo occidendi expiscando interloqui volebat, sed post, re longius deliberata, hanc interloquutionem inutilem futuram, animadvertebat. Poterat mulier, dum infantem cistæ incluserat, de nece ejus non cogitasse. Verum inclusio ista mortem per se non effecerat. Præcipua mortis caussa derelictio, omissio officiorum ad conservandam infantum vitam necessariorum, denegatio inprimis alimoniæ, per *L. 4. de Agnosc. & al. lib.* fuerant. Ab hac neglectione

ctione animus occidendi abfuisse non poterat. Nullus enim homo, qui modo sensum communem habet, neglectionem istam infantibus lethalem esse nescit. Igitur, omissa interloquutione, ream confestim ad mortem, atque etiam ad culeum damnavimus, propter *L. un. C. de his, qui parentes vel liberos occ.* verbis: *fata properaverit sive clam sive palam.* Ais: animum occidendi, si adfuerit, saltem indirectum fuisse. Esto. Etiam animus indirectus ad ultimum supplicium irrogandum sufficit. Responsum ipsum hoc fuit: Hat Inquisitin vor Gericht in Güte bekannt, daß sie ihr neugebohrnes lebendiges Kind in ihre Lade geleget, und daß solches allda ersticket. Nun sagt sie zwar nicht ausdrücklich, daß sie dabey animum occidendi gehabt, wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob gehe wenigstens die ordentliche Strafe des Ertränckens ab. Alldieweil aber ein jeder vernünftiger Mensch wissen muß und kan, daß ein zartes Kind, welches ohne allen Beystand gelassen und noch darzu in eine verschlossene Lade geleget wird, nothwendig umkommen und ersticken muß, folglich zu einem vorsetzlichen Kinder-Morde eben nicht nöthig ist, daß eine Kindermörderinn äuserliche Gewalt brauche, sondern der animus occidendi auch ex non factis z. E. der Entziehung der Nahrung, erhellet; So finden wir nicht das geringste, welches der Inquisitin zur Linderung der ordentlichen Strafe gereichen möchte. Diesemnach wird sie nach Anleitung Kayser Carls des Vten Peinlicher Halß-Gerichts-Ordnung art. 131. anderen zum abscheulichen Beyspiele billig erträncket. V. R. W.

XXXVI.

Experimentum pulmoneum fragile quidem in crimine infanticidii remedium, sed tamen adhibendum est, atque aliquod argumentum facit,

XXXVII.

XXXVII.

Fortius pro innocentia reæ, infirmius contra eam.

Fragilitatem experimenti pulmonei *supra in medit.* 15. ostendi, sed me longe melius doctissimus *Heisterus* in peculiari scripto, quod se propediem insigniter aucturum ac iterum editurum, mihi promisit. Non peccant tamen magistratus, qui experimento hoc, dum crimen infanticidii infestigant, utuntur. Etsi enim plene non probet, addit saltem ceteris rationibus aliquod pondus; & gravius quidem pro innocentia reæ, levius contra illam, ex notissimo defensionis & reorum favore. Quum igitur mense Julio anni 1739. acta ad JCtos Vitembergenses mitterentur, in quibus tortura ex indiciis sat gravibus, inprimis propter *articulum Carolinum* 131. decreta erat, Ordo noster diu, an leniri oporteret sententiam, fluctuavit, sed tandem experimento pulmoneo, quod infantis in utero mortem indicabat, ad lenitatem motus est hunc in modum: Ist der Inqnisitin Gertraut Weberinn wegen eines ihr beygemessenen Kinder-Mordes die peinliche Frage zuerkannt worden. Ob nun wol das Erkänntniß wegen des Kinder-Mords offenbahrlich in dem 131. Artickel der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung gegründet zu seyn scheinet; Alldieweilen ihr aber hauptsächlich die Lungen-Probe, da des eröfneten Kindes Lunge so wol gantz als Stückweise zu Bodeu gefallen, jedoch, wenn man hinein geblasen, seine Farbe und Consistence geändert und oben aufgeschwommen, hiernächst das mit vielen zweyfelhaften Ausdrückungen angefüllete Judicium des Landschafts-Physici, zu statten kommt, und das corpus delicti in solche Ungewißheit setzet, daß man mit gleicher Wahrscheinlichkeit: das Kind habe bey der Geburth gelebet und nicht gelebet; sagen kan, und denn bey gleichmäßigen Argumentis

tis auf beyden Seiten, und hervorscheinender Unrichtigkeit in corpore delicti, die Tortur nicht erkannt werden soll, weiter der Inquisitin Vorgeben, daß sie dem Kinde, als es in der Geburth gestanden, durch ihr ungeschicktes und unvorsichtiges Greifen und Zerren den Hirnschädel eingedruckt, jedoch dabey den Vorsatz es zu tödten nicht gehabt, gar wol wahr, auch das Kind schon, durch den einige Tage vorher im Holtze rücklings gethanen schweren Fall, Schaden bekommen haben kan; So wird Gertraut Weberinn nach vorgängiger scharfen Verwarnung für der harten Strafe des Meineydes in Beyseyn eines Geistlichen mit dem Reinigungs-Eyde dergestalt; daß sie den Vorsatz, ihr den 20. Decembr. 1738. zur Welt gekommenes Kind um das Leben zu bringen, nicht gehabt, bey dessen Geburth kein Leben an ihm verspühret, die Nabel-Schnur in der Meynung, daß es sich verbluten solle, nicht unverbunden gelassen, und es am Kopfe vorsetzlich, um es zu tödten, nicht verletzet, noch es zu dem Ende auf das Lädgen oder Boden schiessen lassen; beleget. Sie schwöre nun oder schwöre nicht, so ergehet dennoch ihrer Bestrafung halber, was Recht ist. V. R. W.

SPECIMEN DCXII.

AD LIB. XLVIII. TIT. IX.

DE

CONSCIENTIA PARRICIDII.

I.

Conscius parricidii non aliter tanquam parricida punitur, quam si opem tulit.

II.

Sola conscientia extra ordinem punitur.

III.

Conscientiæ hujus diversi gradus, atque adeo etiam diversa pœna sunt, extra pœnam est.

IV.

Simplex scientia ejus, qui contradicendo & omittendo parricidium impedire non potuit.

V.

Levissime puniuntur, qui in parricidio præsentes non fuerunt, sed tamen, si debitam in investigando diligentiam adhibuissent, prævidere illud & impedire potuissent.

VI.

Paulo gravius puniuntur conscii, qui, quum contradicendo vel indicando parricidium impedire potuissent, tacuerunt.

VII.

Gravissime delinquunt conscii, qui, etsi ad ipsum parricidium nihil contulerint, aliquid tamen fecerunt, sine quo parricidium patrari non potuit.

L*ex 6. ad L. Pompejam de parricidiis* & *§. 6. I. de Publicis judiciis*, quæ parricidii pœnam ad conscios criminis extendunt, duriores sunt, atque adeo recte commoda interpretatione molliuntur, ut scilicet aliter locum non habeant, quam, si conscius præterea opem ad parricidium tulerit; qua de re *Carpzovius Quæst. crim.* 11. *n.* 54. *Matthæi de Criminibus ad lib.* 48. *tit.* 6. *cap.* 1. *§.* 8. *Brunnemann. ad L.* 6. *de L. Pompeja de parricid. Hoppius ad §. 6. I. de Publicis judiciis* alii-

aliique jam plus, quam sat est, dixerunt. Verumtamen & solam conscientiam facinoris in hoc atrocissimo delicto crimen atque extra ordinem puniendam esse, isti ipsi interpretes addunt. Quod & ego probo propter *L. 2. de lege Pompeja de parricidiis*, atque id saltem ex *h. L.* observo, non simplicem scientiam ad pœnam irrogandam sufficere, sed necesse esse, ut parricidium, si voluerit, prohibere sine periculo suo potuerit. Narrat *Schuppius*, obstetricem, in domum incognitam noctu introductam, puellæ infantem enitenti opem tulisse, deinde infantem in ignem conjici vidisse, nec quidquam contra ausam esse. Itaque & conscia & præsens fuit, sed tamen pœnam non meruit. Conscientia autem cum facultate prohibendi conjuncta pro parricidio culpabili reputanda est. Sicut ergo culpa pro discrimine graduum diversimode punitur, conscientiæ quoque hujus ac pœnæ ejus diversi gradus sunt. Infimus est, levissimeque puniendus, quando is, qui parricidium prohibere poterat debebatque, id certo non scivit, suspicatus tamen est, nec, quum committeretur, præsens fuit, sed, si officium suum in investigando fecisset, id præscire & impedire potuit. Hunc carcere mulctave punierunt Scabini Vitembergenses anni cIↃ IↃ CCXXXI: Dieweil der Catharinen Senfftenbergin Tochter, ihre Schwangerschaft und Entbindung der Mutter entdecket zu haben, läugnet, auch daß weder selbige noch sonst jemand Hand an dem Kinde geleget, vor dem Scharfrichter erhalten, so wird gedachte Catharina Senftenbergin zwar mit fernerer Inquisition verschonet, nichts destoweniger aber deshalb, daß sie das allgemeine Geschrey von ihrer Tochter Schwangerschaft, die treue Warnung des Predigers, und die in die Augen fallende Anzeigungen in den Wind geschlagen, auf ihre Tochter kein Acht gehabt, noch durch andere Acht geben, sie vielmehr bey eintreten-

den Geburth = Schmertzen allein gelassen, mithin des Kindes Tod, wie sie sonst nach der Tochter eigenem Geständniße leicht thun können, nicht gehindert, drey Wochen lang mit Gefängniß, oder vor jeden Tag mit dreytägiger Arbeit, oder um drey Neusch. bestraft, und zu Bezahlung aller durch sie verursachten Unkosten angehalten. Proximus ab hoc gradus est, quando conscius machinationem parricidii vidit, idque contradicendo vel indicando impedire potuit, sed tacuit. Hunc secundum *legem 2. de L. Pompeja de parricidiis* JCti Helmstadienses mense Januario anni cIↄ Iↄ CCXIX. simpliciter relegarunt: Kommen Maria Hünermörderinn und Trine Maaßinn in Verdacht, daß sie bey Ertödtung des von Trinen Jehninn gebohrnen unehelichen Kindes Hand mit angeleget, oder doch Rath und Anschläge dazu gegeben, und es wird nunmehr zu wissen verlanget, auf was Art weiter gegen dieselbe zu verfahren sey. Nun erwächset zwar wider die erste Inquisitin, als der entwichenen Trinen Mutter, daher nicht geringer Verdacht, daß sie nicht leugnen kan, von ihrer Tochter Schwangerschaft gewust zu haben, daß, als derselben Geburths = Zeit heran genahet, sie die zweyte Inquisitin, welche doch ehemahlen mit ihrem Vorwissen der Tochter Träncke zu Abtreibung der Frucht eingegeben, herzu gerufen, selbige allein bey der Tochter gelassen, nachgehends, als die Tochter mit dem neu gebohrnen Kinde vor das Haus gekommen, ihr die Thüre aufgemachet, sie eingelassen, dabey gestanden, wie die Tochter mit dem Kinde in der Küche handtiret, sie damit in den Keller gehen und es daselbst einscharren lassen, nichts desto weniger Anfangs vor der Obrigkeit von dem Orte, wo es vergraben, nichts wissen wollen. Bey diesen Umständen gewinnet es das Ansehen, ob hätte Inquisitin zufoderst wegen

gen des Kinder-Mordes, ob sie nemlich nicht selbst Hand mit angeleget, peinlich befraget werden sollen. Alldieweil aber alle die wider die erste Inquisitin vorhandene Indicia leediglich dahinaus laufen, daß sie den von ihrer Tochter intendirten und verübten Kinder-Mord wohl gewust, und, da sie ihn verhindern können, geschehen lassen, hingegen keine einige gnungsame Anzeigung deshalben, daß sie selbst Hand mit angeleget, in Actis zu finden, und denn diejenige, welche bey einem Kinder-Morde nur als Mitwisser concuriren, mit der Lebens-Strafe verschont werden; So wird zwar Maria Hünermörderinn mit der ordentlichen Lebens-Strafe, auch mit der peinlichen Frage verschonet, jedennoch nach abgeschwornen Urpfeden und Erstattung der halben auf diesen Proceß gewendeten Kosten des Landes ewig verwiesen. Gravior illorum culpa est, qui in ipso quidem parricidio opem non ferunt, nec parricidæ adsentiunt, sed tamen quid faciunt, quod, ni fecissent, parricidium perpetratum non esset; e. g. obstetrix, quæ puerperæ, se infantem obtruncaturam prædicenti, eum, quum asportare potuisset, tacita porrigit. Hanc virgis cæsam in perpetuum relegavimus in eadem, quam modo memoravi, caussa: Was hiernächst Trinen Maaßinn belanget, so erkennen zwar die Rechte denenienigen, welche conscii von einem parricidio seynd, das ist, wie es *Matthæi de Criminibus ad lib.* 48. *tit.* 6. *cap.* 1. §. 8. und *Brunnemanuus ad L.* 6. *de L. Pompeja de parric.* erklären, nicht nur Wissenschaft davon haben, sondern bey dem Facto, oder dem Morde einiger Maassen concuriren, die pœnam parricidii zu: womit auch die Praxis übereinstimmet, immassen *Bergerus in Electis Jurisprud. crim. p.* 190. gedencket, daß eine Mutter, weil sie ihrem Manne, von dem sie wol gewust,

gewust, wie er das Kind ersäuffen wolle, solches dennoch hingegeben, zur Säckung condemniret worden, und scheinet es demnach, als ob auch Trine Maaßinn dadurch obgedachte Strafe verdienet, daß sie der entlaufenen Trinen Jehnin gantz allein, ohne jemand sonst darzu zu rufen, bey der Geburth beygestanden, daß, ungeachtet solche ihr vorher gesaget, sie wolle das Kind umbringen, sie ihr selbiges dennoch, und zwar mit unverbundener Nabelschnur, hingegeben, daß sie mit angesehen, wie die Huhre das Kind in die Jacke, um es zu ersticken, gewickelt, gleichwol solches weder verhindert, noch wiederrathen. Weil aber dennoch Inquisitin, ehe sie der Kindermörderinn zu helffen hingegangen, nicht gewust, daß das Kind umgebracht werden solle, auch so wol nach ihrer als der Coinquisitin Aussage bey dem Morde keine Hand angeleget, sondern die geflüchtete Trine die That allein vollbracht, dieses auch, daß sie der Mutter das Kind hingereichet, und das Einwickeln in die Jacke mit angesehen, eigentlich vor keine Concurrenz und Hülfe zu dem Morde selbst geachtet werden kan, sondern alles dahinaus läuft, daß Inquisitin die That, wie sie doch wol gekont, nicht gehindert, ferner die unterlassene Verbindung der Nabelschnur wiederum nach beyder Inquisitinnen beständigem Bekäntnüsse den Tod des erstickten Kindes nicht verursachet; So ist Trine Maaßin gleichfalls mit der Todes-Strafe zu verschonen, unterdessen, weil sie in grösserer Culpa, als die vorige Inquisitin, stehet, nach abgeschwornen Urpfehden mit Staupenschlägen, wobey jedoch, wegen ihrer elenden Leibes-Constitution, einige Maasse gebrauchet werden muß, des Landes ewig zu verweisen.

VIII.

Expressus in parricidium consensus, siquidem id sine hoc patratum non fuisset, ordinarie,

IX.

Tunc vero, quando parricidium etiam sine hoc consensu commissum fuisset, extra ordinem punitur.

Quod in fine præcedentis meditationis diximus, eum, qui quid facit, sine quo parricidium patrari non potuisset, extra ordinem puniri, ipsi jam ibidem temperavimus, modo scilicet in parricidium non consenserit, sed saltem id fieri passus sit. Nam si consensum adhibuit, atque is consensus efficax fuit, & sine eo parricidium patratum non esset, conspiratio hæc, uti in simplici homicidio per *articulum Carolinum* 148. ordinarie punitur. Exemplum habet *Bergerus in Jurisprudentia criminali P.* 1. *pag.* 190. nec non in *Responso* 242. *Part.* 2. At, si consensus iste efficax non fuit, sed parricidium etiam sine eo commissum esset, pœna extraordinaria consentienti infligitur. Sic JCti Helmstadienses mense Augusto anni cIↃ IↃ CCXVII. responderunt: Daß Inquisitin Margaretha Mingstin nach abgeschwornen Urpfehden mit Staupenschlägen des Landes ewig zu verweisen. V. R. W. Rat. Dec. Es ist Inquisitin so wol geständig, als überführet, daß sie mit Heinrich Bockholten, einem Ehemanne, Ehebruch getrieben, hiernächst, als sie sich von ihm schwanger befunden, zweymal einen von Antje Neesel zu Abtreibung der Frucht verfertigten Tranck eingenommen, ferner, da dieser nicht geholfen, ihre Schwangerschaft verheimlichet, und so gar das Kind ohne jemandes Beystand bloß in Anwesenheit des Ehebrechers, der ihr doch vorher öfters gesaget, wie er seiner anderen Mägde Kinder bey Seite gebracht, gebohren, dann dem

Kinde

Kinde die Nabelschnur nicht abgelöset, dessen Nothwendigkeit ihr doch von der Geburth ihrer beyden ersten unehelichen Kinder her bekannt seyn müssen, weiter in die von Bockholten an dem Kinde würcklich vollstreckte Mordthat ihre Bewilligung gegeben, und endlich dasselbe heimlich begraben. Ob nun wol aus diesen Umständen die bey ihr gewesene Intention, das Kind um das Leben zu bringen, nicht undeutlich hervor scheinet, der Todtschlag auch würcklich erfolget, überdies Heinrich Bockholt bey der zuletzt mit ihr gehaltenen und durch seinen Tod bekräftigten Confrontation ihr, daß sie ihn das Kind zu ermorden geheissen, unter die Augen gesaget, folglich, und da in delictis bekanten Rechten nach mandans und mandatarius gleiche Strafe verdienen, auch die Rechte in parricidiis die Conscios und die Thäter in eine Classe setzen, *L. 6. de L. Pompeja de parricidiis*, zudem obgedachte beyde grobe delicta, der Ehebruch und die tentirte Abtreibung der Frucht, der Inquisitin Verbrechen noch schwehrer machen, es das Ansehen gewinnet, ob hätte Inquisitin mit einer gleichmäßigen Lebens-Strafe, als der bereits gerichtete Bockholt, beleget werden sollen; Alldieweil aber der von ihr, einem leedigen Menschen, getriebene Ehebruch die Todes-Strafe nicht nach sich ziehet, nächstdem die eingenommenen Träncke keinen Effect gehabt, und dem Kinde am Leben nicht geschadet, also der blosse Conatus abortus nicht am Leben, sondern nur ausserordentlich zu bestraffen ist, ferner Inquisitin beständig dabey verharret, daß sie einer Frauen Gegenwart bey ihrer Geburth verlanget, und sich nur durch Bockholtens harte Reden und Drohungen davon abschrecken lassen, denn das Kind, da sie es zu sehen bekommen, bereits todt, diesemnach selbigem die Nabelschnur abzubinden nicht mehr nöthig gewesen, hiernächst Inquisitin mit Bockholten wegen Ermordung des Kindes vor der Geburth keine Abrede genommen, sondern nur bey der Geburth

auf Bockholtens Frage: ob er das Kind umbringen solle? ihre Einwilligung und zwar mit dem Anhange, wenn er es über das Hertze bringen, und es nicht anders seyn könte, bezeuget, welches auch Bockholt nicht gäntzlich ableugnet, als der zwar, daß Inquisitin ihm den Mord geheissen, vorgiebt, gleichwol selbst hinzufüget, es sey so lange her, er wisse nicht eigentlich mehr, was vor Reden unter ihnen vorgefallen, und denn bey so gestalten Sachen eigentlich kein jussus oder mandatum, sondern ein blosser und zwar bey obangeführten Umständen mit einigem Unwillen bezeigter Consensus vorhanden, dergleichen Consens und Wissenschaft denn zwar strafbar, gleichwol zur Todes-Strafe nicht hinlänglich ist, da zumahl allem Ansehen nach Bockholt den Mord, wenn auch Inquisitin nicht darein gewilliget, verrichtet haben würde, also derselben Consensus keine causa des Kindermords gewesen, dawider der obangezogene *L. 6. de L. Pompeja de parric.* und die darinnen auf die Conscios gesetzte Strafe nichts thut, indem bewehrte Rechts-Lehrer schon längstens angemercket, daß per conscios diejenige, welche ausser der blossen Wissenschaft bey der That selbst mit concurriret, und zu deren Vollstreckung was beygetragen, verstanden werden, im übrigen das heimliche begraben keine Todes-Strafe inferiret; So haben wir der Inquisitin keine höhere Strafe, als den Staupenschlag und ewige Landesverweisung, zuerkennen mögen.

SPE-

SPECIMEN DCXIII.

AD LIB. XLVIII. TIT. IX.

DE EXPOSITIONE INFANTVM.

I.

Expoſitio infantis, animo necandi facta, parricidium eſt, &, ſi mors ſequatur, culeo, ſi non ſequatur, extra ordinem punitur.

II.

Animus occidendi ex circumſtantiis non loci ſolum, ſed & temporis, e. g. hiemalis, nocturni, cognoſcitur.

III.

Extraneus infantem, ad quem ſuſcipiendum ac alendum obligatus non erat, pericuIoſe exponens, punitur, ſed lenius.

IV.

Incidunt quoque in hoc crimen mulieres, quæ infantes ſuos, ex ſtupro natos, in ædibus, vel ad ædes ſtupratoris exponunt.

Expoſitio infantis crimen eſt parricidio proximum, quin, ſi animo necandi fiat, & mors ſequatur, verum parricidium, ac culei pœnam meretur, non in Saxonia ſolum, ubi hæc pœna *in Deciſione electorali* 78. ſancitur, ſed & jure Romano noviore, *L. un. C. de his, qui parentes vel lieberos*, *L.* 2. *C. de Infantibus expoſitis, Novella* 153, *L.* 4 *de Agnoſcendis & alendis.* Si vel animus occidendi deficit, vel mors ſequuta non eſt, pœna arbitraria, pro circumſtantiarum ratione, locum habet ſecundum *articulum Carolinum* 132. Iſte vero articulus, & omnes, quæ expoſitionem

nem infantum puniunt, Romanæ leges, nec non juris canonici sanctiones in *can. 9. dist. 87. & c. un. X. de Infantibus & languidis*, saltem de parentibus vel aliis personis, ad alendum obligatis, ut dominis, patronis, vel extraneis etiam, quorum ope parentes in exponendo usi fuerunt, agunt. Numquid ergo puniri poterit extraneus, infantem, ad quem nutriendum educandumve obligatus non erat, exponens? Species hæc est: Anna, infantis ex stupro nati mater, contra Julium, a quo se stupratam perhibebat, &, quia ille nihil in bonis habebat, Dorotheam, matrem ejus, ut infantem suscipiant & alant, agit. Hi factum negant. Itaque, dum lis fervet, Anna, moræ pertæsa, infantem ad ædes Dorotheæ defert, & in medio atrio exponit. Quo comperto, Dorothea ancillulæ suæ negotium dat, ut infantem ex ædibus in publicam plateam exportet. Et servatus quidem fuit infans; sed re ad magistratum delata, hic Dorotheam, locupletem feminam, corripit, ac publici criminis ream facit. Objiciebatur illi inprimis tempus hiemale, quo res gesta erat, atque ex hoc animus ocidendi saltem indirectus arguebatur. Nec male prorsus. Recte enim Bœhmerus *in Jure ecclesiastico protestantium lib. 5. tit. 11. §. ult. Meo,* inquit, *judicio qualitas periculosæ expositionis non unice ex loco, sed etiam ex tempore æstimanda; quæ enim fit hieme, nocturno tempore, ubi horridum gelu fluminum ripas jungit, quis negaret, hanc quoque expositionem periculosam, lethiferam, & ad internecionem infantis comparatam fuisse, licet vel maxime ratione loci nullum infanti periculum immineat?* Damnatur igitur Dorothea ad duriorem pœnam, sed provocat, ac, se nihil illiciti fecisse, nec se, sed Annam, cui nulla pœna imposita fuerat, puniri oportere, contendit. Nam, ait, extranea sum, in quam leges pœnam nullam sanciunt; infans per injuriam in ædes meas illatus est, quem ego si suscepissem & aluissem, nocuissem

cuissem profecto caussæ meæ, & agnoscere imputatum filio crimen visa fuissem. Nec erant hæ excusationes de nihilo, sed tantum ponderis habebant, ut quidam adsessores absolvendam ream censerent. Sed vicit tandem media sententia eorum, qui emolliri saltem prius decretum, & multum de pœna imposita remitti oportere, dicebant. Fatemur quidem lubentes ea, quæ in legibus Carolina, Romanis & pontificiis de expositione infantum constituta sunt, ad hanc speciem trahi non posse. Omne tamen factum, ex quo mortem innocentis hominis contingere posse faciens prævidit, crimen est, pœnamque meretur. Accedunt clara *Decisionis Saxonicæ* 78 verba: **eine andere Person.** Verumtamen & Anna factum suum improbum impune ferre non debebat, ac majorem, quam Dorothea, pœnam merebatur. Sic itaque responderunt JCti Vitembergenses mense Martio anni cIↃ IↃ CCXXXIII. Daß gestalten Sachen nach, da die Anna ihr Kind der Dorotheen eigenmächtig, und noch darzu vor Erörterung des rechtshängigen Streits, aufzudringen und in das Haus zu setzen nicht befugt, diese auch solches anzunehmen nicht schuldig gewesen, und nur daran, daß sie es öffentlich in der Kälte hinlegen lassen, unrecht gehandelt, die erkannte Strafe auf 1. Neusch. zu mäßigen. Jedoch wird auch die Anna ihrer eingestandenen Begünstigungen halber 2. Wochen mit Gefängniß, oder um 2. Neusch. bestraft.

V.

Educatio infantis expositi nec inventori, nec ei, in cujus fundo infans reperitur, nec fisco principis, nec magistratui inferiori, sed superiorem jurisdictionem habenti, imponitur.

VI.

Vulgares rationes ejus juris exploduntur.

VII.

VII.

Magistratus inferior ampliores fructus ex jurisdictione capit, quam superior.

VIII.

Genuina ratio est jus occupandi bona vacantia, quod princeps magistratibus superioribus cessit.

Onus alendi infantem expositum neque inventori, neque ei, in cujus ædibus infans reperitur, quemque mater exponens patrem esse dicit, imponi potest, sed ad magistratum pertinet, quemadmodum in *Specimine CCCXXIV. de Alimentis publicis, medit.*3. dixi. Sed ad quem magistratum? Olim ad principem, quamdiu is jus fisci solus habuit. Vide *L.* 1.& 2. *C. Th. de Alimentis, quæ inopes parentes de publico petere debent.* At postquam jus fisci cum aliquot emolumentis magistratibus concessum fuit, onus alendi etiam his imponitur; quorum si duo concurrunt, superiorem & inferiorem jurisdictionem habentes, superior obligatur. Pro ratione *Bergerus in Jurisprudentia criminali pag.* 111. hanc regulam adfert: *quæcunque oriuntur a delicto, cujus cognitio pertinet ad jurisdictionem superiorem, ea etiam ad jurisdictionem superiorem referenda sunt.* Quæ regula tamen plene non satisfacit. Nam generale est officium magistratuum superiorum, egenis de alimonia prospicere, etsi delictum non interveniat. Nec melior est alia ratio, quam vulgo commemorant, quod scilicet commoda jurisdictionis superiori magistratui cedant, adeoque & incommoda eum sequi debeant, per *L. Secundum naturam* 10. *de Regulis iuris.* Si hæc ratio genuina est, magistratus inferior ad alimenta obligatur. Postquam enim justitia virtus esse desiit, & perinde, ut venatio, piscatio & aucupium, accessio

ac

ac fructus prædiorum facta est, ac finis ejus, non, quemadmodum Aristotelis tempore, ut suum cuique tribuatur, sed, ut litium expensæ, seu sportulæ, judici præstentur, esse cepit, potissima justitiæ hujus, seu jurisdictionis, emolumenta in his ipsis litium expensis seu sportulis consistunt, quæ sæpe tam amplæ sunt, ut ceteros prædii fructus, si non exsuperant, tamen æquent, ac judicem cum scribis suis & apparitoribus large saginent. Hos vero litis sumtus, propter quos justitia exercetur, inprimis litigatores in caussis civilibus, quarum cognitio ad solos magistratus inferiores pertinet, præstant. Iidem inferiores magistratus etiam mulctas in delictis minoribus, quæ quotidie committuntur, ad se trahunt, ac magistratibus superioribus saltem furta majora, rapinas, latrocinia, adulteria ab hominibus tenuioribus commissa, (optimates quippe, quos *Juvenalis* corvos appellat, veniam seu impunitatem præscriptione mille & septingentorum fere annorum, a Juvenalis temporibus computandorum, adepti sunt) reliquerunt. Atque ex his delictis atrocioribus raro lucrum capitur, sed plerumque damnum in magistratus redundat, ut multi ex iis malint facinorosos impunitos dimittere, quam sumtus, in cognitionem, investigationem, custodiam, torturam, exsequutionem pœnæ, impendendos, ferre. Quapropter genuina ratio, ob quam magistratus superior ad alendos infantes expositos obligatur, est, quod fiscus Principis jus in bona vacantia, quod solus olim de jure & Romano, L. 1. *C. de Bonis vacantibus*, & Germanico, *Weichbild art.* 59. habebat, magistratibus superioribus cessit, eosque in emolumenti hujus compensationem ad alendos pauperes & puniendos maleficos obligavit. Ita hanc rem jam olim explicuit *Glossator* des Weichbildes *art.* 59: Des wisset hie, bey der Königlichen Gewalt ist nicht allein zu

vernemen der König, sondern auch alle die, denen das Schwerdt befohlen ist, damit zu richten, und das Recht damit zu stercken, und das Unrecht zu krencken, *ut 23. q. 5. Regum officium est.* Und als denn das Erbe unterscheiden ist, an Gerade, an Heergewett, und an eigen. Und mit dem Wort, Königlicher Gewalt *universaliter*, Richter und Schöppen, Grafen und König sind zu vernemen, dann warumb? Richter und Grafen haben ihren Ursprung und Gewalt von dem König, darumb sind sie genannt der Königlich Gewalt, als jenes ein Erbe genannt ist, also ist es, daß diese haben Gewalt von dem König, und darumb so felt sie das billig an, das also loß stirbet. Ihr sollet auch wissen, daß dis ist kommen von Römischen Rechten, *inst. de hæredi. quæ ab intest. deferun. §. Interdum autem.* Da stehet, was solches dinges ledig stirbet, das fordert der Richter von dem Wirt, da es inn besturb, oder der fronbot, dem sol man es antworten. Und dis ist das minst angefell des Richters, darumb, daß er Witwen und Waisen beschützen und beschirmen soll, und inen vorstehen, als ein rechter Vormund, und dis ist im gesetzt von des Richters Gewalt, und daß er sich des unterwind von des Königs Gewalt wegen, den er und alle Richter haben, darumb fellet es den Richter an, und in seim Namen an die Königliche Gewalt. Und wird ihnen darumb geben, daß sie Richterlige Gewalt haben sollen, und davon stöck, pranger, galgen, staupen und allerley sachen, damit man Missethäter peinigen soll, um ihr verdient Lohn, und heisset darumb des Richters Gewalt, oder frongewalt, dann von der Gewalt wegen, so ist dem Richter das zugeeignet. Auch so soll der

der Richter von der Gerade, und von dem Heergewett, daß ihm also geantwortet wird nach dem Dreißigsten, arme Leut speisen. Er soll auch den gemeinen Nutz darvon beschirmen. Er soll auch Thorn, unvernünftige Leut, und Leut, die niemandts haben, davon halten.

IX.

Infantes expositi præsumantur legitimi;

X.

Non etiam nobiles.

XI.

Præsumtio ex eo, quod ut plurimum fit, nocet iis saltem, qui lucrum aucupantur, non etiam his, qui de calamitate avertenda laborant.

Infantes expositi, de quorum parentibus non constat, utrum legitimi an illegitimi sint censendi, magnopere disputatur. Legitimos eos esse, ex benignioris interpretationis regulis censet *Menochius lib. 6. præs. 54. n. 20. sqq.* Contra *Garcias de Beneficiis tom. 2. P. 7. c. 2. n. 10.* & *Bœhmerus in Jure Ecclesiastico Protestantium lib. 5. tit. 11. §. 11.* illegitimis illos accensent. Rationem sententiæ suæ unicam, sed doctam & gravem, hanc reddunt: *Hodie*, inquientes, *exempla parentum, liberos legitimos exponentium, fere inaudita sunt. Ex stupro suscepti a matribus exponuntur regulariter, quod vel acta judicialia ostendunt, quæ stupro infectas matres ordinarie hujus criminis reas faciunt. Id vero præsumendum, quod regulariter & ut plurimum fit, non, quod rarissime aut fere nunquam.* Verum hæc regula ex earum numero est, quæ, ut cum Paulo in L. 1. *de Regulis juris* loquar, sæpe vitiantur, perduntque officium suum. Quantumcunque enim fortis præsumtio ex eo, quod plerumque fit, nascatur,

non tamen eo extendenda eſt, ut innocentem calamitatibus involvat. Nolunt hoc jura noſtra. Sed contrarium magis. Exemplum luculentum in ipſa legitima nativitate occurrit. Homines ut plurimum exacto nono menſe naſcuntur. Videntur igitur, qui ſeptimo, octavo, decimo, undecimo menſe in lucem eduntur, non ex nuptiis, ſed illegitimo concubitu nati. Atque tamen contraria præſumtio per omnia Europæ fora regnat, nec liberis ſolum, illegitimæ nativitatis maculam vitantibus, ſed & parentibus ad ſtupri pœnam avertendam, proficit. Similis, quin eadem prorſus, eſt ratio liberorum expoſitorum, quibus id, quod plerumque fit, nocere non debet; niſi forte inuſitatum lucrum aucupentur. Ridicula igitur eſt Luſitanorum opinio, qui teſte auctore *de la Deſcription de la Ville de Lisbonne*, Pariſiis anno 1730. editæ, *vol.* 1. *tit.* 1. infantes, quorum parentes non apparent, nobilibus adnumerant; nam forte, inquientes, ex parentibus nobilibus nati ſunt: *parce qu'il peut arriver, diſent - ils, qu'ils ſoient fils de Gentilshommes.* Sapienter mehercule, ſed moderate nimis. Poterant illos inter Deorum filios referre. Romulus enim & Remus, quos etiam expoſitos fuiſſe legimus, Martem patrem habuerunt.

COROLLAR.

Infantes repertos, quos baptizatos fuiſſe, certo non conſtat, baptizari oportet, ſecundum *can.* 110. *de Conſecr. diſt* 4. Id quod *Stryk. ad Brunn. Jus eccl. l.* 2. *c.* 1. *m.* 2. §. 7. *p.* 309. ad caſum, quo ſcheda, de baptiſmo jam collato teſtans, ſimul reperta fuit, recte extendit.

SPE-

SPECIMEN DCXIV.
AD LIB. XLVIII. TIT. X.
DE MENDACIO.

I.

Doctrina de falsis in jure Justinianeo confusissima est.

II.

Ejus confusionis origo investigatur.

III.

Veteres JCti inter falsa, quasi falsa & stellionatum discrimen fecerunt.

IV.

Id discrimen paulatim sublatum, sed a compilatoribus juris Justinianei, ex incuria & ignorantia historiæ, retentum est.

V.

Hodie omne dictum & factum contra veritatem falsum est.

In tota de delictis doctrina nullum caput est tam difficile, tam legibus sibi manifeste contrariis refertum, tam confusum, quam hoc, quod nunc tractandum suscipio, de falsis. Cujus confusionis tollendæ remedium diu frustra quæsivi, ac me inventurum jam desperaveram, usque dum, alia via incedendum, ac, priusquam remedium quæratur, caussam mali, confusionis nempe istius, investigari oportere, animadverti. Tunc res felicius cessit, atque nunc in argumento de falsis plana omnia mihi esse videntur. Scilicet origo confusionis istius est, quod legum Justinianearum conditores, neglecto temporum discrimine, & histo-

riæ juris ignari, leges omnes de falsis, per aliquot secula, quibus diversa & invicem contraria jura regnabant, latas, coacervarunt & coagmentarunt. Ita vero factum est, ut, quod in una lege dicitur, in altera refellatur, &, quod in aliqua lege tanquam falsum notatur ac punitur, in alia e numero falsorum eximatur, & impunitum relinquatur. Quare necesse est, ut historiam criminis falsi ex priscis Romanorum monumentis & scriptis eruamus. De regum legibus non erimus soliciti, sed confestim ad XII. tabulas progrediemur. Harum auctores de crimine falsi in genere non cogitarunt, sed saltem duas ejus exstantiores species puniverunt, atque eum, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpejo dejici, pœna olim usitatissima, sed postea secundum *L.* 25. §. 1. *de Pœnis* abrogata, jusserunt apud *Gellium Noctium Atticarum lib.* 20. *cap.* 1. & eum, qui vindiciam falsam tulisset, hoc est, lite calumniosa, & falsis allegationibus testibusque, victoriam & possessionem rei alienæ in jure & judicio obtinuisset, in duplum fructuum damnarunt apud *Festum* in verbo: *Vindiciæ.* Ceteræ fraudes impune ferebantur usque ad Syllæ tempora, qui legis Corneliæ, quæ secundum §. 7. *I. de Publicis judiciis* testamentaria dicta est, auctor inprimis ad falsa, quæ circa testamenta quotidie committebantur, ulciscenda exsurrexit, & falsarios hos, si liberi essent, deportatione & omnium bonorum publicatione, si servi, ultimo supplicio punivit, *L.* 1. §. *ult. de L. Cornel. de falsis.* Quum de aliis falsis nihil in hac lege constitutum esset, suppleri eam necesse fuit; hocque triplici ratione factum, primum novis senatusconsultis & constitutionibus Principum, quorum post Cornelium Syllam varia prodierunt, multaque interciderunt, aliquorum tamen memoria ad nos pervenit, ut quatuor SCtorum Statilio Tauro & Libone, Licinio & Tauro, Cotta & Messalla,

falsa, ac duobus Geminis Coss. conditorum, & ab *Vlpiano in Collatione legum Mosaicarum tit. de falso test.* 8. memoratorum, item constitutionum a Claudio, Hadriano, Antonino Pio, Alexandro Severo &c. factarum, & in *L.* 15. *pr. L.* 21. *L.* 29. *L.* 31. *& L.* 32. §. 1. *ad L. Cornel. de falsis* allegatarum. Interea vero temporis, dum hæc nova jura paulatim condebantur, variæ committebantur fraudes, de quibus nihil in legibus dictum erat, quæque adeo, non sine maxima bonorum omnium indignatione, impunitæ manebant. Ad has ergo coërcendas novum crimen excogitatum & stellionatus dictum, ejusque persequutio in provinciis præsidi, *L.* 3. *pr. Stellionatus*, Romæ omnibus magistratibus, *L.* 12. *de Officio præsidis*, commissa. Hoc itaque crimen alterum legis Corneliæ supplementum fuit. Accessit tamen eodem tempore tertium. Scilicet ex iis JCtis, quibus facultas de jure respondendi data, quidam ceteris audaciores legem Corneliam, senatusconsulta & Principum constitutiones ad casus, in iis non expressos, commoda interpretatione protulerunt, atque has novas species, quas ob deficientem legis literam inter falsa simpliciter referre non audebant, quasi falsa appellarunt, *L.* 1. §. 4. *& ult. ad L. Cornel. de falsis.* Quod exemplum imitari quum aliis JCtis, verba legum presse sequentibus, religioni esset, contraria invicem responsa eodem tempore data, in quorum aliquibus JCti isti confidentiores delictum quoddam tanquam falsum ex lege Cornelia, alii verecundiores mitius tanquam stellionatum puniverunt. Quæ res jam per se magnam confusionem peperit. Ea vero in immensum aucta est a juris Justinianei compilatoribus, qui, nulla discriminis inter falsa, quasi falsa & stellionatum, nulla diversorum responsorum a prudentibus partim ante, partim post nova SCta & Principum constitutiones datorum, ratione habita, quæcunque obviam

am invenerunt, in titulos de falsis & stellionatu congesserunt, atque ita pugnam legum inextricabilem effecerunt; cujus rei luculentum exemplum in *L.* 21. *de L. Cornelia de falsis*, quæ cum L. 3. §. 1. *Stellionatus*, & L. 1. *C. de Crimine stellion.* conciliari nequit ac alibi passim, reperitur. Hæc est origo mali. Dispiciamus nunc de remedio. Id vero jam in *Specimine* DLVII. *de Stellionatu* suggessimus, ostendimusque, inter falsum & stellionatum nullum post tot novas leges & interpretationes prudentum verum discrimen superesse, nullum ex iis, quibus falsum a stellionatu communiter distinguitur, characteribus genuinum esse, utrumque crimen simulando & dissimulando, ac veritatem saltem occultando committi. Quæ quum ita sint, nemo erraverit, qui omne contra veritatem peccatum falsum aut quasi falsum appellarit.

VI.

Etiam simplex mendacium falsum est;

VII.

Non aliter tamen, quam si ei, erga quem profertur, jus sit, verum ex mentiente sciendi.

VIII.

Falsum dicere aliquando non possumus solum, sed & debemus.

Ex his, quæ in antecedentibus dixi, apparet, etiam simplex mendacium falsum esse; id quod pluribus in *Specimine de Falsis, quæ vulgus ignorat, medit.* 9. ostensum. Video tamen nunc, temperamento opus esse. Scilicet peccare in alios dicimur, quando jus, quod iis debetur, non tribuimus. Ergo jus habeat oportet, quisquis se a me lædi conqueritur. Hæc generalis regula nullas exceptiones patitur, atque etiam ad loquelam extenditur. Equidem

dem multi sunt tam rigidi veritatis exactores, ut sibi universalem omnium hominum erga omnes obligationem, verum dicendi, fingant, atque adeo omne omnino falsiloquium & mendacium, erga quemcunque, quomodocunque & quandocunque proferatur, tanquam crimen, & contra jus naturæ & contra sacrum codicem, inprimis *Psalmum CXIX*, 30. ad *Ephesios IV*, 25. & *VI*, 14. commissum, damnent. Facit hoc inter alios *Joncurtius*, sacerdos Hagæ comitum, in commentariolo *sur les Jeux de Hazard*, & *sur l'usage de se faire celer, pour eviter une visite incommode*, ubi grande nefas esse dicit, his, qui ad nos invisendos veniunt, per servulum obnunciare, nos domi non esse. Pugnat quoque acriter pro hac doctrina *Jac. Bernardus*, philosophiæ & mathematum in academia Lugdunensi apud Batavos professor, *in Appendice IV. operis de l'Excellence de la Religion tom. II.* ubi definitionem mendacii tam latam struit, ut omnia dicta, quæ cum vero non congruunt, comprehendat: *Mentir*, inquiens, *c'est parler, ou agir contre une verité connue, ou qu'on croit telle, dans le dessein de tromper son prochain, & de lui faire penser une chose fausse, ou que du moins on croit telle.* Id quod in sequentibus etiam ad eos, qui animo alios juvandi falsum dicunt, extendit. Nec inerudite ad exempla Saræ, risum abnegantis, Rebeccæ, Jacobum filium subornantis, obstetricum Ægyptiacarum misericordiam suam erga puerperas Ebraicas excusantium, & Christi, in itinere Emauntico, se longius progressurum, simulantis, quæ communiter ex sacro codice in contrarium allegantur, respondet. Et fateor ipse, excusationem obstetricum Ægyptiarum, *Exodi I*, 19. quæ inter exempla ista fortissimum reputatur, forsan veram fuisse. Sunt adhuc hodie extra Europam integræ nationes, quarum mulieres ultra modum vegetæ & robustæ sine dolore & morbo pariunt. Vide in-

inter alia *Walther Schulzens* **Ost-Indische Reise-Beschreibung**, *lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 49. Et fuerunt quoque olim tales. Narrat *Cato de Re rustica, lib.* 2. *cap.* 10. in Illyrico prægnantem sæpe, quum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes. Verum enim vero jus naturæ istam universalem verum dicendi obligationem non agnoscit. Dedit natura homini loquelam maxime sui ipsius caussa, deinde quoque in societatis humanæ & aliorum hominum utilitatem. Hi igitur jus exigendi, ut cum ipsis loquar, & verum eis dicam, aliter non habent, quam, si hoc mihi non nocet, & ipsis tamen prodest, aut si ex pacto vel indole civitatis verum etiam cum damno meo dicere obligatus sum. Igitur, si quis arcana mea, ex quorum scientia ingens lucrum aucupatur, ex me expiscatur; vel homo ad iram & vindictam pronus me, quid mali alii *de se dixerint*, percontatur; vel adversarium stricto ferro persequens, in quas latebras hic se conjecerit; vel juvenis luxuriosus, num quæ hic popina, num quod lupanar sit, me obvium interrogant, vel auctor talis, qualis est Orontes *dans le Misantrope de Moliere act.* 1. *scen.* 2, judicium meum de scriptis suis, quæ perdite amat & maximi facit, exquirit, vel denique magnum ex falso in me aut alios emolumentum sine cujusquam detrimento proventurum est, tunc non solum tacere, sed &, si hoc periculosum sit, falsum dicere possum, ac aliquando ex officio debeo. Adsentit nobis *Lutherus* **in den Tisch-Reden** *pag.* 384, atque Henningio Gœden JCto quærenti respondit, non peccare virum opulentum, qui homini mutuum roganti, cujus fidem suspectam habet, negat, sibi pecuniam esse. Nec opus est reservatione mentali, quam *Lutherus* subjicit: **als wolt er sagen: ich habe kein Geld, das ich ausgebe.**

IX.

IX.

Simplex mendacium ei, qui per id læditur, actionem contra mentientem parit;

X.

Non aliter tamen, quam si hic in mala fide sit, atque falsum esse, quod dicit, sciat.

Dum venditio prædii inter duos tractatur, intervenit communis amica, & emturo, id prædium ejus, qui venditionem offerat, esse, itaque secure emi posse, adfirmat. Is hac fide fretus, emit prædium, sed vix possessionem nactus, rei vindicatione ab extraneo convenitur, atque huic, tanquam vero domino, prædium restituere damnatur. Restituit igitur, sed nunc evictionis præstationem poscit, non quidem ab emtore suo, qui jam diu foro cesserat, sed ab amica, quæ mendacio suo illum ad emendum induxerat. Sed in principio æque infelicia fata experitur. Nam summum tribunal Mindense, in quo lis agebatur, eum a limine judicii repellit, caussam afferens, quod actor cum rea nunquam contraxisset, atque adeo fundamento agendi destitueretur. Verum hoc erat. Itaque ipsi, quum acta, post interjectam appellationem ad nos venissent, evictionis præstationem posci non posse, respondimus; sed juvimus actorem ex alio capite. Actionem scilicet ei ex delicto, nempe mendacio, dedimus. Mendacium enim delictum est utique, quum per id alii nocetur. Vide *L.* 8. & *L.* 9. §. 1. *de Dolo malo*, ubi tamen recte additur: *quum scires;* item; *si callide hoc feceris.* Necesse est videlicet, ut mentiens sciat, id, quod dicit, mendacium esse. Nam, si ipse id verum credidit, tametsi temere credidit, excusatur, perinde, ut is, qui consilium parum providum & prudens dat, *L.* 47. *de Regulis juris,* & *cap.* 62. *de Regulis juris in* 6. Quapropter ante omnia ream ad juran-

randum adegimus, verane illa, quæ dixerat, credidiſſet, an falſa eſſe ſciviſſet? Sententiam ipſam ac rationes ei ſubjectas vide ſupra in *Specimine CCXXXIX. de Perſonis, quæ evictionem præſtant, medit.* 2.

XI.

Is, qui ad verum dicendum obligatus non eſt, ac adeo licite mentitur, circumſpicere tamen debet, ne cui ex hoc mendacio damnum naſci poſſit.

XII.

Alias ad hoc damnum reſtituendum obligatur.

Menſe Julio anni 1739. hæc mihi ſpecies oblata fuit: Æger quidam chirurgum ſuum pro vena ſecanda accerſiri jubet. Quum chirurgus domi non eſſet, ſodalis ejus accurrit, operamque offert. Is juvenis admodum erat; itaque ei diffidens æger, ut tamen pudori ejus parcat, ſibi jam a balneatore vicino venam inciſam eſſe, officioſe ſimulat. Erat autem in illa civitate balneatoribus ſub gravi mulcta interdictum, ne venas ſecarent. Hoc æger ignoraverat, atque adeo bona fide, ſaltem ut chirurgi ſodalem ſine offenſiuncula amoliretur, mentitus erat. Sed chirurgus, cui reverſo ſodalis rem expoſuit, balneatorem in judicium trahit, ac ſecundum legem puniri poſcit. Balneator totius rei ignarus negat crimen. Ambo ad ægri teſtimonium provocant. Convaluerat hic interim ſine ſanguinis detractione, igitur vocatus ad judicem adeſt, & rem, ut geſta fuit, narrat. Sic lis inter chirurgum & balneatorem facile componitur, at mox nova de ſumtibus litis judici, quem operam gratis præſtitiſſe religio & laudabilis conſuetudo judicantium non ſinebat, ſolvendis naſcitur. Fluctuat tamen ipſe judex inter tres iſtos, quos dixi,

dixi, tentatque singulos. Verum excusant se omnes. Chirurgus, se ex verisimillima caussa balneatorem accusasse, atque adeo temere non litigasse, dicit. Balneator innocentia sua se tuetur. Æger, se non litigatorem, sed testem, atque adeo ab expensis immunem esse, præterea nihil illiciti fecisse, neque enim ad verum chirurgo dicendum obligatum fuisse, respondet. In hac incertitudine acta ad me mittuntur, qui ægrum mendacem condemnavi, non propterea, quod mentitus, sed quod inconsiderate mentitus esset. Si simpliciter sodali: abi iterum, non opus est te amplius, dum vos cunctamini, alius chirurgus venit, ac sanguinem mihi misit; dixisset, impune fuisset; at, quod ex juris ignorantia ad avertendam sodalis offensionem balneatori crimen imputasset, hoc non dolus quidem, sed culpa erat, quæ, etsi levissima sit, unumquemlibet ad damnum resarciendum obligat, *L. 44. pr. ad L. Aquiliam.* En igitur novum exemplum *civilitatis nocivæ*, de qua *Strykii dissertatio septima in Volumine V. Dissertationum ejus* scripta est: Johann Christoph Rabe und sein Ehe-Weib seynd die durch ihre aus überflüßiger Complaisance gegen den Balbier-Gesellen geflossene und wiederhohlte Lügen verursachte Gerichts-Kosten zu tragen schuldig.

XIII.

Etiam, qui in rationibus mentiuntur, falsarii sunt.

XIV.

Falsum adversus eum, qui ipse se decipi vult, non committitur.

Negat Paulus in *L. 23. de Falsis*, falsum esse, si quis in rationibus mentiatur. Sed est hæc lex ex iis, quæ ex jure prisco & antiquato, quod falsi crimen arctissimis limitibus circumscribebat, haustæ, per novas leges prorsus inutiles

utiles factæ sunt. Contrarium ergo prorsus in *L.* 1. §.4. & *L.* 16. §. 2. *de Falsis* perhibetur, quæ duæ leges cum supra memorata *L.* 23. conciliari nequeunt, nisi ista, qua dixi, ratione. Quidquid sit, hodie, & qui in rationibus mentiuntur, e.g. plus se expendisse scribunt, quam re vera expenderunt, falsarii sunt, & hoc nomine puniuntur. Sed quid, si dispensatori cuidam talis dominus contingat, qualis Guilielmus II. Angliæ rex fuit, de quo *Albericus, monachus trium fontium, ad annum* 1089. *pag.* 137. hæc narrat: *Erat ille Guilielmus ita liberalis, quod prodigus, ita magnanimus, quod superbus, ita severus, quod sævus, parum Deum verebatur, homines nihil, cum Deus timendus sit omni tempore, homo pro tempore, vestium suarum pretium in immensum tolli volebat, dedignans, si aliquis alleviasset. Quodam mane cum calcearetur novas caligas, quæsivit a cubiculario, quantum constarent. Cum ille respondisset tres solidos, indignabundus & fremens: Fili, ait, meretricis, ex quo habet Rex caligas tam exilis pretii? vade & affer mihi emtas marcha argenti. Ivit ille, & multo viliores afferens, quanti præceperat mentitus est. Ad quem inquit Rex: istæ Majestati regiæ conveniunt. Itaque ex eo subicularius pretium vestimentorum pro voluntate numerabat, multa proinde suis utilitatibus nundinans.* Vel qualis est Dæmenetus, qui apud *Plautum in Asinaria act.* 1. *sc.* 1. Libano servo: *Me*, inquit, *defraudato.*

Qua me, qua uxorem, qua tu servum Sauream
Potes, circumduce, aufer; promitto tibi
Non offuturum, si id hodie effeceris.

Ego hunc extra pœnam esse, & ne crimen quidem committere, puto. Crimen enim non est, ubi nemo læditur. Volens autem non læditur.

XV.

Falsum committit, qui literas alicui, tanquam ipsi utiles & commendatitias, sed re vera contrarias & noxias, alibi perferendas dat.

XVI.

Privatis hoc nunquam licet.

XVII.

Principes tamen hoc falsi genere, tanquam dolo bono, aliquando utuntur.

XVIII.

Et potest hoc eis propter præsentissimam reipublicæ salutem licere.

XIX.

Rectius tamen hac fraude abstinent.

XX.

Falsa istiusmodi sæpe eluduntur, sæpe etiam in opprobrium, quin & perniciem auctoris vertunt.

Est aliquod falsi genus, inter privatos frequens, sed magis adhuc in aulis Principum usitatum, atque ibi pro nobili artificio, *coup d'etat*, reputatur, quum scilicet alicui literæ, tanquam ipsi maxime honorificæ, utiles & commendatitiæ, alibi perferendæ dantur, sed loco earum aliæ, prorsus contrariæ, & latori noxiæ, subjiciuntur. Istiusmodi literas vulgus *Urias* Briefe appellare solet ab Uria, cui ad exercitum eunti David rex literas ad Joabum belli ducem cum mandato, ut Uriæ necem procuraret, ferendas dedit, 2 *Sam. XI*, 15. Quod improbissimum Davidis factum bonum tamen Principem aliquando sine peccato imitari,

tari, atque ministrum suum flagitiosum, sed præpotentem & callidum, cui nec pœnam imponere audet, nec parcere sine sua & reipublicæ pernicie potest, ad alium cum occultis mandatis puniendum ablegare posse, dixi in *Specimine DLXXV. de Pœnis ministrorum Principis, medit. ult.* Neque adhuc caussam sententiæ mutandæ video, sed hoc saltem hic addo, privatos, qui ista fraude utuntur, si non falsi, saltem injuriarum teneri, Principes vero eandem non aliter, quam si summa necessitas & præsens reipublicæ salus eam poscat, adhibere debere. Præstat, in omnibus rebus aperte & candide, etsi aliquod inde periculum metuatur, agi, ne detecta calliditas his, qui eam machinati fuerunt, pudorem suffundat, atque, ut sæpe fit, in ipsum auctorem retorqueatur. Si historias revolvimus, paucissimæ harum literarum felicem exitum habuerunt, pleræque vel contraria arte elusæ sunt, vel etiam in perniciem auctoris cesserunt. David quidem Uriæ mortem & uxorem literis suis obtinuit, sed tamen simul æternam gloriæ & memoriæ suæ maculam adspersit, atque acerbissime a Deo punitus fuit, 2 *Samuel. XII*, 10. 11. 12. 14. Henrici IV. Cæsaris conatus non solum inanis fuit, sed & legati, propter miram ejus felicitatem & versutiam, honores & opes amplificavit, ut in *all. medit. ult.* ostensum. Philippo vero Cæsari istiusmodi literæ exitio fuerunt. Rem verbis *Arnoldi Lubecensis lib. 7. cap.* 14. narrabo: *Cum Philippus quietus consisteret in Bavenberg, exspectans coadunationem expeditorum, repente miserabilis & inopinata commotio inter ipsum & Palatinum Ottonem de Widelingsbach exorta est. Quam minime silentio prætereundam putamus. Sane Philippus Rex filiam suam Othoni, utpote nobili viro, despensare decreverat. Sed quia idem Otho nimis erat crudelis & inhumanus, mutata voluntate propositum dispsonsationis mutaverat. Quod intelligens Otho Palatinus pro filia Henrici Ducis Poloniæ laborabat, dixitque Philippo Regi: Domine, meminisse volumus clementiam vestram, quam devotus vobis semper fuerim, & quan-*

quanta in servitio vestro in præsenti guerrâ expenderim, & quanto apparatu nunc contra adversarios vestros vobiscum procedere decreverim. Ideo peto, ut nunc in modico pro me sitis & literas commendatitias Domino Duci Poloniæ dirigatis, ut cœptum bene inchoatum, pactum videlicet desponsationis, vestra mediante majestate melius consummatur. Cui Rex: id quam devotus faciam. Et ille gavisus, obtulit litteras de instanti negocio ordinatas. Illo abeunte mutatæ sunt litteræ in contrarium, & signatæ bulla regia. Cumque Palatinus litteras accepisset, perspexit in schedula maculam quandam exteriorem, sicque concepit suspicionem, veniensque ad suum quendam familiarem, aperi, inquit, mihi litteras, ut earum sciam tenorem. Qui perspectis litteris expavit, dicens: Rogo, ut Dei intuitu, litteras me vobis exponere non arctetis: quia nihil aliud nisi mortem mihi imminere video, si eas exposuero. Sicque acceptis litteris Palatinus alteri nimis importune insistebat & ita tenorem ipsarum cognoscebat. Vnde graviter efferatus, nihil nisi mortem Regis animo versabat. Dissimulata tamen ira ad Philippum quasi jucundans & congratulans intrabat. Vna igitur dierum, Philippo secretius in cubiculo consistente, quia medianam in utroque brachio inciderat, Palatinus nudo gladio in atrio regali quasi ludens incedebat. Sicque accedens ad cubiculum Regis, ostium clanculo pulsabat, & ingressus simili modo coram Rege se gerebat. Cui Rex: Depone, ait, gladium; quia non est hic locus modo. Et ille, immo est locus, ut tu perfidiam tuam luas. Et statim uno ictu cervicem ejus tetigit, nec secundum vulnus apposuit. Cumque qui aderant, eum impetere vellent, ille aperto ostio violenter exsiliens, fugam dedit. Philippus tamen non sine ratione litteras mutaverat: quia puella, quam Otho desponsare cupiebat, consanguinitate Philippum ex matre contingebat. Ideoque Regi displicebat, ut vir tam crudelis & impius & imprudens tam nobili virgini jungeretur.
Adde *Crantzii Saxoniam lib.* 7. *cap.* 28. qui more suo Arnoldum, pauculis verbis in melius mutatis, exscripsit.

XXI.

Omnis circumventio in contractu inhonesta est;

XXII.

Aliqua tamen, inprimis in emtione & venditione, toleratur.

XXIII.

Id quod ad solam dissimulationem eorum, quæ extra rem sunt, restringi oportet.

XXIV.

Dissimulatio vitiorum & onerum, ipsi rei inhærentium, dolus malus est.

XXV.

Omnis simulatio dolus malus est.

XXVI.

Huc pertinent mendacia simplicia, tam ex parte venditoris, quam emtoris;

XXVII.

Item facta, quibus emtor ad majus pretium offerendum oblique inducitur.

XXIIX.

Propter falsa illa, si quidem ea caussam contractui non dederunt, ipsus contractus non infirmatur, sed saltem ad læsionem sarciendam agitur.

Licentia, se invicem conveniendi, quam Pomponius in *L. 16. §. 4. de Minoribus* contrahentibus, inprimis in emtione & venditione, dat, quamvis aliquid iniqui & inhonesti admistum habeat, tolli in foro civili nequit, nisi hoc litibus oppletum & obrutum videre volumus. Ipsæ tamen leges nostræ hanc licentiam tam arctis limitibus circumscri-

ſcribunt, ut hominibus aliquantulum providis non facile metuenda ſit. Totam ſcilicet licentiam iſtam ad diſſimulationem reſtringimus; & nec hanc quidem omnigenam. Vitia quippe rei & onera venditor diſſimulare nequit, ſed indicare debet, *L.* 1. §. 1. *de Actionibus emti*, *L.* 43. §. 2. *de Contrab. emt.* Itaque ſaltem ea, quæ rem circumſtant, non ipſam ingrediuntur, diſſimulari & reticeri poſſunt, quamvis clare appareat, alterum, ſi certior de iis redditus fuiſſet, vel plane non, vel non hoc modo contracturum fuiſſe. Cujus licitæ diſſimulationis exempla bina in *Specimine LIX. de Dolo, medit.* 2. commemoratæ ſunt, tertium Chriſtus *Matthæi XIII*, 44. probat. E contra omnem ſimulationem damnamus, ac ad falſa & illicitas fraudes referimus. Huc pertinent inprimis mendacia, non ſolum ex parte venditoris in re ultra modum laudanda, *L.* 43. *pr. de Contrahenda emt.* ſed & emtoris, in eadem plus, quam verum eſt, contemnenda, *L.* 9. *pr. de Dolo malo.* Exemplum hoc eſto: Titius domum publice proſcriptam ſub haſta emturus, dum ipſe & alii licentur, ad circumſtantes converſus: parum curo, inquit, vincamne, an vincar? domus quippe ruinoſa eſt, & neceſſariam reparationem poſcit, in quam aliquot millia impendi oportebit. Quibus verbis deterriti, ut videbatur, emtores ceteri liceri deſinunt, ac domus Titio addicitur. Tum venditor illum in jus vocat, & doli arguit. Reus non quidem factum ipſum, ſed tamen læſionem negat, præterea exceptione doli boni & ſolertiæ permiſſæ ex *L.* 1. §. 2. *&* 3. *de Dolo malo*, & *L.* 16. §. 4. *de Minoribus* ſe tuetur. Verum JCti Vitembergenſes Titium doli boni fines exceſſiſſe, menſe Januario anni cIↄ Iↄ CCXXXVIII. judicabant, ſed, in quid Titius damnandus eſſet, ancipites hærebant. Aliqui totam venditionem reſcindendam, ac domum iterum proſcribendam eſſe, cen-

sebant. Alii ante omnia interloquendum dicebant, ut actor læsionem, nempe pinguiores licitatores verbis ipsis deterritos non ultra processisse, probaret. Quæ via, etsi ordinaria videbatur, multum tamen anfractus & sumtuum habuisset. Placuit igitur media via, ut actori, intra certum tempus pinguiorem emtorem sistere liceret, ac, si hoc non posset, domus Titio addicta maneret: Dieweil Gottfried Meyenburg bey Erstehung des Heynischen Hauses die Gräntzen einer in Handel und Wandel vergönnten Solertiæ, nach zweyer Zeugen eydlichen, und durch die von ihm selbst zugestandene Umstände unterstützten Aussage, in etwas überschritten, so wird sowol D. Johann George Heynen, als dem zu dessen Concurse verordneten Curatori frey gestellet, binnen Sächsischer Frist einen besseren Käufer mit genungsamer Sicherheit zu stellen, und diesem sodann das Haus zugeschlagen, in dessen Entstehung aber gedachtes Haus Meyenburgen gelassen. Ubrigens seynd die angeschriebene Unkosten nebst den Urthels-Geldern von Meyenburgen zu bezahlen. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil die Rechte einen deutlichen Unterschied zwischen dem dolo, qui caussam dedit contractui, und dem dolo incidente machen, und, daß wegen jenes der gantze Handel null und nichtig seyn solle, *L. 7. pr. de Dolo malo*, wegen des letzten aber nur ad interesse geklaget werden könne, *L. 13. § 3. & 4. de Actionibus emti* verordnen, vide *Ludovici Doctrinam Pandectarum lib. 4. tit. 3. §. 3.* dieses auch der gesunden Vernunft und den natürlichen Rechten überall gemäß ist, und denn die Meyenburgen beygemessene Gefährde kein solcher dolus, qui caussam dedit contractui, gewesen, gestalt, wenn er das Heynische Haus auch nicht verachtet, die Subhastation dennoch vor sich gegangen und zu Ende gekommen seyn würde, diesemnach D. Heyne und der zu dessen Concurse verordnete Curator sich lediglich darüber, daß das Haus

zu

zu wohlfeil weggegangen, und sie dadurch verkürtzet worden, beschwehren, und die Ersetzung solches erlittenen Schadens fodern, keinesweges aber den gantzen actum substastationis umstossen und aufheben können, hiernächst in denen Sächsischen Landes-Gesetzen obige Distinction nirgend aufgehoben, noch, daß die subhastationes ob dolum incidentem, da etwa ein Käufer durch eines andern List von einem höheren Gebote abgeschrecket wird, gäntzlich über den Haufen gehen sollen, verordnet ist, uns auch, den Landes-Gesetzen einen solchen wider die gemeine Rechte laufenden Sinn durch eine vielfältig-verbothene Interpretation anzudichten, keines weges frey gestanden, sondern vielmehr in einem solchen Falle, da nichts widriges verordnet, nach den natürlichen und gemeinen geschriebenen Rechten zu sprechen, und auf Ersetzung des D. Heynen und seinem Credit-Wesen durch Meyenburgs Hinterlist zugewachsenen Schadens zu erkennen, obgelegen, gleichwol auf ordentlichen Beweiß und Gegen-Beweiß des erlittenen Schadens und dessen Quanti zum grösten Nachtheile des Credit-Wesens und Aufhaltung des Concursus zu interloquiren, unverantwortlich gewesen wäre, also kein bequemeres Mittel und kein kürtzerer Weg, die eigentliche Læsion heraus zu bringen vorhanden seynd, als diejenige, welche sowol die alte Proceß-Ordnung, *tit.* 39. §. 13. als die Erläuterte, *tit.* 39. §. 19. an Hand geben; So ist nach Inhalt unsers Urthels billig erkannt worden. Magis etiam huc pertinent facta, quibus emtor, ut pretium augeat, artificiose inducitur. Tale commemorat *Cicero lib.* 3. *de Officiis*, *cap.* 14. *n.* 58. *sqq. C. Canius, eques Romanus, homo nec infacetus, & satis litteratus, cum se Syracusas otiandi (ut ipse dicere solebat) non negotiandi caussa, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam fa-*

faceret Syracusis, dixit, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: & simul ad cœnam hominem in hortos invitavit in posterum diem: cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit, & ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur, dixitque, quid eos facere vellet. Ad cœnam tempore venit Canius: opipare a Pythio apparatum convivium: cymbarum ante oculos multitudo. Pro se quisque, quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythii pisces abjiciebantur. Tum Canius; Quæso, inquit, quid est hoc, Pythi, tantumne piscium? tantumne cymbarum? Et ille: Quid mirum? inquit, hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium: hæc aquatio: hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate, contendit a Pythio, ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa? impetrat, emit homo cupidus & locuples, tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina facit: negotium conficit. Invitat Canius postridie familiares suos. Venit ipse mature. Scalmum nullum videt. Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret? Nullæ, (quod sciam) inquit ille: sed hic piscari nulli solent. Itaque heri mirabar, quid accidisset. Stomachari Canius. Sed quid faceret? Nondum enim Aquillius, collega & familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas. Non dissimile falsi genus, quo emtor ad carius emendum oblique inductus fuit, JCtis Helmstadiensibus mense Decembri anni cIↃ IↃ CCXXVII. oblatum, atque sic ab iis decisum fuit: Würde Kläger vermittelst Eydes erhalten, daß ihm Beklagter bey Verkaufung des Hauses nicht gesaget, es sey ihm solches ehemals vor 600. Thaler gelassen, und wären ihm noch darüber 200. Thaler geschencket worden, so ist Beklagter ihm 200. Thaler, nebst den vom 16. Oct.

1724. aufgeschwollenen Zinsen, auch allen durch diesen Proceß verursachten Unkosten, zu bezahlen schuldig. V. R. W. Rat. Dec. Es wird geklaget, daß Beklagter bey Verkaufung seines Hauses an Klägern vorgegeben, er habe ehemalen 800. Thaler davor bezahlet, auch zu solchem Ende den alten Kauf-Brief geändert, und aus 600. durch eine Rasur 800. gemachet, also Klägern, ihm 900. Thaler zu zahlen, verleitet. Beklagter gestehet zwar die Rasur und Verwandelung der 600. in 800. giebt jedoch anbey vor, er habe solches Klägern, nebst der Ursache davon, daß nemlich seine Schwieger-Mutter, als damalige Verkäuferin, ihm 200. Thaler an dem Branteweins-Gefässe geschencket, entdecket, überdies habe dieses factum nicht die geringste Influenz in den mit Klägern, welcher nicht 800. sondern 900. Thaler bezahlet, auch eine daher rührende læsion zu erweisen nicht vermöge, getroffenen Kauf gehabt, nächstdem habe Kläger in dem Kauf-Contracte dem dolo præterito renunciiret, auch das zu Anstellung der Action quanti minoris in Rechten gesetzte Jahr vorbey streichen lassen. Alldieweil aber in dem Falle, da Kläger vermittelst Abschwörung des ihm darüber fol. 14. deferirten Eydes erhielte, wie Beklagter ihm von denen 200. Thalern nichts vorher gesaget, von Seiten Beklagtens ein offenbarer dolus und Verfälschung des Kauf-Briefes begangen worden, also wohl zu glauben ist, es habe Kläger dadurch, daß er gesehen, wie Beklagter das Haus von seinen nahen Freunden vor 800. Thaler gekaufet, sich 900. Thaler zu geben bewegen lassen, da er sonst, wie Beklagter in der Krieges-Befestigung selbst eingestehet, nur 6. bis 700. Thaler geben wollen, welches Geständniß samt den ob angeführten Umständen die Læsion deutlich genung erweiset, hiernächst Kläger zur Zeit, da er dem dolo renunciiret, von demjenigen, welchen Beklagter begangen, nichts gewust, also incognitis nicht renunciiren können, endlich allhier, da de vitio rei venditæ nicht geklaget wird, eigentlich nicht actio quanti minoris, son-

sondern actio emti, welche erst in 30. Jahren verlohren gehet, angestellet ist; So haben wir, wenn Kläger den ihm deferirten Eyd abschwöhret, Beklagten in die 200. Thaler, nebst Zinsen und Unkosten, verdammet.

XXIX.

Is, qui rebus suis per mendacia & fraudes exuitur, res has etiam ab iis, qui illas bona fide tenent, vindicare potest;

XXX.

Non aliter tamen, quam si nulla ejus culpa in fraudatione intercessit.

XXXI.

Nam, qui per socordiam & desidiam aut credulitatem nimiam a falsario decipitur, ac rebus suis spoliatur, rei vindicationem contra bonæ fidei possessores non habet.

In falsi & stellionatus crimine plerumque contingit, ut fraudator dolis technisque suis eos, quos fraudat, argento rebusque suis emungat, atque hæc spolia sua in alios, falsi inscios, per venditionem, pignorationem, permutationem, aliumve contractum, transferat. Quæritur tunc an deceptus res has suas a bonæ fidei possessoribus vindicare possit? Et potest utique. Nam qui dolo, ut in rei suæ alienationem consentiat, inducitur, non consentit vere, atque adeo dominium rei suæ, in alterum translatæ, non perdit, sed vindicationem ejus habet. Et sic recte quidem, ac ex regula. Verum huic regulæ addenda est exceptio tam potens, ut paucissimis in casibus regulæ locum relinquat. Tunc nempe fraudatus res suas, per dolum a se elicitas, vindicare nequit, quando facilitate sua, inertia, rusticitate, negligentia, culpaque qualibet, ut deciperetur, in caussa fuit. Hanc exceptionem æquitas ipsa & recta ratio suggerunt, ne innocenti, & bona fide ac circumspecte agenti,

ti, vecordia aliena noceat. Sed nec legibus destituimur. Vide *L.* 1. §. 9. *de Exerc. actione*, *L.* 31. *pr.* & *L.* 21. §. 3. *de Negotiis gestis.* Accedit usus fori, & consensus celebrium JCtorum, *Carpzovii in Decisione* 130. *Strykii ad Brunnemannum de Processu concursus creditorum, cap.* 5. §. 9. voce: *Offerat*, *Hertii in dissert. de Obligatione mandantis & mandatarii contemplatu tertii* §. 11. Atque sic JCti Helmstadienses mense Octobri anni cIↃIↃCCXXVI. judicarunt: Daß die Kipenbergin mit Staupen-Schlägen des Landes ewig zu verweisen, und diejenige, welchen sie die andern Leuten abgeschwatzte Sachen verkaufet, oder versetzet, solche den Eigenthümern ohne Entgeld wieder heraus zu geben nicht schuldig. V. R. W. Rat. Dec. Inquisitin ist völlig überführet und geständig, daß sie 1) unter dem falschen Namen eines ungebohrnen Doctoris, Namens Hartungs, unterschiedenen Patienten Medicamenta ausgetheilet, 2) um diesen erdichteten Doctorem in Ansehen zu bringen, einige vornehme und andere Leute, welche ihn gleichfalls braucheten oder behauseten, benennet, 3) den Namen GOttes und Christi bey Ausgebung ihrer Medicamenten und sonsten ärgerlich gemißbrauchet, 4) abergläubische Schatz-Gräberey veranlasset, 5) durch diese listige Griffe viele Leute um Geld, Waaren und Victualien, zusammen auf eine ziemlich hohe Summe, betrogen. Alle diese auf ein grobes falsum hinauslaufende delicta mag der Defensor nicht leugnen, sondern führet nur einige Umstände an, welche den Richter, die Strafe zu lindern, bewegen sollen. Allein die Gottlosigkeit und Bosheit dieses Weibes leuchtet dergestalt in die Augen, daß sie bey so vielen und so lange Jahre continuirten Missethaten und Betrügereyen gar wohl eine Lebens-Strafe, welche die Rechte *in L.* 22. *C. ad L. Corneliam de Falsis*, und der Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung art. 112. auf die grobe falsarios setzen,

verdienet hätte, wenigstens doch mit dem Staupen-Schlage angesehen werden muß. Diejenige, welche sich von ihr betrügen lassen, seynd wegen ihrer Leichtgläubigkeit und Aberglaubens selbst in culpa, und mögen also denenjenigen, welchen die Inquisitin die abgeschwatzete Sache verkaufet und verpfändet, nichts abfordern, sondern müssen sich an die Kipenbergin, von welcher sie jedoch wegen ihrer in Acten hervorscheinenden Armuth wenig erlangen werden, halten. Similiter Scabini Vitembergenses mense Septembri anni cIↄ Iↄ CCXXXVII. Daß Wiederklägers Suchen nicht statt hat, und derselbe Wiederbeklagtem alle verursachte Unkosten zu erstatten, ingleichen das Urthel und Post-Geld zu tragen schuldig. V. R. W. Rat. Dec. Dieweil Wiederkläger, daß er der Richterin die Mantille zu verkaufen gegeben, gleich zu Anfang seiner Wiederklage eingestehet, also, da er dieser Richterin, als einer Unterhändlerin und Mandatariæ, fidem erwählet, deren Facta sowol den geschriebenen Rechten, als der offenbaren Billigkeit nach, præstiren muß, gestalt es unverantwortlich seyn würde, den daraus, daß Wiederkläger sich nicht besser vorgesehen, und ein untreues betrügerisches Weib zu seiner Mäcklerin und Unterhändlerin erwählet, erwachsenden Schaden demjenigen, welcher mit derselben bona fide gehandelt, aufzubürden, zudem der usus fori und der Beyfall bewährter Rechts-Lehrer Wiederklägern diesfalls im Wege stehet ꝛc. Adde exempla in *Specimine CLXXX. de Obligatione mandantis*, *medit.* 2. & *Specim. CCXXI. de Contractu æstimatorio*, *medit. ult.* relata.

COROLLARIA.

I. Instrumenta notarii, qui postea ex capite falsi vel alterius delicti damnatur, propterea fidem non amittunt. Vide *Specimen CCLXX. de Instrumentis notariorum, medit.* 6.

II. In-

II. Instrumentum, in uno capite falsum, etiam in ceteris capitibus, quamvis non connexis, falsum præsumitur. Vide *idem Specimen, medit.* 8.

SPECIMEN DCXV.
AD LIB. XLVIII. TIT. X.
DE
FALSIS, QVÆ VVLGVS IGNORAT,
PVBLICE DEFENSVM
A
JOHANNE LEVINO BEHRENS,
BRVNSVICENSI,
MENSE MARTIO ANNI cIↄIↄCCXVIII.

PRÆSES RESPONDENTI
S. P. D.

Qui in academiis delitescimus, atque in studiosæ juventutis institutione vires & vitam consumimus, præcipuum hoc & fere unicum molestiarum, quæ quotidie devorandæ sunt, oblectamentum habemus, quod subinde aliquos ex his, qui in disciplinam nostram se tradiderunt, fructum ex scholis nostris capere, & se probitate, ingenio, industria a vulgo secernere videmus. Pensant hi scilicet jacturam, quam in ceteris facimus, quorum maxima pars spem nostram & exspectationem frustratur. Atque in eorum numero, qui nos recreant & consolantur, etiam Tu es, nobilissime Respondens. Vitam huc usque, qualem optavimus, egisti. Secessisti ab intemperatorum

& facinoroſorum grege. Vitaſti ganeas, popinas, tabernas aleatorias & cetera multarum bonarum mentium naufragio infamia loca. Fuiſti aſſiduus in ſcholis doctorum, in diſputationibus publicis, in conventibus bonorum. Itaque Te, antequam etiam penitius cognoviſſem, jam cepi amare. Qui amor tamen nuper admodum mirifice auctus eſt, poſtquam ingenii doctrinæque vim, quam in Te habes, perſpexi. Veniſti nempe ad me, dixiſti, Te cupidum comparendi in publico, petiiſti & accepiſti conſilium meum, argumentum deinde, quod ipſe elegeras Tibi, non vulgare elaborandum ſuſcepiſti, atque in ejus elaboratione ita verſatus es, ut, quæ ſupplerem, haberem pauca, quæ emendarem, fere nulla. Nec dubito, quin virtus Tua in publico certamine non major ſit futura. Capiet inde amor meus & bonorum omnium erga Te nova incrementa, aditusque Tibi ad honores facilior aperietur. Ego interim nihil eorum, quæ ad Te ornandum pertinere poterunt, intermittam, nec deſinam Te apud eos, quos conciliari Tibi Tua intereſt, enixe commendare. Vale. Helmſtadii, Kal. Mart. anni cIↄ Iↄ CCXIIX.

I.

Delicta non ſunt ex vulgi opinione æſtimanda.

Qui delicta ex vulgi opinione æſtimant, atque id tantum illicitum reputant, quod communiter pro eo habetur, ignorantes ſæpe & imprudentes in leges impingent. Vulgus nempe ex pingui ingenio ſuo jura explicat, quatenus, ut cum *Cicerone* loquar, res manu teneri poteſt, neque rationem legis & naturam negotii accurate perpendit. Ex quo fit, ut crimen nonnunquam committatur, quod is, qui committit, licitum credit, & ut hi, qui puniuntur, innocentes ſe & immeritos cum invidia vociſe-

ciferentur. Quapropter digna viro cordato & JCto opera eſt, delicta ſingula excutere, eorum ſpecies, quas vulgus ignorat, luci exponere, atque ſic tenebras, quantum in ſe eſt, dispellere.

II.

In omnibus delictorum claſſibus quædam ſunt vulgo ignota.

In ſingulis delictorum generibus ſunt aliqua, quæ occulta quodammodo dici poſſunt, & quæ adeo quotidie per imprudentiam admittuntur. De violentiæ crimine habemus *L.* 13. *Quod metus cauſſa*, ubi error Marciani, qui vim ſine armis & cæde eſſe non poſſe putarat, refellitur. In crimen perduellionis & læſæ majeſtatis imprudentes multos incidiſſe, aliquot exemplis *ad Pandectas Spec. L. de Cauſis odii erga advocatos fiſci, med.* 4. *&* 5. oſtendi. Quibus funeſtus ille Thuani, qui, quod amicorum de Richelii morte conſpirationem non prodidiſſet, capite mulctatus fuit, caſus annumerandus eſt, de quo elegans extat non Grotii, ut communiter putant, ſed *Conſtantini Huygens de Zuilichem in Momentis deſultoriis p.* 180. diſtichon:

O legum ſubtile nefas, quibus inter amicos
Nolle fidem fruſtra prodere proditio eſt.

Furtis in vita communi nihil frequentius eſt. Sed ſubtilia quædam ex illis ſunt, ut oculos vulgi fallant, & ab honeſte viventibus non evitentur. Injurias eſſe, quum quis nihil debentem de debito interpellat, virgini osculum eripit, cetera, multi ignorant, nec ſibi ſatis ab hoc delicto cavent. Crimen de reſiduis ab adminiſtratoribus pecuniarum publicarum, eas in uſus ſuos cum animo reſtituendi impendentibus, quotidie committitur, neſcientibus ſæpe id, quod faciunt, crimen eſſe, & pœnam præter ſpem & exſpectationem

tionem ſuam ſuſtinentibus. Idem in raptu, in plagio, & aliis delictis contingit.

III.

Falſa plurima vulgo ignorantur.

Quoniam animadverti, inter cetera crimina nullum eſſe, quod frequentius perpetretur, atque tamen a rudi plebecula ignoretur, quin imo ſæpe prudentiores decipiat, quam falſum, argumentum hoc de falſi ſpeciebus, vulgo incognitis, elaborandum ſumſi, fretus conſilio & ope Præſidis, qui etiam ſententias & reſponſa, paſſim a me interſperſa, humaniſſime ſuppeditavit. Ordinem in elaboratione hac ſervavi nullum, ſed ſpecies iſtas, prout eæ ſe mihi obtulerunt, expoſui. Nec omnes me adſecutum fuiſſe confido, ſed, plurimas meos quoque oculos effugiſſe, credo, quæ fortaſſis impoſterum ſupplebuntur.

IV.

Quatuor illa, quæ vulgo ad falſum requiruntur, ad examen revocantur.

Antequam cum vulgo agimus, Doctores ipſi coarguendi ſunt, qui crimen falſi arctioribus, quam par eſt, limitibus circumſcribunt. Quatuor nempe ab illis communiter ad crimen falſi requiruntur, quorum unum ſi abſit, falſum committi haud putant. Primum eſt dolus, ſecundum veritatis immutatio, tertium damnum alteri illatum, quartum expreſſa legis Corneliæ, vel alius notatio. Excutiam ſingula.

V.

Dolus, qui in falſo deſideratur, ignorantiam juris & ſupinam negligentiam comprehendit.

Primo

Primo dolum in falso desiderant, idque propter *L. 2. & 31. D. & L. 20. C. ad L. Cornel. de fals.* Nihil aliud hic moneo, quam, vocem doli latius sumi, quemadmodum sæpe in legibus nostris sumitur, ut juris ignorantiam, supinumque errorem & culpam magnam complectatur. Igitur illi etiam falsarii sunt, qui falsum, quod falsum esse nesciunt, committunt, cujus rei exemplum in *L. 15. pr. de L. Corn. de falsis, & L. 3. C. de his, qui sibi adscribunt,* occurrit, nec non hi, qui, quum falsum prohibere possent, id per negligentiam non prohibuerunt, *L. 9. §. 1. de L. Corn. de Falsis,* item judices, qui constitutiones Principum negligunt, *L. 1. §. 3. eod.* Id tamen ex *L. 2. & 5. C. de his, qui sibi adscribunt,* patet, remissam sæpe pœnam fuisse his, qui per errorem peccassent. Cujus rei insigne exemplum apud *Suetonium in Augusto cap. 33.* extat. *Quum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam & absolutoriam, simul cognoscentibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum vel errore inductos, constitisset.*

VI.

Falsum aliquando sine veritatis immutatione committitur.

Alterum, quod in falso requirunt, est veritatis immutatio, idque arg. *L. 23. de L. Cornel. de Falsis.* In qua L. nihil tale reperitur, ut inspicientibus facile apparet. Magis huc pertinet definitio *Julii Pauli,* qui *lib. 5. sent. tit. 25. Falsum,* inquit, *est, quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur.* Verum nec hæc quidem definitio perpetua est. Non dicam nunc de illa specie falsi, quæ verum dicendo committitur, dum nempe verum sic profertur, ut alter per ea, quæ circumstant, in errorem inducatur, & prorsus contrarium sibi persuadeat. Talis est fraus Syri apud *Terentium Heautontim. act. 4. sc. 3.* qui: *Me,* ait, *magnifice ef-*

effero, qui vim tantam in me & potestatem habeam tantæ astutiæ, vera dicendo, ut eos ambos fallam. De quo falsi genere plura habet *Pufend. de Jure nat. & gent. l.* 4. *c.* 1. §. 9. Sed & in legibus nostris aliquot species falsi recensentur, in quibus nulla est veritatis immutatio. Sic falsarii dicuntur, qui vivi testamentum aperit, *L.* 1. §. 5. *de L. Corn. de Falsis*, qui instrumenta aliena, suæ fidei commissa, prodit, *L.* 1. §. 6. *eod.* qui veritatem non dicit, *c.* 1. *X. de Crimine falsi*, qui falsum non prohibet, quum posset, *L.* 9. §. 1. *de L. Corn. de Falsis.* Adde, quæ infra de teste, verum testimonium accepta pecunia perhibente, & litigatore judicem in bona caussa corrumpente, dicentur.

VII.

Falsum sine damno esse potest.

Porro exigunt DD. ut damnum alicui per falsum inferatur, idque ex *L.* 38. §. 6. *de Pœnis*, & *L.* 36. §. 1. *de Pignorat. act.* demonstrare, sed frustra, conantur. Nam alii jam observarunt, hoc absolute necessarium non esse, sed sufficere, quod ex facto isto fraudulento damnum in alterum redundare potuerit. Ita certe *Gailius l.* 1. *O.* 100. *n.* 7. *Carpzovius Quæst. crim.* 93. *n.* 12. & alii rem temperant. Quin imo nec hoc ultimum absolute necessarium est, sed falsum quoque committitur, etsi id nemini queat esse damnosum. Nulli certe damnum infertur ex eo, quod quis nobilitatem vel insignia falsa sibi affingit, vel doctoris dignitate ornatum se simulat. Atque tamen qui id faciunt, in falsi pœnam incidunt, *L.* 27. §. 2. *de L. Corn. de Falsis.* Porro, fatente *Farinacio Quæst.* 150. *n.* 143. & hi falsarii sunt, qui Principum & pontificum literas, etsi in nullius damnum, falsificant. Sic, qui falsum testimonium, juvandi amici caussa, perhibent, quamvis nemini noceant, falsum admittunt. Defendi aliquan-

quando ex ista communi doctrina sacerdotem, falsi insimulatum propterea, quod testatus fuerat, nuptias, quæ in ædibus privatis & sine solemni proclamatione contractæ fuerant, publice in templo & adhibitis solemnibus cunctis celebratas fuisse. Excusari poterat omissio illa solemnium ob festinationem sponsi militis, & ad iter accincti. Nec matrimonium ipsum impugnabatur, sed verum ratumque manebat. Igitur damnum omne & metus damni longissime aberant. Sed nihilominus Consistorium ecclesiasticum Vitembergense hominem, quod in attestato suo mentitus fuerat, & nomen quoque alienum, non suum, subscripserat, falsi condemnarunt & sacerdotio privarunt. Consentit mecum *Theodoricus in Judicio criminali practico*, *cap.* 8. *aph.* 1. *n.* 11. qui tamen, ne quid dissimulem, deinde *aph.* 3. *n.* 1. sibi ipsi contradicit.

VIII.

Falsum etiam sine legis Corneliæ notatione esse potest.

Nonnulli cum *Wesembecio ad tit. D. de L. Corn. de falsis* §.2. & *Hahnio ibidem* neminem ajunt incidere in crimen falsi, nisi quem lex Cornelia & S. C. Libonianum, quod in supplementum legis Corneliæ latum est, aliæque constitutiones ac responsa JCtorum, quæ eam legem interpretantur, diserte notant. Sed recte ad hæc respondet *Carpzovius Quæst. crim.* 93. *n.* 15, nuspiam expressam & specialem legis Corneliæ notationem requiri, sufficere ergo generalem ejus sanctionem, qua omnis dolosa veritatis immutatio puniri jubetur; hinc enim post legem Corneliam tot constitutiones & senatusconsulta de falso esse prodita, totque casus varios in plurimis legibus expressos & decisos, ut de reliquis non expressis ex paritate rationis facilius judicium ferri, iique ex lege Cornelia decidi possint.

IX.

Simplex mendacium aliquando falsum est.

Quod paullo ante de veritatis immutatione dixi, hoc nonnullos, & ipsum quoque *Carpzovium* movit, ut in *Quæst. crim.* 93. *n.* 9. mendacium ad falsa pertinere, negaret. Duæ scilicet sunt leges, quibus sententiæ hujus patroni innituntur, altera *L.* 23. *de L. Cornel. de falsis*, in qua Paulus falsum ab his, qui in computatione vel in ratione mentiuntur, committi negat, altera *L.* 13. §. 1. *eodem*, ubi Papinianus eum, qui falsum recitat, non facit, in legem Corneliam non incidere dicit. Sed priorem jam removit *Dionysius Gothofredus in notis ad illam, lit. q. Mentitum*, inquiens, *in ratione, computatione vel calculo ideo falsi non teneri existimo, quod ea parte errorem, communem etiam prudentioribus, prætexere possit.* C. de Errore calculi. *Contra mentitum in chirographo, & falsi descriptione & inscriptione, ideo falsi teneri existimo*, *quia hujusmodi actus nunquam errorem, sed semper fallendi cupiditatem continet. Alias mendacium species est falsi, & ut* Tertullianus *ait* 2. adversus Marcionem, *mendacium non potest ædificari sine demolitione veritatis, ideoque merito punitur.* Alterius legis, in qua peculiaris Papiniani opinio continetur, nullum usum, sed post Papinianum constitutum & receptum esse, ut recitator etiam lege Cornelia teneretur, recte observat *Wissenbachius in Exerc. ad ff. P.* 2. *Disp.* 36. §. 8. & demonstrat ex *L.* 2. *de L. Corn. de falsis, &* L. 4. *C. Si reus vel accus. mort.* Sed nec opus est disputatione. Claræ sunt leges, quæ mendacia, precibus Principi aut judici oblatis inserta, ad falsa referunt, & pœnis falsi coërceri jubent. Vide modo *L.* 29. *de L. Corn. de falsis. L.* 2. 3. 5. *C. Si contra ius vel utilitatem publ. can.* 16. *XXV. qu.* 2.

X.

X.

Tabellarius, literas sibi commissas intervertens, falsarius est.

Nunc facilius judicabitur de veritate eorum, quæ *Harprecht ad* §. 7. *I. de Publicis judiciis n.* 8. statuit, ubi sic ait: *Illud hic inquirendum occurrit, an tabularius literas, fidei suæ commissas, non transportans ad locum, quo transferre promisit, falsum designet? Et non designare regulariter, probabilius videtur: nisi circumstantiæ aliud doceant. Licet enim literas plane abjiciens & perdens, vel apud se retinens, & nihilosecius se transtulisse dicens, mercedemque petens, hoc dolose & fraudulenter faciat, adeoque unum falsi requisitum adsit; alterum tamen deest, veritatis nimirum immutandæ caussa illud eum fecisse, cum potius tædio itineris longinqui demetiendi vel sumtibus parcendi gratia fecerit. Et quamvis, se literas pertulisse ac probe curasse fingendo, mentiatur: proprie tamen loquendo non est falsum, ac eapropter pœnam falsi mendacium regulariter non meretur.* Verum enim vero si hoc falsum non est, quid tandem falsum erit? Fac etiam, simplex mendacium ad legem Corneliam non pertinere, quod tamen satis, ut puto, modo refutavi. Num simplex hic adest mendacium? Nonne factum idque atrox admodum, abjectio scilicet & interversio epistolæ, accessit? At, ais, hoc veritatis immutandæ caussa non fecit. Fecit utique, scilicet, ut lateret mendacium suum. Vide *L.* 2. *de L. Corn. de falsis*, ibi: *amoverit, celaverit, subjecerit, resignaverit.* Adde *L.* 14. *C. eodem.*

XI.

Sæpe falsa, subtiliter commissa, fortuito reteguntur.

Excutiendæ jam sunt & deregendæ occultæ illæ & ignoratæ vulgo falsi species, inter quas primum merito locum occupant, quæ in judiciis committuntur. Nihil illis frequentius, ut jam de suo tempore Justinianus conqueritur in *Novella* 73. *In his*, inquiens, *temporibus innumeras invenimus falsitates in judiciis multis, quorum fuimus auditores.* Mihi vero hic de iis sermo non est, quæ subtiliter quidem & multa arte excogitantur & peraguntur, sed tamen, quum in lucem protrahuntur, ab omnibus pro falsis agnoscuntur, pœnisque subjiciuntur. Ad has aperiendas non tam eruditione, quam industria, arte & sæpe fortuna opus. Dico fortuna. Sæpe enim casu fortuito falsum subtilissime inventum & diutissime occultatum retegitur. Pertinet huc elegans exemplum, quod *Zieglerus in Rabulistica c.* 13. §. 3. refert: *Meretur*, inquiens, *hic adduci, quid beato parenti meo aliquando contigit. Susceperat ille patrocinium clientuli propter ingentem summam judicio conventi. Cum vero productum esset instrumentum obligationis, atque de illius fide disceptaretur, applicata ad fenestram & lumen solare charta, apparuit, insigni illi, quod cuivis plagulæ tenuiori charactere imprimere solent chartarii, subjectum fuisse annum, quo papyrus illa confecta fuerat, atque illum multo posteriorem eo, quo scriptum se mentiebatur instrumentum. Ideoque judices, inquisitioni subjici debere producentem, juste decreverunt.*

XII.

Falsæ allegationes verum falsum sunt.

Ad falsa, quæ vulgus pro falsis non habet, pertinent falsæ, quæ ab advocatis fieri consueverunt, allegationes. Quin hæ ad crimen falsi referendæ sint, non dubito. Ipse certe Justinianus in *l.* 2. §. 19. & *l.* 3. §. 19. *C. de Veteri jure enucl.* nec non in *Constitutione de Justinianeo Codice confirmando ad Mennam* §. 3. allegatores hujusmodi crimini falsi subdit. Id quod

quod in his maxime, qui dolo malo id faciunt, verum est. Nam cum iis, qui per errorem & negligentiam hac in parte peccant, mitius agitur, ut non quidem tanquam falsarii, sed tamen, si gravis est error eorum, extra ordinem, atque id etiam raro, puniantur. Vide *Constit. Processus Magdeb. recogn. c.* 14. § 6. & de usu fori Saxonici *Martini in Processu tit.* 3. §. 1. *n.* 84.

XIII.

In allegandis auctoribus falsum varie committitur.

Committitur falsum in allegando variis modis, frequentissime vero circa autores. Opinio scilicet ista tantum non totum terrarum orbem pervasit, nihil auctoritatis habere sententiam, etsi firmissimis rationibus fultam, nisi satellitium aliquod scriptorum accedat. Clare *Lancelotus*, & ex eo *Manzius in Præfat. commentarii in Instit. In responsis*, ait, *& consiliis reddendis disserendi quidem ratio non abjicienda, sed, ubi de quæstione conventum est, ac facti species constat, magis pugnandum est auctoritatibus, cum id demum verum habeatur, quod est a multis receptum.* Hinc inepta illa consuetudo ortum trahit, qua advocati & JCti plurimi levissima quæque, quæ nemo ignorare potest, magnorum virorum auctoritate comprobant, nec dicere audent, sues gregatim pascere, patri reverentiam deberi, jus naturæ servandum esse, nisi, Homerum, Papinianum, Accursium, Mevium, idem ante dixisse, ostendant. Sed hactenus quidem risu magis, quam pœna digni forent, nisi ulterius progrederetur eorum temeritas. Nam quum sæpe in caussa gravi non habeant, quem allegent, atque tamen ad judicem persuadendum nomine quodam sibi opus esse animadvertant, fraudes adhibent infinitas. Alii, quos *Zieglerus in Dicastice Concl.* 39. §. 15. notat, locum quendam auctoris, qui argu-

mentum istud pertractavit, apponunt, & verba, sicubi negotio suo non satis accommodata videntur, immutant paulisper & interpolant. Alii impudentiores scriptorem sibi prorsus contrarium tanquam sententiæ suæ faventem adducunt, hac arte, ut locum ex rationibus dubitandi desumant, dissimulata, quam deinde ille ipse auctor subjicit, refutatione. Alii dicta autorum mutilant, &, quatenus sibi non favent, castrant. Alii vastum aliquod volumen, vel auctorem multorum librorum, ut Carpzovium, Menochium, in testimonium vocant, sed loco nullo memorato, quo fraus ipsorum securius lateat. Alii librum aliquem plane perditum, aut tamen perrarum, quem neque in judicis, neque in adversarii manibus esse sciunt, neque ipsi habent, confidenter memorant. Alii denique eo audaciæ progrediuntur, ut auctores, qui in rerum natura nunquam fuerunt, confingant allegentque. Vidi nuper scriptum advocati, innumeris allegationibus, sed otiosis & præsentem controversiam non tangentibus, fartum, in quo saltem in tractatione quæstionis primariæ subjectum erat, *prout copiose & eleganter ostendit Scol. Observ.* 307. Supplex petebat adversarius sibi indicari, quis esset ille Observationum auctor Scol. Sed responsum aliud non ferebat, quam, esse eum virum celebrem magnæque in foro auctoritatis.

XIV.

In allegandis juribus falsum varie committitur.

Gravius longe est eorum crimen, qui in allegandis juribus falsum committunt. Fit hoc iterum multis modis, quorum nonnullos recensebo. Aliqui leges obsoletas & jura abrogata, tanquam adhuc valerent, commemorant, quos falsi pœnis expresse subjicit Justinianus in *L.* 2. §. 19. & *L.* 3. §. 19. *C. de Vet. jure enucl.* Alii leges & jura, quæ in rerum na-

natura nunquam fuerunt, impudentissime confingunt. Alii legem aut statutum, conceptum quidem, sed nondum promulgatum, nec auctoritate Principis firmatum, perinde, ac si vim legis jam haberet, in medium proferunt. Mulctatus nuper est advocatus Magdeburgensis, quod legem municipalem a senatu quidem confectam, sed a rege nondum confirmatam, ideoque invalidam adhuc allegasset. Alii legem sibi contrariam aut tamen parum faventem cavillationibus in sensum diversum torquent. Alii partem legis, quatenus ea sibi favere videtur, excerpunt, & illam, quæ sibi adversa est, omittunt. Qua in parte non advocati solum, sed JCti maximi maxime peccant. Non deforent exempla plurima; Sed sufficiat in præsens unum, quod forte occurrit. Vir quidam celebris *Jure Saxonico*, inquit, *fidejussoris obligatio morte extinguitur, nec ad heredes transit.* Weichbild *art.* 117. ibi: Wo auch ein Mann Bürg wird, stirbet er, seine Kinder dörffen vor ihn nicht gelten. Indubia hæc videntur. At si eam, quam omisit auctor, partem adjicias. Des Sachwalden (debitoris) Erben sollens aber leisten und vollzahlen, thun sie es nicht, mag man alsdenn des Bürgen Kinder mahnen; satis apparet, fidejussoris heredes non liberari, sed beneficium excussionis iis tantum tribui.

XV.

Falsum in allegatione actorum sæpe committitur.

Graviter delinquunt, qui in allegandis actis falsum committunt. Faciunt id, qui pro tuendo jure suo confessionem adversarii, dictum testis, attestatum judicis, tanquam in actis reperiretur, confingunt atque allegant. Cui malo, frequenti admodum, nullum potest efficacius remedium adhiberi, quam, si lege publica, qualis jam olim in Ducatu Magdeburgico, & postea etiam in Electoratu Saxo-

xoniæ, lata eſt, ſanciatur, ne quis in judicio ad acta provocet, niſi folium ſimul, in quo id, quod dicit, reperiatur, deſignet, & ut, qui ſecus fecerit, mulctetur. Pertinent & huc, qui ſententias & decreta, quæ vere in actis continentur, tanquam res judicatas, diſſimulatis, quæ contra ea interpoſita fuerunt, remediis, allegant. Magnas ſæpe hæc fraus turbas dat, & Principem, ad quem preces forte diriguntur, aut judicem, ut perperam reſcribat vel judicet, movent. Juſtiſſime ergo Rex Pruſſiæ nuper, ob falſum hujusmodi in libello ſupplice commiſſum advocato, qui eum ſcripſerat, mulctam ſatis gravem impoſuit.

XVI.

Qui inſtrumenta falſa non facit quidem, ſed ab aliis confecta adhibet, falſarius eſt.

Reſtat, ut de falſa documentorum allegatione dicam. Hujus falſi duo ſunt genera. Primum eſt, quando quis documenta falſa non quidem conficit, nec confici per alios curat, (hoc quippe falſum indubium foret) ſed confecta ab aliis, & in manus ſuas incidentia, adhibet ſciens in ſuam utilitatem. Equidem nonnulli cum Papiniano in *L.* 13. §. 1. *de L. Corn. de falſis* eum, qui adhibet falſum, non facit, a pœna legis Corneliæ abſolvunt. Sed his jam ſupra in §. 9. reſpondi, legem iſtam per alias, ſcilicet *L.* 2. *D.* & *L.* 8. *C. eod.* nec non *L.* 4. *C. Si reus vel accuſat. mort.* ſublatam eſſe. Quod & *Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 7. *c.* 1. §. 3. agnoſcit.

XVII.

Qui lucrum, ſibi ex falſo alieno oblatum, ſciens accipit, falſarius eſt.

Sed ulterius progredior, atque eum etiam inter falſarios refero, qui lucrum ex inſtrumento falſo non petit quidem,

dem, sed sponte oblatum recipit. Exemplum suggeret *Valerius Maximus, lib. 9. cap. 4. §. 1: Quum*, ait, *admodum locupleti L. Minucio Basilio falsum testamentum quidam in Græcia subiecissent, ejus denique confirmandi gratia potentissimos civitatis nostræ viros, M. Crassum & Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis heredes inseruerunt. Quamquam evidens fraus erat, tamen uterque pecuniæ cupidus facinoris alieni munus non repudiavit. Quantam culpam quam leviter retuli! Lumina curiæ, ornamenta fori, quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura invitati auctoritatibus suis texerunt.* Non ambigo, quin Crassum hunc & Hortensium in falsi pœnam incidisse dicam. Lucrum ex falso testamento scientes acceperunt. Ratihabuerunt ergo facinus eorum, qui id subjecerant. At in maleficiis ratihabitio mandato comparatur, *L.* 1. §. 14. *de Vi & vi armata.* Huc pertinet *Ambrosii* locus, qui *lib.* 3. *Offic. cap.* 2: *De eo,* ait, *quid loquar, qui ex eo testamento, quod ab aliis, licet factum falsum, tamen cognoverit, hereditatem sibi aut legatum vindicet, & lucrum quærat alieno crimine, quum etiam leges publicæ eum, qui sciens falso utitur, tanquam reum adstringant facinoris.*

XVIII.

Falsarius est, qui vera instrumenta profert, sed partem eorum supprimit.

Hæc falsi species occultior quidem, sed & periculosior est, quando documenta vera, at mutila, producuntur, illaque pars, quæ producenti nocet, vel exceptionem & defensionem rei continet, supprimitur. Multi hac via improbissimi actores & accusatores innocentissimorum reorum immeritam condemnationem elicuerunt, multi contra rei eadem arte justissimum, quod sibi intentatum fuerat, judicium eluserunt. Damnat eos falsi Paullus in *L.* 16. §. 2. *de*

de L. Cornel. de falsis, ibi: *ut verum non appareat, quid celaverunt.* Exemplum ejusmodi falsi adversus se commissi *Apulejus in Apologia* retegit, atque recte monet: *Multa sunt, quæ sola prolata calumniæ possunt videri obnoxia. Cujavis oratio insimulari potest, si ea, quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur, si quædam ex ordine scriptorum ad libidinem supprimantur, si, quæ simulationis caussa dicta sunt, adseverantis pronunciatione quam exprobrantis legantur.*

XIX.

Aliqua documenta ita facta sunt, ut ad ea integra proferenda possessor non obligetur.

Huic malo, de quo ante dixi, remedium quærendum est. Nullum vero video efficacius, quam ut is, qui instrumenta producit, ad ea non mutila sed integra exhibenda compellatur. Qua de re quum magnæ sæpe lites in judiciis oriantur, & jura nostra contraria quodammodo & subobscura videantur, operæ pretium erit, eam doctrinam penitius considerare & explicare. Scilicet leges incognitæ non sunt, quæ partem saltem instrumenti edere permittunt, L. 10. §. 2. *de Edendo*, *c.* 5. *X. de Fide instrum.* quibus tamen contradicere videtur Vlpianus in L. 1. §. 4. *de Edendo.* Pugnam istam sic tollit *Carpzovius in Processu tit.* 14. *art.* 1. *n.* 30. ut judicis discretioni relinquat, quando productio partis instrumenti ad probandum videatur sufficere. Verum nec opus est arbitrio judicis, quum & recta ratio & leges ipsæ certas, secundum quas arbitrari possit judex, regulas præscribant. Discrimen scilicet faciendum est inter instrumenta. In aliquibus diversa atque invicem haud connexa capita continentur. Atque ex his sufficit, illud saltem caput, de quo præsens lis agitur, excerpi & exhiberi.

beri. Talia inſtrumenta ſunt libri rationum, de quibus L. 10. §. 2. *de Edendo*, item privilegia ſuper diverſis rebus conceſſa, de quibus *c.* 5. *X. de Fide inſtrum.* Pertinent & huc transactiones, nec non ceſſiones de ſeparatis juribus concepta, quemadmodum JCti Helmſtadienſes menſe Decembri anni cIↃIↃ CCXIV. reſponderunt: Wird gefraget: Ob Lucius das gantze über die Ceſſion gefertigte Inſtrument, oder aber nur die Haupt-Paſſage zu produciren ſchuldig ſey? Wiewol nun ein Kläger auch diejenige Documenta, deren der Beklagte vonnöthen hat, herausgeben muß, und von der Aufrichtigkeit und Gültigkeit eines Inſtruments, wenn ſolches nur Stück-weiſe vorgeleget wird, nicht allzu wohl geurtheilt werden kan; Daferne aber in dem zwiſchen Lucio und Henrici Julii beyden Erben aufgerichteten Inſtrumente einige Punckte befindlich, ſo die gegenwärtige Streit-Sache eigentlich nicht angehen, in welchem Fall die Rechte nur die Edition der Haupt-Paſſage anbefehlen; So iſt Lucius aus dem Ceſſions-Inſtrumente nur den paſſum, worinnen die Ceſſion ſelbſt ſamt der cauſſa cedendi enthalten, heraus zu geben ſchuldig, die andere puncta aber, welche den Gegentheil nicht angehen, zurück zu behalten berechtiget.

XX.

Inſtrumenta, quorum capita connexa ſunt, integra proferri oportet.

Aliter longe ſe res habet in inſtrumentis, quæ ſuper unico negotio vel pluribus quidem, ſed connexis invicem, conficiuntur. Equidem, &, qui hæc proferunt, ſi partem eorum aliquam nocere ſibi, alterique prodeſſe poſſe animadvertunt, proficua ſaltem excerpunt & cetera ſupprimunt, permiſſum id ſibi legibus, quas in præcedente §. memoravi, rati. Hinc cavillationes oriuntur, & ſententia

tia instrumentorum pervertitur sæpe, veritasque celatur. Pessime & contra *L.* 1. §. 4. *de Edendo*, quæ talia instrumenta tota edere jubet. Edenda ergo sunt integra mandata Principum, registraturæ, literæ, chirographa & contractus, nec sine falsi crimine pro parte occultari possunt. Atque sic judicarunt JCti Helmstadienses anno cIↄIↄ CCXIIX. nomine Principis Anhaltini: Daß klagende Cammer binnen vier Wochen die jetzo Stück-weis beygelegte Documenta bey Verlust derselben völlig und unzerstümmelt zu produciren, und Beklagtem Abschrift davon, jedoch auf deren Kosten, zu verstatten schuldig. Cui sententiæ has subjecere rationes: Unter den von Beklagtem zu Anfangs bey der Recognition gemachten Erinnerungen ist die zweyte, worinnen sie jetzo nur Stück-weis producirte Documenta völlig zu sehen verlangen, von einiger Erheblichkeit. Denn, ob wol Kläger dagegen vorschützet, es sey niemand ein Document weiter, als es zu seinem Beweis dienet, zu produciren verbunden, worinnen ihm auch die Rechte beyzupflichten scheinen; So ist doch solches nur von Rechnungen, Privilegien und dergleichen Documenten, worinnen gantz unterschiedene und nicht an einander hangende Puncta enthalten, zu verstehen, und hat es mit Briefen, Befehlen, Contracten, und andern solchen Schriften, eine viel andere Bewandniß, weil von deren Aufrichtigkeit und Gültigkeit, wenn man sie Stück-weis siehet, nicht wohl geurtheilt werden kan, auch durch Extrahirung der bloß in des Producenten Kraam dienenden Passagen, und Unterdrückung derer, so dem Producten vortheilhaftig seynd, Gelegenheit zu Cavillationibus und falsis gegeben wird. Diesemnach haben wir in diesem Stücke nicht unbillig vor Beklagte gesprochen.

XXI.

Sub- & obreptio, licet ſubtiliter fiat, falſum eſt.

Reſcripta Principum & decreta magiſtratuum per falſas preces quotidie impetrantur. At pauci ex his, qui eas preces concipiunt, cogitant, ſe in crimen falſi & pœnam legis Corneliæ incidere, quum tamen hoc clare ſanciatur in *L.* 29. *de L. Cornel. de falſis, L.* 2. 3. 5. *C. Si contra jus vel utilitatem publ. & can.* 16. *XXV. qu.* 2. Duo autem ſunt precum falſarum, ſeu, uti communiter dicitur, ſub- & obreptionis genera, quorum alterum mentiendo, alterum veritatem celando committitur. Ab illo abſtinent honeſtiores. Hoc vero ſubtilius eſt, atque ideo frequentius committitur, quod pauci id pro crimine reputent. Dici non poteſt, quanta aſtutia hanc ſub- & obrependi artem exerceant advocati, quam callide Principem & judicem circumveniant. Narrant ſæpe factum, exponunt potiſſimas circumſtantias, ſed eas tot ambagibus involvunt, tot verborum lenociniis veſtiunt, ut legenti tamen fucus fiat, atque, ut *Cicero* apud *Ammianum Marcell. lib.* 30. *c.* 6. loquitur, religio judicantis decipiatur. Sed hæc verſutia a dolo & falſo eos non liberat, niſi & furem propterea, quod ſubtilius furatus ſit, ex furum numero eximere velis: Quin imo majore odio digni ſunt hi veteratores. Recte *Cicero* memorato loco: *Quum nihil*, inquit, *tam incorruptum eſſe debeat in republica, quam ſuffragium, quam ſententia, non intelligo, cur, qui ea pecunia corruperit, pœna dignus ſit, qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quam, qui pretio judicem corrumpit, quod pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo poteſt.* Nec deſunt JCti, qui mecum ſentiant. *Abbas & Innocentius ad c.* 22. *X. de Reſcriptis*, multique alii, quos memorat &

sequitur *Franc. Salgado in Labyrinth. cred. P. 1. c. 37. §. 16. sqq.* idem esse dicunt, omnino tacere veritatem, vel eam obscure & sub involucro verborum narrare. Supplicio tamen non afficitur id falsariorum genus, quum pervulgatum nimis sit crimen & viris etiam cordatis sæpe obrepat. Nam, ut *Plinius lib. 2. epist. 3.* conqueritur, qui in foro verisque litibus teruntur, multum malitiæ, quamvis nolint, addiscunt. Hoc interim æquum est, ut fructu careant preces hujusmodi improbæ & fucatæ, irritumque declaretur id, quod per eas obtinetur. Sic JCti Helmstadienses mense Februario anno cIↃ IↃ CCXIIX. in expensas condemnarunt litigatorem, neglecto, quod per tales artes a collegio juridico elicuerat, responso: Wir haben Klägern in Ansehung dieser offenbaren Ungerechtigkeit, wovon ihn das, durch Vorstellung lauter favorablen Umständen erschlichene Responsum, nicht befreyet, in die Unkosten vertheilet.

XXII.

Preces falsæ sunt, in quibus verum narratur, sed circumstantia alicujus momenti omittitur.

Falsum incognitum est, si quidem precans in narratione facti præcipuam quandam circumstantiam prorsus omittit. Illud enim, ut recte *Salgado cit. loc. n.* 15. ait, semper præ oculis erit habendum ad excludendam subreptionem facultatis impetratæ, ut Principi fiat certa, vera & specifica relatio omnium, quæ illum possent movere vel ad concedendum, vel ad difficilius concedendum. Idem *n.* 19. de supplicante quodam, qui partem veri dissimularat, agens: *Iste,* inquit, *impetrans similis fuit infirmo, seu vulnerato, qui chirurgo vulnus detegere noluit, & ob id mortuus est. Detegere enim debet impetrans vulnus omne Principi, id est, omnia obstantia ipsi impetrationi, ita, ut appareat ex verbis rescribentis, eum intellexisse rem omnem clare & specifice; alias non* in-

intelligitur dispensasse. Movit aliquando hæc doctrina JCtos Vitembergenses, ut abolitionem, quam in crimine de residuis quis a Principe impetrarat, ob id solum irritam declararent, quod quantitas pecuniæ a reo interversæ in precibus expressa non esset, & deinde major, quam Princeps crediderat, apparuisset. Vide *L.* 18. §. 2. *ad SC. Turpill.*

XXIII.

Mendaciis & fraudibus in defendenda bona caussa uti, falsum est.

Dum de falsis, quæ in judicio committuntur, ago, quæstionem tangam non incelebrem, liceatne ad defendendam bonam caussam falsis uti. Ajunt *Glossa in c. cupientes* 16. *de elect. in 6. verb. malignantium, & in c. dominus noster* 23. *qu.* 2. nec non *Tiraquellus de retractu præfat. n.* 71. aliique plurimi. Falsi tamen vocem tanquam duriorem hi non adhibent, sed detestantur, atque dolos saltem, fraudes, cavillationes, malitias, mendacia, circumventiones permittunt. Ridicule profecto, quasi nempe crimen ipsum, vitato nomine, vitaretur. Potissimum vero, quo utuntur, argumentum a bello desumunt, putantque militi togato idem in adversarium, quod sagato in hostem liceat, licere. Quæ ratiocinatio quam inanis sit, nemo cordatus non videt. Scilicet militi in hostem & vi & cæde & incendio grassari licet, quæ certe advocato sanus nemo permittet. Diversissima sunt invicem bellum & judicium, & comparatio, quæ in *L.* 14. *C. de Advocat. divers. jud.* inter advocatos & milites instituitur, speciosa magis est atque advocatis honorifica, quam vera. Agnoscit hoc etiam *Zieglerus in Rabulistica c.* 12. ceterasque rationes, quibus ajens sententia defenditur, egregie refellit. Nec quidquam in eo reprehendo, nisi quod in §. 8. statuere videtur, fraudes istiusmodi honestati quidem adversas esse, ac conscientiæ & ratio-

tionis dictamini non semper convenire, sed lege civili permitti atque tolerari. Ego vero, legem civilem & prohibere hos dolos & pœna falsi coërcere, puto. Patet hoc ex *L.* 14. §. 1. *C. de Judiciis*, ubi advocati utriusque partis jurare jubentur, *quod omni quidem virtute sua omnique ope, quod verum & justum existimaverint, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studii relinquentes, quod sibi possibile est.* Deinde idem ex *L.* 24. *C. de Probationibus* apparet. Quam legem non ignoro cum *L.* 7. *C. Th. de Fide testium*, ex qua tamen desumta est, non convenire, sed interpolatam a Triboniano esse, quemadmodum *Jac. Gothofredus in comment. ad d.* L. 7. ostendit. Quantamcunque vero mutationem a Triboniano passa sit, quoniam publica auctoritate inter leges relata est, nos accipere eam & pro lege habere oportet. Igitur secundum illam, qui quid in judicio promit, nec ejus adstruit veritatem, tanquam falsarius est detinendus. Accedit porro argumentum ex L. 2. §. 2. *de Condict. ob turp. vel injust. caus.* L. 3. *C. ad* L. *Jul. repetund.* & L. 1. §. 2. *de* L. *Corn. de falsis* petitum. Quum enim illæ judicem corrumpere etiam in bona caussa vetent, idque sub jactura juris sui & pœna legis Corneliæ prohibeant, non video, cur mitius puniendus sit, qui fraudibus & mendaciis utitur. Denique *lex* 29. *de* L. *Cornel. de falsis* per acta obrepere judici inter falsa refert, nullumque inter caussas facit discrimen, ut adeo nec a nobis id faciendum sit. Quæ quum ita sint, mirari satis non possum impudentiam *Butrigarii in c.* 1. *X. de Mutuis petit.* & *Decii in* L. 65. *de Reg. jur.* suadentium reo, qui ex mutuo, quod olim jam restituit, convenitur, ut cum jurejurando affirmet, se nihil accepisse. Ceterum consentit mecum *Bargalius de Dolo lib.* 1. *c.* 7. & *Præses in Spec. ad ff.* LIX. *med.* 6.

XXIV.

Testis mercede conductus, etsi verum dicat, falsum committit.

Falsum committunt testes, qui mercedem accipiunt, etiam ut verum testimonium perhibeant, *L.* 1. §. 1. & 2. *de L. Cornel. de fals. C. Crim. art.* 64. *can.* 15. *XIV. qu.* 5. Et ita responderunt Scabini Lipsienses apud *Carpzovium Quæst. crim.* 93. *no.* 51: So wird N. P. Aussage von den Acten billig removirt, und er möchte deswegen, daß er Geld genommen, die Wahrheit zu berichten, willkührlichen entweder eine Zeit lang mit Gefängniß, oder mit zeitlicher Landesverweisung in Strafe genommen werden. Dissentit quidem *Iulius Clarus sententiarum lib.* 5. §. *Falsum n.* 13. negatque, testes corruptos, si veritatem dicant, falsum committere. At unicam ejus rationem, quod scilicet falsum sine immutatione veritatis esse nequeat, supra jam *in* §. 6. refutavi, & refutat pluribus *Hunnius ad Treutl. vol. poster. disp.* 32. *qu.* 70.

XXV.

Falsarii sunt litigatores, qui judicem etiam in bona caussa corrumpunt.

Falsarii sunt, & jactura causæ suæ puniuntur litigatores, qui, etsi bonam foveant causam, judici tamen munera offerunt, favorem ejus sibi conciliaturi. *L.* 1. §. 2. *de L. Cornel. de falsis* junctis *L.* 2. §. 2. *de Condict. ob turp. vel injust. causam. L.* 3. *C. Ad L. Jul. repetund.* & *can.* 15. §. 1. *XIV.* 5. Multi hoc ignorant, permissumque sibi credunt, munusculis judicem ad promovendam, ut loquuntur, justitiam excitare. Quinimo non diu adhuc est, quod procuratores magni cujusdam tribunalis in rationes expensarum litis peculiare caput eorum, quæ *pro excitando referente* dedissent, referrent.

XXVI.

Falsarii etiam sunt, qui judicem per interpositam personam corrumpunt.

Falsum hoc, de quo *in præced. medit.* dictum, sæpe quidem immediate, sed sæpius adhuc mediate committitur. Nonnulli scilicet religiosiores, si Diis placet, judices ipsi per se quid accipere non audent, munigerulos vero, si qui veniunt, non absterrent prorsus, sed vel ad uxores, ministros, liberosve suos ablegant, vel tamen munera allata ab his accipi, causasque sibi per eos commendari patiuntur. Romanis hoc olim admodum familiare fuit. Rarum secundum *Iuvenalem Satyra* 8. *v.* 127. *sqq.* in magistratibus eorum est,

Si cui sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendat Acersecomes, si nullum in conjuge crimen,
Nec per conventus & cuncta per oppida curvis
Vnguibus ire paret numos raptura Celæno.

Nec hodie infrequens esse id crimen, experientia docet quotidiana. Artificium tamen hoc corruptores mediatos, seu, ut *L. 6. C. ad L. Iul. repetund.* loquitur, per interpositam personam donantes, a crimine falsi non liberat, ut satis ex verbis: *corrumpendumve curaverit,* in *L.* 1. §. 2. *de L. Corn. de falsis* positis, apparet.

XXVII.

Corrumpunt judicem non solum, qui grandia dona, sed &, qui munuscula, xenia & esculenta offerunt.

Indulgentiores sunt nonnulli, litigatoribusque permittunt, esculenta & potulenta, seu, uti communiter teste *Brummero ad legem Cinciam cap.* 7. §. 12. dicebantur, xenia judici donare. Hæc enim Baldo, Lancelloto & Nevizano, a *Carpzovio*

pzovio P. 2. *Quæst. crim.* 93. *n.* 61. memoratis, calcar tantum expediendarum litium, & minutula gratitudinis symbola esse videntur, ob quæ nihil magis aut minus in judicio aut exsecutione facienda procedatur, quum lepus, cuniculus, capo, perdix, pavo, lucius, salmo, aut varia vinorum genera, non facile corrumpere queant judicem. Eadem opinio est *Lauterbachii in Collegio Theorico practico tit. de L. Iulia repetund.* §. 6. quæ etiam *in L. 6.* §. 3. *de Officio procons.* & *L.* 18. *de officio præsidis* fundata videtur. Verum enim vero, qui hominum mentes norunt, hi tam munera quam munuscula in iis flectendis alicujus ponderis esse sciunt. Igitur & ab his abstinendum est. Iustinianus certe in *Nov.* 17. *c.* 1. magistratum nullum contingere lucrum neque majus neque minus vult. Vult ergo, ut & a xeniis atque eduliis abstineat. Non abs re erit, hic exemplum legatorum, a fœderato Belgio ad Episcopum Monasteriensem anno 1657. missorum, ex *Wicquefortio de l'Ambassadeur lib.* 2. *sect.* 18. *p.* 222. memorare. Obstricti illi erant jurejurando, ne quod munus acciperent. Itaque honorificentissime invitati ad cœnam ab episcopo, venire tamen, etsi ter rogarentur, constanter recusarunt, nec moveri se passi sunt, quod episcopus, ut cogeret eos, per totam urbem interdixisset, ne quis legatis esculenta suppeditaret. Fercula quoque sibi ab episcopo missa intacta remiserunt, & esurire quam jusjurandum violare maluerunt. Quod vero ad leges, quæ objiciuntur, attinet, eæ de proconsulibus & præsidibus provinciarum agunt, quibus, ne sub specie munerum illicitas per provincias suas exactiones facerent, interdictum erat, quidquam ab hominibus sibi subjectis accipere. Xenia tantum esculenta & potulenta iis poterant offerri, non tamen a litigatoribus seu his, quorum caussa de præsenti apud præ-

ſides & proconſules ventilabatur, ut recte monet *Schilterus Exerc. ad ff.* 5. §. 15. *in fine.*

XXVIII.

Injuriarum tenetur, qui judicem corrumpere tentat.

Quid juris in his, qui judicem non corrumpunt quidem, corrumpere tamen tentant? Falſarios eos dicere non audeo, quod conatus effectum non habuit. At quemadmodum fœmina, cujus pudicitia attentata fuit, injuriarum actionem habet, *L.* 9. §. 4. *L.* 10. *de Injuriis*, ſic & judex vel aſſeſſor judicii eum, qui tentare ipſum muneribus ſuſtinuit, merito injuriarum actione pulſabit.

XXIX.

Teſtis, qui vel ad teſtandum vocatus non comparet, vel veritatem celat, falſum committit.

Ad teſtes, de quibus jam ſupra dixi, redeo. Neſciunt plerique eorum, ſe tunc quoque falſum committere, quum veritatem celant. Nec neceſſe eſt, ut mercede inducti ſileant, quemadmodum aliqui a *Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 7. *c.* 1. §. 12. memorati putant, ſed ſufficit, quod gratis. Generaliter enim Auguſtinus in *c.* 1. *X. de Crimine falſi*: *Vterque*, ait, *reus eſt*, *& qui veritatem occultat*, *& qui mendacium dicit*, *quia & ille prodeſſe non vult*, *& iſte nocere deſiderat.* Adde *L.* 8. *C. de Epiſcopis*, ex qua *Maſcardus de Probationibus vol.* 1. *qu.* 5. *n.* 71. colligit, eum etiam falſarium eſſe & lege Cornelia teneri, qui ad teſtimonium ferendum evocatus ſe plane non ſiſtit.

XXX.

Judex ſententiam, partibus petentibus aut conſentientibus, a collegio juridico in cauſſa civili impetratam, vel totam, vel pro parte ſupprimens, peccat.

Nunc

Nunc de falsis, quæ a judicibus committuntur, paucis agam. Solent illi nonnunquam sententias, a collegiis juridicis in causis civilibus impetratas, vel plane non, vel non integras, publicare. Vbi duæ nascuntur quæstiones, primum, an peccent, deinde, in quod genus delicti incidant? Priorem prius expediam. Distinctione nempe opus est. Quodsi judex sua sponte & insciis partibus acta ad collegium Jureconsultorum mittit, & formulam, qua in judicando utatur, sibi præscribi petit, hoc consilium merum est, quod secundum §. 6. *I. de Mandato* non obligat, atque ideo impune negligitur. Verum si judex, vel petentibus litigatoribus, vel scientibus saltem & ad inrotulationem citatis, acta ad collegium misit, jus semel adquisitum est litigantibus, in quorum injuriam consilium suum mutare amplius nequit judex, *L.* 75. *de Reg. juris.* Peccat ergo, si vel integram vel partem ejus supprimat, prout & *Strykius ad Brunnem. Jus Eccles. lib.* 3. *c.* 9. §. 4. sentit, & JCti Vitembergenses mense Martio anni CIↃ IↃ CCX. responderunt: Daß freylich hierunter ein Fehler vorgegangen, daß man das aus dem Leipziger Schöppenstuhle eingeholte Urthel dem D. nicht gantz, sondern nur zur Helfte publiciret, da doch dergleichen Urthel, welche in causis civilibus auf beyder Parteyen Ansuchen, wie allhier geschehen, ad acta gesprochen und von andern Orten geholet werden, nicht allein zur Information des Richters, sondern auch der Parteyen dienen, und ihnen dergestalt, wie sie eingelaufen, ohne Zusatz oder Abnahme zu eröfnen seynd.

XXXI.

Judex sententiam civilem, a collegio juridico acceptam, supprimens falsum committit.

Quale erit delicti genus, in quod judex iste, de quo *in praecedente medit.* dictum, incidit? *Thomasius de Judice sententiam in causis criminalibus latam ab actis removente* §. 20. de praevaricatione & crimine repetundarum cogitat. Cujus sententiam, maxime quum de causis non civilibus sed criminalibus ibi agat, in praesens haud examinabimus. Quando tamen judex sententiam talem, vel partem ejus, plane dissimulat, non dubito hoc ad crimen falsi referre, idque arg. *L.* 16. §. 2. *de L. Cornel. de falsis* ibi: *ut verum non appareat, quid celaverunt, subripuerunt, subjecerunt, resignaverunt.*

XXXII.

Iudex inferior, sententiam criminalem, a collegio juridico acceptam supprimens, falsum committit, non item princeps, nec judicia superiora.

In causis criminalibus paulo aliter sese res habet. Discrimen scilicet faciendum est inter judices. Aliqui ex his ipsi causas criminales judicare nequeunt, sed easdem collegiis juridicis necessario committere debent, veluti nobiles, praefecti, senatus, minorum imprimis civitatum. Vide *Ludovici* **Einleitung zum peinlichen** *Process cap.* 10. §. 4. Atque hi, quum jus decernendi non habeant, eligere quidem collegium, ad quod acta mittant, possunt, sed sententiam ab eo acceptam, de qua illis judicium non competit, publicare necessario debent, supprimentesque eam delinquunt, ut recte sentit *Tabor de Tortura & indiciis delictorum art.*28. §. 9. & per ea, quae modo dixi, falsum committunt. Aliud vero est in principe, collegio illustri vel judicio, ex pluribus iisque eruditis membris constante. Hi caussas criminales ipsi judicare possunt, &, si quod collegium JCtorum consulunt, libere id faciunt, atque ideo ex consilio

ſilio hujusmodi non obligantur, ſed impune ab eodem recedunt. Vide *Hornium Claſſe XV. Reſponſo* 82.

XXXIII.

Princeps ſententiam leniorem, a collegio juridico acceptam, aliquando recte removet, & duriorem ſubſtituit.

Cautionem principi præcipit *Thomaſius de Iudice ſententiam in cauſis criminalibus latam ab actis removente* §.4.&5. ut, ſi ſuſpicio oriatur de duritie, vel nimia lenitate ſententiæ, difficilior ſit in removendis ſententiis, quæ leniores videntur, facilior in his, quæ duriores. Lubenter aſſentirem viro illuſtri, ſi modo collegia juridica in puniendis delictis leges ſequerentur. Verum nihil eſt hodie jurisprudentia noſtra criminali corruptius. Interpretibus nempe jurium pœnæ, legibus in maleficos ſtatutæ, acerbiores viſæ ſunt. Igitur, ut has eluderent, infinitas excogitarunt explicationes, verborum captationes, æquitates, mitigationes, limitationes, exceptiones, reſtrictiones, & hæc phantasmata ſua in libros, ſcholas, judicia & collegia invexerunt, totamque jurisprudentiam criminalem ſic perverterunt, ut nulla ſit lex, quæ non commodiſſime eludi, nullumque delictum, cujus pœna a reo paulum verſuto non declinari poſſit. Igitur ſceleſtiſſimi homines vel impune prorſus ferunt facinora ſua, vel, ſi quod forte exemplum ſtatuendum videtur, virgis parumper cæſi ad vicinas terras, nova crimina perpetraturi, dimittuntur. Quis nunc mirabitur furum, adulterorum, raptorum, homicidarum, falſariorum multitudinem, quæ Germaniam noſtram inundat? Debetur ea intempeſtivæ JCtorum & collegiorum juridicorum in maleficos miſericordiæ & in rem publicam crudelitati. Nec ſperari poſſunt tempora meliora, niſi iſta facinoroſorum perfugia, cavillationum officinæ & ſomniorum ſtabula, auctori-

ctoritate publica repurgentur, idolum ex vanis interpretamentis consutum ex throno, quem occupavit, deturbetur, atque sancta legum auctoritas in pristinum locum restituatur. Quamdiu vero hæc non fiunt, ego semper auctor ero principi, ut, si suspicio oriatur de duritie vel nimia lenitate sententiæ, a collegio juridico conceptæ, difficilior sit in removendis sententiis, quæ duriores videntur, facilior in his, quæ leniores.

XXXIV.

Judices & JCti, qui in judicando & respondendo leges negligunt, falsarii sunt.

Dixi modo, judices & JCtos nonnunquam, in caussarum maxime criminalium decisione, neglectis legibus, somnia atque interpretationes DD. sequi. Ignorant autem forsan, se per hoc ipsum in falsi crimen incidere. Sed incidunt profecto. Aperte Marcinianus in *L.* 1. §. 3. *de L. Cornel. de falsis: Si judex*, inquit, *constitutiones principum neglexerit, punitur.* Nihil addo. Tantum advocatis fisci istius criminis persecutionem sedulo commendo, & largam mulctarum segetem promitto.

XXXV.

Qui instrumentum de falso accusat, nec probat, peccat quidem, sed falsarius non est.

Dionysius Gothofredus ad L. 24. *C. de Probationibus lit. u: Qui instrumentum*, ait, *accusat de falso, nec probat, punitur tanquem falsarius.* Verum hæc sententia in memorata L. 24. ut ego existimo, non continetur. Putat quidem Gothofredus, verba illa: *Scripturas suspectas comminisci*; significare: scripturam adversarii ut commentitiam, suspectam & falsam accusare. At in ea significatione vox comminisci nun-

nunquam accipitur, ſed ſemper pro excogitare, effingere, producere, invenire. Sic Phœnices apud *Pomponium Melam lib.* 1. *c.* 12. literas & literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum prœliumque commenti dicuntur. *Plautus Pſeudolo Act.* 4. *Sc.* 7. *v.* 64. Pſeudolum docte dolum comminiſci ait. Adde *L.* 1. §. 1. *in f. de eo, per quem factum erit*, Scripturas itaque ſuſpectas comminiſci, idem eſt, quod excudere, producere. Ex ceteris, quas *Gothofredus ibidem* pro ſtabilienda opinione ſua affert, legibus unica alicujus momenti non quidem eſt, ſed videtur, *L.* 2. *C. de Fide inſtrumentorum*, ubi paratus quis dicitur falſi aliquem de inſtrumento accuſare, & discrimen periculi pœnæ legis Corneliæ ſubire. Sed hæc lex ad obſoleta inſcriptionum jura, quibus accuſator ad ſimilitudinem ſupplicii ſe obligare jubebatur, pertinent, neque amplius uſum vel Juſtiniani tempore habebat. Quapropter merito hos accuſatores, etſi in accuſatione ſuccumbant, ex falſariorum numero eximo.

XXXVI.

Advocati fiſci, qui ex archivo Principis inſtrumenta, privatis damnoſa, deſumunt, & utilia iisdem ſupprimunt, in crimen falſi incidunt.

Rectius ad falſarios arg. *L.* 16. §. 2. *de L. Cornel. de Falſis* referas advocatos fiſci, qui ex tabulario Principis inſtrumenta deſumunt, ex quibus actiones erga privatos inſtruunt, atque bona illorum impetunt, ea autem documenta, quæ ad defenſionem miſerorum pertinent, diſſimulant, celant, ſupprimunt.

XXXVII.

Tranſitur ad falſa incognita, quæ extra judicium committuntur.

Et hæc quidem de falsis, quæ in judicio committuntur, sed vulgo tamen ignorantur, dicta sufficiant. Sequitur altera classis eorum falsorum, quæ extra judicium perpetrantur. Major profecto eorum copia est. Sed animadverto, me limites, quos ab initio huic scripto destinaveram, jam excessisse. Igitur ex falsis istis extrajudicialibus potissima saltem excerpam, paucisque verbis proponam, uberiorem explicationem opportuniori tempori reservaturus.

XXXIIX.

Falsarii sunt, qui insignia sibi, nobilitatem, vel antiquitatem generis, arrogant.

Nihil frequentius est, quam insignia sibi propria auctoritate sumere, cognomini suo istam nobilitatis notam, *von*, præponere, vel, si quis recenter nobilis creatur, antiquitatem generis fingere & in priscam familiam sese asserere. Atque tamen, qui hoc faciunt, falsarii manifesti sunt, *L.* 13. *pr. L.* 27. *§. ult. de L. Cornel. de Falsis.* Etsi vero Germania nostra hujusmodi falsariis abundet, negari tamen non potest, in Gallia uberiorem adhuc eorum proventum esse, aut fuisse certe. Spero enim, defuncti Regis Ludovici XIV. severissimis edictis repressam aliquantulum esse incredibilem illam Gallorum in fingendis natalibus libidinem. Nam si tempora superiora spectes, parum abfuit, quin integra Gallia comitibus, marchionibus, abbatibus, equitibus imaginariis compleretur. Festive admodum *S. Evremond in Operum suorum tomo* 2. *p. m.* 89. marchionem talem, de Bousignac dictum, loquentem inducit. *Quoi? de ces formalistes! je ne m'accommode pas de ces gens là. Vous creveriez, morbleu! plutôt que de leur arracher le mot de Marquis, à moins qu'ils ne soient assurés du Marquisat.* Et quum alter, cum quo

quo colloquitur, mirabundus quæreret: *Vous n' avez donc point de Marquisat?* ipse respondet: *Vous venez de l'autre monde: apprénez, que les Marquisats ne sont bons que pour les vieux Seigneurs de Province, qu'on ne voit pas dans les Cabinets. Pour nous autres Marquis de Cour,* (BEAU PRIVILEGE DE LA NOBLESSE FRANÇOISE!) *nous faisons nous-mêmes notre Qualité, sans avoir besoin du Roi pour cela.*

XXXIX.

Qui ad testamentum alterius scribendum adhibiti sibi vel liberis suis quid adscribunt, falsarii sunt.

Plurimæ extant leges, quibus is, qui ad testamentum scribendum adhibetur, si quid sibi ipsi, aut liberis suis, licet jussu testatoris, vel dictante eo, adscribat, falsarius declaratur, *L.* 6. 10. 14. 15. 22. *de L. Cornel. de falsis tot. tit. C. de his, qui sibi adscribunt in testamento.* Atque hoc tamen paucissimi sciunt, sed per ignorantiam juris in istud crimen incidunt, *L.* 15. *pr. de L. Corn. de falsis.* Perstrepunt ergo quotidie hujusmodi litibus fora, in quibus tamen decidendis hanc regulam servant JCti, ut, si bona fides scribentis & voluntas defuncti liquido doceri possit, nec leges casum obvenientem expresse damnent, adscribens a pœna liberetur, atque legatum etiam sustineatur. Sic Francofurtani apud *Brunnemannum* sustinuere legatum in testamento, quod deinde coram testibus & personis judicialibus testatori prælectum ab eoque probatum fuerat, scribenti relictum. Sic JCti Vitembergenses apud *Bergerum in Supplem. ad Electa Jurispr. Crim. P.* 1. *Obs.* 21. responderunt, judicem non perdere legatum, qui super testamento, nuncupative coram eo condito, instrumentum ex

actis conficit, & in eo, sibi quid relictum fuisse, declarat. Iidem JCti Vitembergenses apud *Bergerum in Oeconomia juris p.* 419. eum quoque excusarunt, qui prima & potiora testamenti capita, & inter hæc etiam legatum suum, in chartam, ex qua tertius deinde testamentum transsumsit, conjecit. Quod cum *Sichardus* quoque *ad L. 22. C. de Testamentis* tuetur, JCti Helmstadienses mense Decembri anni cIↄIↄCCXIV. similem in modum responderunt: Es wird den Quærenten wenig helfen, daß Vulturius, welcher das Testament aufgesetzet haben soll, seine Kinder darinnen mit einem ansehnlichen Legato bedacht. Denn zu geschweigen, daß Vulturius das Testament nicht selbst geschrieben, sondern nur aufgesetzet und concipiret, in welchem Fall, bewährter Rechts-Lehrer Meynung nach, der Legatarius sich des legati nicht verlustig machet 2c. Iterum dicti JCti mense Januario anni cIↄIↄCCXIII. eum a pœna liberarunt, qui descripserat saltem jussu testatoris testamentum, in quo ipsi hereditas relicta erat, ex protocollo Notarii. Dignum est responsum, quod adjiciatur: Haben zwey Ehe-Leute, Sejus und Javolena, ihren letzten Willen, worinnen sie sich mutuo zu völligen Erben eingesetzet, einem hierzu berufenen Notario vorgesaget, welcher auch solchen ex ore testantium niedergeschrieben, nachgehends aber sowol durch einen Unfall an der rechten Hand, als Alters halben, denselben in das Reine zu bringen, verhindert worden. Weil nun Javolena nicht verstatten wollen, daß ihre Disposition einem Amanuensi in die Hände käme, so hat der Notarius Sejum selbst zum Abschreiben vorgeschlagen, welcher sich auch, mit der Javolenæ Bewilligung, darzu verstanden, und das testamentum reciprocum aus dem ihm vorgelegten Original-Protocoll in das Reine gebracht. Welches denn der Notarius collationiret, und beyderseits Ehe-Leuten unterschiedene

mal

mal vorgelesen, da sie denn, daß darinnen ihr wahrhafter letzter Wille enthalten, nochmalen bezeuget. Worauf der Notarius in Gegenwart sieben hierzu erforderter Zeugen die Testantes abermalen gefraget: Ob sie das Testament, welches er in Händen gehabt, vor das ihre hielten? Und als sie wiederum ja gesprochen, hat er es sowol von ihnen und den sieben Zeugen unterschreiben lassen, als auch selbst seinen Namen und Notariat-Signet darunter gesetzet. Da nun Javolena anjetzo verstorben, und Sejus ihrer Erbschaft sich anmasset, entstehet die Frage: Ob er sich nicht derselben dadurch, daß er das Testament eigenhändig geschrieben, verlustig gemachet? Nun ist zwar in den gemeinen Rechten klar verordnet, daß der, welcher eines andern letzten Willen schriftlich verfasset, und sich selbst darinnen zum Erben einsetzet, oder ihm etwas vermachet, nicht allein davon nichts fodern könne, sondern auch noch dazu als ein falsarius bestrafet werde, gestalt ihm dann die ignorantia juris diesfalls nicht zu statten kommt, *L. 15. pr. de L. Cornel. de falsis*, weil so gar Soldaten, die doch sonst ob ignorantiam juris restituiret werden, sich dessen, was sie ihnen selbst aus Unwissenheit zuschreiben, verlustig machen, *L. 5. C. de his, qui sibi adscribunt*, worzu ferner kommt, daß des Testatoris eigenhändige Unterschrift dem Scribenti nicht hilft, *L. 15. §. 1. de L. Cornel. de falsis*, wie denn auch derselbe zu seiner Entschuldigung, daß der Testator es also dictiret, nicht anführen mag, *L. 3. C. de his, qui sibi adscrib.* wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey Sejus von seiner Frauen Erbschaft allerdinges auszuschliessen. Alldieweil aber in demjenigen Fall, da der Schreiber des Testaments anderweit, etwa durch des Testatoris speciale Unterschrift und Bekänntniß, *L. 1. §. 8. de L. Cornel. de falsis*, oder auch sonsten, *Sichardus ad L. 22. C. de Testam. n. 4.* die Wahrheit des ihm hinterlassenen Legati oder Erb-

schaft beybringen, und suspicionem falsi von sich abweltzen kan, derselbe das ihm zugeschriebene Emolumentum nicht verlieret, und denn allhier klärlich, insonderheit ex Protocollo Notarii, dargethan werden mag, daß die Javolena den Sejum zum Erben eingesetzet, dieser auch derselben letzten Willen nicht gleich Anfangs zu Papier gebracht, sondern erst nachgehends auf Verlangen der Frauen abgeschrieben, bey welcher Bewandniß die pœna hinwegfällt, welche eigentlich nur die angehet, so zur Verfertigung der Testamente gebrauchet werden, *L. 3. C. de his, qui sibi adscrib.* ibi: *qui ad scribenda testamenta adhibentur*, hiernächst Javolena bey der ihr zu unterschiedenen malen geschehenen Vorlesung allezeit ihren beständigen Willen bezeuget, wobey auch dieses nicht ausser Augen zu setzen, daß gegenwärtiges Testamentum reciprocum, also zum Theil des Scribentis eigenes, und nicht ein gantz fremdes gewesen; So erscheinet hieraus, daß Sejus sich seiner Frauen der Javolenæ Erbschaft nicht verlustig gemachet.

XL.

Qui indigni honores impetrant, eosdemque indignis conferunt, falsarii sunt.

Recte *Matthæi de Criminibus lib. 48. tit. 7. c. ult. n. 1.* falsarios vocat, qui dignitatis codicillos indigni impetrant, dum scilicet distributori improbe obrepunt, arg. *L. 29. de L. Cornel. de falsis.* Sed nonne in idem delictum incidit, qui sciens indigno honores confert? Non dico de Principe, de cujus judicio disputare, sacrilegium foret, *L. 3. C. de Crimine sacrilegii*, sed de comitibus palatinis, de patronis ecclesiarum, de academiis. Vix effugient hanc labem, quum secundum *L. 1. pr. de L. Corn. de falsis*, his, qui falsas testationes

nes faciunt, pœna legis Corneliæ irrogetur. Acta aliquando ad ordinem JCtorum Vitembergensium mittebantur, quibus academia R. archidiaconum D. S. injuriarum convenerat, quod in concione publica renunciationem doctoris rudioris coronationem asini appellasset, & collatores dignitatis cum falsariis monetæ, die ihre Namen auf Kupfer und unwerthe Materien schlügen, comparasset. Nec peccasse sacerdotem puto, si vere indignus fuit candidatus. Nihilominus homines isti subrustici cum dignitatibus & testimoniis suis emtis tolerantur, admittuntur ad munera publica, & adversus contradictores sæpe a judice defenduntur; cujus indignæ rei exempla vide apud *Mornacium ad* L. 1. §. 1. *de Postulando.*

XLI.

Falsarii sunt, qui de hominis improbi & indocti probitate & doctrina testificantur.

Nihil est in vita humana frequentius, quam ut de diligentia, probitate, eruditione testatum detur homini ignavo, improbo & indocto. Iterum attestans ille in crimen falsi incidit, arg. *L.* 1. *pr.* & §. 1. *de L. Cornel. de falsis.* Sed quid faciendum ei, cui invito sæpe hujusmodi testimonia precibus, lacrymis, importunis flagitationibus, minis denique, extorquentur? Consulit Innocentius III. in *c.* 1. *X. de Scrutinio in ordine faciendo*, ut eum, cui testimonium tale exhibendum est, secreto moneat, falsum id esse, seque id coactum dedisse.

XLII.

Qui numos Principis sui accipere recusant, falsum committunt.

In falso quoque numario aliquot occurrunt casus, quos vulgus ignorat. Sic *Julius Paulus Sent. lib.* 5. *tit.* 25. eum, qui

qui vultu Principum signatam monetam, præter adulterinam, reprobat, ex lege Cornelia notat. Vide *L.* 1. *C. de Veteris numismatis potestate.*

XLIII.

Falsarii sunt, qui improbos numos, bona fide ab aliis acceptos, scientes expendunt.

Credunt vulgo homines, permissum sibi, reprobam monetam, qua ipsi ab aliis decepti fuerunt, expendere iterum. Sed errant, atque in crimen falsi incidunt, mitius tamen puniuntur. Quippe *Constitutio criminalis,* quæ in *art.* 111. ignis pœnam in eos statuere videtur, de iis loquitur, qui scientes improbos numos emunt venduntque. Aliud ergo de casu supra dicto dicendum est. Huc pertinet responsum JCtorum Helmstadiensium mense Januario anni cIↃ IↃ CCXIV. datum: Es will zwar das Ansehen gewinnen, ob habe Johann Philipp Conrad einen Handel mit dem falschen Gelde getrieben, indem er, seinem eigenen Geständnisse nach, vor die 3 falsche 16 Groschen Stükken, mit welchen er nachgehends den Amtmann Oppermann betrügen wollen, ein Haußbacken-Brodt, ein halb Loth Silber, 2 und ein halb Dutzent meßingene Knöpfe und etwas Obst gegeben, wannenhero auch die bey dergleichen Müntz-Partierern gewöhnliche Strafe allhier statt zu finden scheinet; Alldieweil aber bey genauerer Betrachtung der vorkommenden Umstände erhellet, daß die dem Inquisiten beygemessene Maliz so gar groß nicht gewesen, gestalt er das böse Geld nicht von falschen Müntzern empfangen, sondern als ein tummer und einfältiger Mensch sich von seiner Mutter Schwester zu Annehmung desselben, auch weil diese mit ihren Kindern in höchster Armuth lebet, zu Herausgebung des Brodtes, Obstes und anderer Dinge bewegen lassen, über-

überdis das falsche Geld nicht alsofort, sondern erst nach Verlauf 2. Jahre, auf Zureden seiner Mutter, ausgegeben; So haben wir denselben zu 14 tägigem Gefängnisse und Erstattung der Procefs-Kosten verdammet.

XLIV.

Exempla alia falsorum, vulgo ignotorum, proponuntur.

Restant multi alii falsarii, qui vulgo pro talibus non habentur. Huc pertinent, qui pias fraudes committunt, qui falsa miracula fingunt, qui diem in chirographo anticipant, *L.* 28. *de L. Cornel. de falsis*, qui falsum numarium non prohibent, quum prohibere possent, *L.* 9. §. 1. *eod.* qui alterius arcana produnt, *L.* 1. §. 6. *D. eod.* tutor, qui ante redditas rationes cum fisco contrahit, *L.* 1. §. 9. *eod.* interpretes jurium, qui ea commentariis suis pervertunt, *L.* 2. §. 21. *L.* 3. §. 21. *C. de Vet. jur. enucl.* cetera. Sed tempore & spatio excludor. Igitur abrumpo hic filum, & veniam eorum, in quibus forsan erravi, peto.

SPECIMEN DCXVI.
AD LIB. XLVIII. TIT. X.
DE
FALSO LITERATO.

I.

Cuilibet nomen suum mutare, & aliud adsumere, si hoc in alterius fraudem non fiat, impune licet.

Ante ducentos circiter annos sæculum fuit, quod adhuc in historia literaria celebratur, & communiter Ciceronianum appellatur. Conspiraverant in eo

docti quidam viri, ut latinam Ciceronis eloquentiam, quam ipsi divinam vocabant, ac puritatem in orbem reducerent. Itaque

Credebant immane nefas ac morte piandum,

Voce latina uti, qua Cicero usus non fuisset. Inter sectæ hujus capita quidam Antonius Maria Comes erat, eloquentiæ græcæ & latinæ apud Mediolanenses professor. Hunc nihil tam excruciabat, quam nomen a parentibus inditum, cujus simile in toto Cicerone non reperiebatur. *Erant,* inquit ipse, *in manibus mihi lucubrationes quædam, quas, ut amicis id a me flagitantibus obsequerer, in lucem emittere cogitabam. Sed incertus animo ferebar, quomodo meum in eis nomen inscriberem. Nam in verborum delectu, quod C. Cæsar eloquentiæ principium esse dictitabat, adeo diligens, & pene dixerim superstitiosus eram, ut nullum omnino verbum, nullam verborum conjunctionem, nullam dicendi formulam admittendam mihi esse censerem, quam non apud veteres Latinos atque probatos auctores invenissem. Id igitur in nomine meo præcipue servandum esse statuebam, ne, quum latinæ linguæ candorem & elegantiam profiterer, aliquis mihi barbarum nomen & inusitatum aliquando posset objicere, atque eo magis, quod mihi nullo modo convenire videbatur, ut muliebre nomen cum virili conjungeretur. Quis enim apud antiquos unquam talem nominis conjunctionem vel legit, vel audivit, ut quis a viro & muliere nominaretur.* Animadvertebat præterea, socios suos, quando pure loquendum scribendumque erat, nomen ipsius tanquam impurum & inficetum solicite vitare, nec unquam ejus mentionem facere, atque sic sibi aditum omnem ad nominis immortalitatem, quæ summum plerorumque eruditorum bonum est, intercludi. Contabuisset miser mœrore, nisi remedium malo in mutatione nominis reperiisset. Poterat eum ab incepto absterrere memoria turbarum, quas ante L. circiter annos similis nomi-

num

num mutatio Romæ excitarat, de quibus *Platina in Vitis pontificum, in Paulo II. pag.* 784. agit. Sed amor puræ latinitatis omnem mortis, equulei, vinculorum metum vincebat. Itaque pro Maria ſubſtituit Marcus, &, quia Antonius Marcus ridiculum Romanis auribus ſonabat, loca quoque commutat, ac ſe Marcum Antonium, pro Comite vero Majoragium, a vico, quem pater habitarat, appellat. Habebat Majoragius duos inprimis æmulos, qui taciti huc usque occaſionem ei nocendi quæſiverant, Fabium Lupum & Macrinum Nigrum, nec ipſos illiteratos, ſed qui in literarum profeſſione, antequam Majoragius Mediolanum veniſſet, primas obtinuerant, ac ſe perpetuo regnaturos opinati fuerant, atque adeo ſe ab advena Majoragio & dignitate & applauſu ſuperari inique ferebant. Hi ambo Majorago dicam, & falſi & impietatis ſcribunt, ſed egregie a *Majoragio* in oratione, quæ inter *Orationes* ejus, Venetiis & Lipſiæ editas, *decima* eſt, rejiciuntur. Quæ oratio digna eſſet, ut hic exſcriberetur. Meliores enim in *L. un. C. de Mutatione nominis* commentarios non habemus. Sed, quia longior eſt, exſcribemus ſaltem e medio potiſſimum caput. *Si*, inquit Majoragius, *lex una vel civilis, vel divina, vel pontificia reperitur, quæ ſine fraude mutare nomen prohibeat: nihil mihi proſint exempla doctorum hominum, quæ plurima ſunt, nihil antiqua conſuetudo, quæ vim legis obtinet, nihil denique vita, ad hunc usque diem honeſte acta: me confeſtim damnate: me quovis ſupplicio dignum exiſtimate. Sed ſi verba tantum inania fundunt accuſatores; ſi tantum ea dicunt, quæ non modo non auctoritatibus aut rationibus confirmant, ſed ne confirmare quidem laborant: poteriſne vos iſta ſapientia, iſta religione, iſta juſtitia, P. C. animum inducere, ut ea credatis, quæ hoſtili*

animo, sine ullis testibus, sine legum auctoritate, sine ulla firma probatione, contra me isti falsa crimina, quasi venenata tela, conjiciunt? Novi vestram intelligentiam, vestram fidem, vestram aequitatem. Nullo modo feretis, ut is vestro judicio damnatus abeat, quem non certo aliquo crimine, sed tantum calumnia quadam, & falsa juris interpretatione circumvenire adversarii cupiunt. Nam quae tandem sunt istae leges, contra quas a me factum esse dicitis accusatores? ubi scriptae sunt? ubi reperiuntur? civilesne sunt? an pontificiae, an divinae? generales, an municipales? Equidem cum & ipse diu multumque totum Juris civilis & pontificii Corpus percurrissem, & utriusque juris peritissimos homines consuluissem; nullam unquam legem, nullum senatusconsultum, nullum plebebiscitum, nullam principum constitutionem, nullum magistratuum edictum, nullum prudentum responsum aut reperi, aut esse audivi, quo speciatim cautum sit, ne quis sibi nomen immutet. Quod si vos esse dicitis, cur non quamprimum profertis? cur non in medium adducitis? Legimus quidem, Athenis lege cautum fuisse, ne quis sibi maternum nomen imponeret, neve foeminae familiarum cognomina vel celebritatem susciperent: sed quid hoc ad causam nostram? Nam etiamsi gravissimis poenis & sanctionibus apud alias nationes mutare nomen lege prohibitum esset: non tamen apud nos ideo damnari quisquam deberet, nisi nostrae etiam vel civiles, vel pontificiae leges probiberent. Nunc vero cum nullam neque nostram, neque externam legem invenire possitis, qua mutatio nominis impediatur; quid est, quod hoc nomine me tam impudenter urgeatis, ut contra leges a me factum fuisse clamitetis. Sed quid in leviculis istis calumniis vestris commoror? Quid si leges nostrae nominis mutationem non modo non prohibent; verum etiam aperte concedunt? Quid si, quod vos contra leges esse dicitis, ego luce clarius a legibus ipsis permitti docuero: quid erit causae, quo minus improbissimi calumniatores esse videamini? Quid ergo? Vos nullam legem, quae prohibeat, afferre potuistis: ego vero contra, quae permittat & concedat, & licere palam testetur, afferre possum. Negatis? At jam efficiam, ut vel inviti fateamini. Recita Diocletiani atque Maximiani legem, quam Justinianus in suo Codice comprobavit, & perpetuo deinceps ratam esse voluit. Recita. Lex Diocletiani & Maximiani: Sicut initio nominis, praenominis, cognominis recognoscendi singulos, impositio

ſitio libera eſt privatis: ita eorum immutatio innocentibus periculoſa non eſt. Mutare itaque nomen, vel prænomen, vel cognomen ſine aliqua fraude licito jure, ſi liber es, ſecundum ea, quæ ſæpe ſtatuta ſunt, minime prohiberis, nulli ex hoc præjudicio futuro. Auditisne, P. C. quam clare, quam aperte, quam dilucide nomen, vel prænomen, vel cognomen mutare lex concedat; modo liber ſit is, qui nomen mutat, & id ſine aliqua fraude faciat. Quin eadem lex oſtendit, hoc non ſemel eſſe tractatum, ſed ſæpe ſtatutum fuiſſe: cum ait: Secundum ea, quæ ſæpe ſtatuta ſunt. Quam autem appoſita, quam venuſta, quam pulchra, quam vera ſimilitudine legislator utitur, ne fortaſſe aliquis de hac re dubitare poſſet, & levitatis aut inconſtantiæ famam timeret, ſi nomen ſibi mutare voluiſſet! Hoc, *inquit, eſt in arbitrio atque in poteſtate noſtra, ut quandocunque nobis placuerit, nomen immutemus; quemadmodum enim initio nominis impoſitio cuilibet libera eſt; & quodcunque voluerit, ſive pater ſive alius quivis, puero nomen imponere poteſt: ita quilibet cum adoleverit, ſi forte ſibi nomen, vel a parentibus vel ab aliis impoſitum, minime placuerit, ſine ullo periculo, modo ſit innocens, poteſt illud immutare. Quid hac ſententia clarius? quid apertius? quis hujus legis verba poteſt aliter interpretari? quis in alium ſenſum detorquere? quis exceptione aliqua contrahere? cum ipſi legislatores unam tantum eam exceptionem addant: Extra, quam ſi quis fraudis gratia faciat. Quo in loco Juriſconſulti hoc fraudandi gratia fieri ſentiunt, cum ſigillatim, & in una tantum aut altera re nomen mutatur: non autem cum generatim atque in rebus omnibus. Cum igitur hanc unam fraudis cauſam legislatores excipiant: nemini dubium eſſe poteſt, quin alias omnes admittant. Unde Baldus, legum interpres acutiſſimus, totius legis hujus ſummam ita paucis explicat: Mutatio nominis non fraudulenta libero homini eſt permiſſa. Quod etiam Alciatus noſter quarto Diſpunctionum ſuarum libro comprobat. Quæ cum in memoriam revoco, nullum cauſæ meæ patronum deſidero. Nam etiamſi nihil de hac re lege cautum fuiſſet: tamen id mihi licere contenderem. Quæ enim legibus minime prohibentur, omnibus ea concedi videntur. Nunc vero cum lex ipſa palam teſtetur, & aperte clamet: Licere cuilibet homini libero mutare nomen; quid eſt, cur ego dubitare debeam, quin omnium ſententiis victor in hoc judicio diſceſſurus ſim?*

 Sub-

Subjicit deinde innumera clarissimorum & illustrium virorum, quibus mutatio nominis sine fraude quin & honori fuit. Ipse ego quotidie nomina hominum tam insulsa, inepta, ridicula, quin & obscœna, audio & lego, ut, si eorum loco essem, aliud profecto sine mora adsumerem, tacitusque ipsis, quod id non faciant, cum *Baylio in Dictionaire historique & critique*, art. *Feuardent*. lit. *A*. subirascar. Sic itaque JCti Vitembergenses mense Januario anni cIↄ Iↄ CCXXXVI. responderunt: Wird gefraget: Ob die blosse Veränderung seines Namens strafwürdig sey? Wiewol nun bey solcher Veränderung des Namens eine mutatio veritatis vorzugehen, folglich das Haupt-Requisitum eines falsi vorhanden zu seyn scheinet; Dennoch aber und dieweil zu einem falso hauptsächlich der Dolus, oder die Intention, jemanden zu schaden, erfordert wird, *L*. 2. & 31. *D*. *L*. 20. *C*. *ad L. Corneliam de falsis*, und denn dergleichen Intention hier keinesweges vorhanden ist, nächstdem der *L. un. C. de Mutatione nominis*, welcher dergleichen unschädliche Veränderung des Namens denen privatis erlaubet, nirgend aufgehoben worden; So ist dergleichen Veränderung des Namens, da sich z. E. einer statt: Tisseran; Weber; nennet, erlaubt und nicht zu strafen. Huc pertinet, quod in *Sennerti Athenis Wittenbergensibus pag*. 110. lego, quendam Joannem Hund, Westphalum, doctorem jurium anno 1619. creatum, Canisii nomen adsumsisse.

II.

Mutatio nominis, etiam fraudulenta, heredibus tamen mutantis non nocet, nec eos ab hereditate excludit.

Joannes Carus, juvenis adhuc, Mariam sibi desponsat, at mox sponsæ pertæsus e patria profugit, tum tanquam desertor malitiosus a sponsa accusatur, & edicto publice proposito, ut mos est, revocatur. Ille vero toto animo a sponsa alienatus non solum non revertitur, sed &, ut securius lateat, nomen subinde & domicilium mutat, & modo se Joannem Parvum, modo, resumto pristino nomine, Joannem Carum appellat. Dum sic oberrat novus Proteus, in alios amores incidit, uxoremque ducit, rerum illarum ignaram, ac cum ea passim vagari, & modo Parvum modo Carum se appellare pergit, tandem vero in hoc voluntario exilio moritur, relictis vidua & aliquot liberis. Hi ad domicilium originis redeunt, prolatoque sacerdotis, qui nuptias consecrarat, testimonio, in possessionem bonorum avitorum tanquam heredes mittuntur. Interveniunt Joannis Cari fratres, sibique hereditatem fraternam reddi, & viduam illam ac liberos, tanquam impostores (*) inde exturbari petunt. Proferunt ipsi vicissim apodixin defunctoriam, einen Todten-Schein, in qua sacerdos, qui funus

(*) Vox: impostor, bonæ notæ est, nec ad medium ævum cum *Jano* im *Philologischen Lexico, pag.* 884. releganda. *Cicero* jam tum in *epist. 6 ad Q. Fratrem lib.* 2. imponere pro decipere posuit. Hinc vox impostor nata, qua Ulpianus noster in *L.* 1. §. 3. *de Extraord. cognit.* tanquam bona & vetere utitur. Errat enim Janus, qui verba Ulpiani: *ut vulgari verbo impostorum utar;* de ipsa voce: *impostorum;* intelligit, quum manifeste ad vocem præcedentem: *imprecatus;* sint referenda.

funus curarat, primum Joannis Parvi nomen scripserat, deinde, hoc deleto, Cari nomen substituerat; producunt quoque testes, qui defunctum nomine Parvi tanquam suo publice usum perhibent. Verum JCti Helmstadienses, mense Julio anni cIↄ Iↄ CCXVIII, tota illa fratrum intervenientium probatione probationem viduæ & liberorum non elidi, sed utramque simul consistere posse, responderunt, ac regulam juris ex *L. 6. §. 1. de Officio præsidis*, & *L. 8. de Castrensi peculio*, quod veritas, si lucide appareat, fictionibus & erroribus non immutetur, huc traxerunt: Beklagte hat durch ihre Attestata so viel beygebracht, daß sie mit einem, welcher sich Johann Beithahn genennet, und, daß er von Klettbach bürtig, vorgegeben, zu Wangen von dem Pfarrer Friderici getrauet, und solche Trauung in dem Kirchen-Buche verzeichnet worden, daß dieser Beithahn mit ihr hin und wieder im Lande umgezogen und Kinder erzeuget, daß derselbe allen Umständen nach der Klägere Bruder gewesen, einem von ihnen, Dietrich Beithahnen, überaus ähnlich gesehen, auch in seiner Jugend wegen eines Ehe-Processes und Desertion seiner damaligen Braut sein Vaterland verlassen, endlich zu Zauendorf kranck geworden, und, nachdem er die mit der Beklagten erzeugte Kinder vor die Seinige erkannt, gestorben und zu Schortewitz begraben worden. Dahingegen haben Klägere gleichfalls unterschiedene Attestata beygeleget, welche jedoch die von der Beklagten geführte Bescheinigung nicht gäntzlich umstossen, sondern nur so viel an den Tag legen, daß der Pastor Friderici einige Jahre nach Ausstellung des obangeführten Trau-Scheines wegen unterschiedener Winckel-Copulationen und anderer Begünstigungen seines Amtes entsetzet worden, daß er vermuthlich diese Copulation ebenfalls privatim, und ohne, daß Beithahn die in dem

dem Trau-Scheine gerühmte Zeugnisse vorgeleget, verrichtet, daß viel gedachter Beithahn zuweilen den Namen Hans Müller geführet, daß unter diesem Namen anfänglich sein Absterben in das Kirchen-Buch verzeichnet worden, und daß Beklagte durch ihre Vorstellungen und Vorlegung des Trau-Scheines den Pastor Muncken bewogen, den Namen Müller wieder auszustreichen, und an dessen statt Beithahn zu setzen. Allein dieses insgesamt kan mit der Beklagten ihrer Intention gantz wohl bestehen, und bleibet es nichts destoweniger wahr, daß die von dem Pfarrer Friderici geschehene Trauung gültig, auch der Beklagten Ehemann der wahrhaftige Hans Beithahn gewesen, und sich nur den Namen Müller, um wider den ihn angestellten Desertions Proceſs desto sicherer zu seyn, oder auch aus anderen Ursachen, gegeben. Diesemnach seynd wir, voriges Urthel zu bestätigen, jedoch, da Klägere wegen des veränderten Namens eine wahrscheinliche Ursach zum Argwohne und Anstellung der Restitutions-Klage erhalten, die beyderseits verursachte Unkosten gegen einander aufzuheben, bewogen worden.

III.

Falsum committunt viri docti, qui hominibus de plebe nobilitatem, insignia & antiquitatem generis adfingunt.

IV.

Pœna eorum ad ultimum supplicium extendi potest.

In *Speciminis de Falsis*, *quæ vulgus ignorat* §. 38. declamavi contra eos, qui insignia sibi, nobilitatem vel antiquitatem generis arrogant. Quod falsi genus aperte damnatur in *L.* 13. *pr.* & *L.* 27. §. *ult. de L. Cornelia de falsis.* Parum tamen isti falsarii proficerent, ni adjutores haberent, do-

ctos magnæque in republica literaria auctoritatis viros. Hos ſcilicet mercede conducunt, ut ſibi ſtemma, nomen, genus, familiam, majores ex penitiſſima antiquitate eruant & adfingant. Nec difficiles eos hac in re inveniunt. Plerique enim ex his literatoribus cum egeſtate conflictantur. Igitur, ut cum poëta loquar:

Græculus eſuriens in cœlum, juſſeris, ibit.

Verumtamen dici non poteſt, quantopere operarii hi publico noceant, fidem omnem hiſtoricam pervertant, & vera etiam ac certa monumenta incerta reddant. Oportebat igitur hos alienorum falſorum fabricatores gravius etiam, quam qui eos conducunt, puniri. Intereſt inter utroſque, quod inter aſſaſinos & aſſaſinatores, quorum illi ſecundum *Carpzovium in Quæſt. crim.* 19. *n.* 15. & 19. rota, hi gladio, puniuntur. Et poteſt profecto debetque mercenariorum illorum pœna tunc, quum reipublicæ valde per eos nocitum, atque fides monumentorum & hiſtoriæ turbata eſt, ad ultimum ſupplicium proferri. Probo itaque vehementer & laudo Gregorii XIII. pontificis maximi rigorem, quo falſum tale in Alphonſo Cicarello ultus eſt. Rem totam verbis *Leonis Allatii in Cenſura de Cicarello, animadverſionibus in Inghirami antiquitates Etruſcas* juncta, narrabo: *Cicarellus pecunias congerens, familiarum ſtemmata digerere adgreſſus eſt, quæ, ut ſpectabiliora faceret, ad antiquiſſimam originem referebat: & cum ex hiſtoria non ſuppeteret ſeries, ex capite ipſe ſuo Majorum nomina fingere, inter quos & ſummos Pontifices per vim trahere, & Cardinales, qui nunquam fuerunt, pro libitu creare; urbium & terrarum dominos, copiarum ductores ſtatuere, dictisque ſuis fidem*

dem comparans, Imperatorum ac pontificum diplomata ac privilegia componere, quibus familiarum nomini, & quos ipse somniarat, heroibus robur addebat: ac tandem, ne historicorum testimonia deessent, auctoribus, qui jam erant, multa de suo addere, multa decurtare; historias etiam hæc eadem pertractantes ex integro componere, illisque, ne sine nomine vilescerent, nomen adpingere; quibus sua dicta ejusmodi confirmaret. Ipse Cicarellus, cum postea ob falsi crimen captivus fieret, in libello supplice, ad judicem italice dato, omnia hæc confitetur quidem, ast excusare conatur. Confitetur enim, se multa hausisse ex libris apocryphis; sed licere in favorem ecclesiæ elicere veritatem non solum ex veris & canonicis libris, sed etiam ex apocryphis. Confitetur, se nonnulla Imperatorum demortuorum privilegia composuisse; id vero molitum se ad decorem familiarum. Confitetur, se libros aliquot antiquos fine nomine habuisse; non tamen sibi vindicasse, ut alii soleant, sed aliorum nomina inscripsisse. Confitetur, se multa ingenii sui monumenta sub aliorum auctorum nomine edidisse; id vero falsitatem non arguere putans. Confitetur, se nonnullas genealogias ad modum transumtorum confecisse, eruisse, tamen eas ex auctorum adprobatorum libris. Confitetur, se in nonnullis libris aliqua addidisse; sed hæc fuisse vera. Confitetur denique, se multas multarum familiarum nobilium, & nonnullarum Italiæ urbium historias conscripsisse, multumque conjecturis indulsisse; verum hoc ad exemplum aliorum historicorum. Sed, cum hæc non sufficerent, atque ad majora facinora manum mentemque adplicaret Cicarellus, & varia instrumenta, quibus familiarum bona sustinentur, confingeret, tandem, cum ista examinarentur, fideicommissi cujusdam confícti falsitate deprehensus, in custodiam sub Gregorio XIII. adducitur. Et cum crimen non negasset, falsitatis reus ad supplicium ducitur, eumque carnifex, prius excisa manu, ad palum adligatum laqueo præfocat & exanimato ignem supponit. Addit optime, dum hæc ex Allatio refert, *Struvius in dissert. de Doctis impostoribus*, §. 31. *in fine: Sane, si pro gravitate delicti pœnas imposturæ suæ luerent similes, minime dubitandum, tam frequens illud imposterum non fore.*

V.

Falsarii sunt, qui suam nobilitatem & antiquitatem generis suaque insignia cum novis hominibus, opulentis vel potentibus, communicant.

Architectis istis falsorum honorum, de quibus in *praecedente* §. dictum, jungendi sunt, sed ex intervallo, nam levius peccant, praevaricatores, qui ipsi honesto & illustri loco nati homines de plebe, locupletes & potentes, in genus suum & insignia involare, seque nobilissimae stirpi falso inferre, non patiuntur saltem aequo animo, hoc quippe impune ferrent, sed ipsi quoque iis opem ferunt, lucello aliquo inducti. Exemplum illustre habet *Wernerus Rolevink de Antiquorum Saxonum situ & moribus, lib.* 3. *cap.* 4: *Generosus*, inquiens, *dominus Ludolphus de Steenvordia, devota peregrinatione completa ad terram sanctam, cum rediret, Venetias, (ut fertur) applicuit. Circumspiciens autem per plateas, vidit clypeum pendentem ante domum cujusdam civis armis suis insignitum. Admirans ergo dixit proceribus suis, quos in comitatu habuit: Huc introeamus, quia arma nostra haec sunt. Susceptus hilariter & egregie tractatus, post epulas urbane alloquitur patrem familias, quem propter status magnitudinem ratus est illustrem fuisse, dicens: Unde tibi, veneranda domine, arma haec? At ille ducens eum in cubiculum seorsum secreto dixit ille: Inclite Domine mi, rem grandem sub fide aperio tibi, sed tu quoque cave, ne abutaris ea. Ego sum natus in patria tua, & servus propriusque tibi sum. Compulsus vero propter penuriam Westphalia & comitatu tuo exivi, quoquo versum divertendo. Tandem dives effectus huc veni, & inter primores ascriptus, gloria & divitiis affluo. Quod si haec in medium producere volueris, & me ad causam ponere, ecce nunc praedico tibi, quod caput tuum amputabitur secundum plebiscitum hujus civitatis, quia omnis talis velut de crimine laesae honorabilitatis reus tenetur. Si autem hanc mihi gratiam praestare volueris, ut diceres, me tibi*

tibi affinitate conjunctum, suprema mihi gloria foret, & ego cum honore ac statu decenti te traducerem. Promittit Dominus, subito servilis conditionis homo clarescit, & splendide conviventibus nobilibus, hinc & inde, cum munusculis, & solemnitate, qua decuit, velut affinis affinem prosequitur. Habet hoc Venetorum provida celsitudo, quæ longe lateque dominatur, ut Romanorum ad exemplum plus virtutem quam sanguinem colat. Quicunque enim legalem & inclytum se probat, hunc facile in suum consortium recipiunt, sive claram sive obscuram a parentibus trahat originem, quia ut vulgo allegatur: Nobilis est vere, quem nobilitat sua virtus. Miror inprimis verba ultima. Nulla forte est in toto terrarum orbe civitas, in quam ea minus, quam in Venetam, conveniunt. Nullibi forte nobilitas sanguinis plus colitur; nullibi homines plebeji, aut etiam nobiles exteri, rigidius a consortio nobilium indigenarum, ac ab omnibus dignitatibus & reipublicæ administratione, arcentur. Friget apud Venetos virtus, nisi cum antiquitate generis sit conjuncta.

VI.

Docti historiarum & monumentorum publicorum corruptores, etsi id sine lucro faciant, pœnam falsi merentur.

VII.

Crimen hoc & olim frequens fuit, & adhuc frequentatur.

VIII.

Hodierni tamen impostores cautius fallunt, quam veteres, qui falsa sua sæpe nec dissimulant.

Equidem in præcedentibus thesibus eos solos notavi, qui, dum lucrum vel aliud emolumentum ab hominibus opulentis vel honoratis captant, historias & monu-

menta publica in horum favorem corrumpunt. Non tamen propterea eos, qui idem sine spe lucri & emolumenti, saltem ex procacitate & petulantia, faciunt, excuso. Sæpe bilem mihi movet doctorum virorum hac in parte improbitas, qui sine omni caussa, &, ut Galli loquuntur, *de sang froid*, publico illudere, historias aut fabulas potius contexere, vitas illustrium virorum comminisci, diplomata fabricare, antiqua monumenta struere, veteres auctores, qui nunquam fuerunt, edere gaudent. Fiunt hæc quotidie, & facta sunt olim tanta impudentia, ut parum absit, quin totam fidem historicam & diplomaticam in dubium revocem. In eo saltem impostores recentiores a veteribus sese distinguunt, quod recentiores falsa sua tecte fabricant, & sub specie veri velant, veteres suas ludificationes & mendacia sæpe nec dissimulant quidem, sed ingenue, & quasi re bene gesta, fatentur. Audiamus *Andream Agnellum in libro pontificali, sive Vitis Pontificum* Ravennatensium, primum a *Bachinio Mutinæ anno* 1708, deinde a *Muratorio Mediolani anno* 1723. *inter scriptores rerum Italicarum tomo II.* editum, non tam aperte & candide, quam audacter & impudenter, scribentem: *Ubi historiam non inveni, aut qualiter eorum vita fuisset, neque per annosos & vetustos homines, neque per ædificationem, neque per quamlibet auctoritatem, ne intervallum sanctorum Pontificum fieret, illorum vitam composui.* Audiamus porro *Joannem Buschium in Libro reformationis monasteriorum quorundam Saxoniæ, cap.* 13: *Monasterium* S. Bartholomæi in Sulta *ordinis canonicorum regularium prope Hildensem anno Domini MCCCCXXXIX. per patrem* Johannem Busch *in Windesem professum inceptum est reformari. Qui circa festum S. Bernhardi Abbatis ibi primum solus ad reformandum intravit. Præfatum monasterium propter aquas in eo salientes* Sulta *vocatur, quæ monasterium circumeuntes ulterius descendunt ad civitatem Hildensem, & per aqua ductus,*

ctus, *per multas civitatis plateas*, *sub terra ducitur*, *usque dum in* Indistriam *fluendo terminatur*. *Vnde Consulatus Hildensemensis centum modios hordei brasii per singulos annos dat monasterio in Sulta in festo Michaëlis*. *Aqua præfata*, *ut dicitur*, *prius fuit salsa*, *& in certis locis dæmonum habitatio*, *qui homines in meridie & in crepusculo rapiens & in altum levans*, *plurimos sæpe contrivit*. *Beatus autem* Godehardus *Hildensemensis Episcopus*, *qui multis miraculis etiam post inauditis claruit in hoc mundo*, *cum audisset tale in Sulta fantasma regnare*, *& multos per id in terrorem & stuporem nimium converti*, *convocato clero suo locum aggreditur Deo consecrandum*, *& per orationes suas ac suorum*, *ac dæmoniorum exorsismata ipsum tandem omnino expulit de loco prædicto*, Sulta *vocato*, *& de omnibus finibus ejus ; & aquas*, *quæ in parte erant salsæ*, *ut dicitur*, *dulces fecit & potabiles*, *& hominum usui multum aptas*, *ut hodie datur cernere*. *Ædificavit insuper in eodem loco pulcram ecclesiam de sectis lapidibus*, *columnis autem rotundis & magnis*, *in honorem S. Bartholomæi Apostoli*, *eo quod idem Apostolus plures & majores pugnas visibiles & experimentales habuit cum dæmonibus in vita existens*, *quam alii Apostoli*, *ipsumque locum per se primum incoluit* ; *ædificia coaptavit & presbyteris & clericis*, *& Xenodochium pro pauperibus suscipiendis anno Domini MXXIIII. Dominus* Bruningus *Hildenhemensis electus & confirmatus Episcopus anno Domini MCXVI. locum ipsum inhabitavit*, *& canonicos regulares ibi instituit: Episcopatum resignavit*, *& ibi in Ecclesia sepultus est ante chorum in sepulcro elevato*, *habens episcopi imaginem de lapide sculptam super se*. *Hanc imaginem in reformatione intro intertulimus & circa altare Confessorum ad ostium chori eam posuimus*, *imaginem S. Godehardi eam vocantes*, *& canem ad pedes ejus sculptam*, *in imaginem dæmonis commutavimus ; eo quod idem Sanctus dæmonem de Sulta expulit*. In quæ recte sic commentatur *Leibnitius in Introductione in tom. II. Scriptorum Brunsvicensia illustrantium pag* 42: *O factum male! Habemus rerum confitentem. Monumentum fundatoris tolli*, *& in fabulæ autoramentum verti*, *nemo prudens laudabit*. *Ita passim homines audaculi in antiquitatis vestigia grassati sunt*.

IX.

Respublica literaria falsis istiusmodi magis, quam ulla alia civitas, est obnoxia.

X.

Exemplum falsi, quo ipsi decepti fuimus, commemoratur.

Vt ingenuitas nostra & probitas clarius pateat, fatebimur, nullam esse in orbe terrarum civitatem, aut provinciam, aut regnum, aut imperium, ubi falsa tam frequenter, tam impudenter, tam impune committantur, quam rempublicam, uti vulgo appellatur, literariam. Est hæc respublica Crotonis urbis, de qua *Petronius Arbiter in Satyrico pag.* 208: *Quoscunque*, inquit, *homines in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos. Nam aut captantur, aut captant*, simillima. Nam membra ejus aut decipiuntur, aut decipiunt. Ipsi nos, ne quid dissimulemus, olim centies decepti, nondum tamen satis sapimus, sed quotidie adhuc doctis fraudibus patemus. Non diu est, quod *Thomæ Reinesii Scholam Jureconsultorum medicam, Lipsiæ anno* 1679. *editam*, emi, & avidus legi. Hæsi confestim in præfatione, miratusque sum, Reinesium, scriptorem, ut cum Hieronymo & Augustino loquar, latinissimum, adeo a pristina sua elegantia degenerasse, ac tam barbare & ineleganter præfatum fuisse. Sed magis adhuc obstupui, librum ipsum legens, nihilque Reinesii nomine dignum in eo deprehendens. Sustulere tandem errorem meum *Henning Witte in Diario biographico ad annum* 1667. 14. *Febr.* & *Collectores Actorum eruditorum anni* 1723. *pag.* 256. ostenderuntque, nec præfationem, nec librum Reinesii esse, sed Jo. Christianum Tarno-

novium, librarium Lipsiensem, Fortunati Fidelis, Siculi, de relationibus medicorum libros IV, in quibus ea omnia, quæ in forensibus ac publicis caussis medici referre solent, plenissime traduntur, Panormi 1602. 4. editos, iterum Lipsiæ curante Paulo Ammanno, edidisse, sed sub hoc titulo pauculos emtores invenisse, atque adeo anno 1679. necessarium credidisse, novam libro hederam suspendere, igitur, eum inter Reinesii schedas repertum, finxisse, atque præfationem, velut ab ipso Reinesio Kal. Jan. 1661. scriptam, fecisse, non sine summa Reinesii injuria.

XI.

Falsorum, quæ in republica literaria committuntur, fons præcipuus est superstitio & varietas religionum.

XII.

Peccatum fuit hac in parte jam tum in prima ecclesia, & peccatur adhuc hodie.

XIII.

Mutuæ sunt catholicorum erga protestantes & protestantium erga catholicos fraudes.

Theologi primus reipublicæ literariæ ordo sunt, atque adeo in doctis falsis effingendis primas tenent. Non ego hic, dum de theologis ago, probos illos cordatosque viros, qui soli hoc nomen merentur, ac quibus piæ illæ fraudes horrori sunt, bilemque movent, intelligo, sed cum vulgo loquor, ac theologos appello corpus hominum, qui doctrinam de Deo & rebus divinis atque religione, a ceteris disciplinis separatam, propriam sibi vindicant, ac publice profitentur, ex bonis malisque mixtum. Inter hos fuerunt a nata ecclesia ad nos usque, & erunt semper, qui se-

ctæ suæ & partium studio pia, ut ipsi credunt, falsa fabricantur. Jam tum de primo ecclesiæ christianæ sæculo *Moshemius in Institutionibus historiæ christianæ antiquioris Sec* 1. *Part.* 2. *cap.* 2. §. 17: *Non diu*, inquit, *post Servatorem in cælum sublatum, varii de vita & doctrina ejus commentarii, fraudis & fabularum pleni, conficiebantur; quibus alia deinceps accedebant scripta sanctissimis ejus legatis a fraudulentis hominibus supposita.* (*) Hæ nugæ immanem peperissent confusionem, veritatique valde nocuissent, nisi cœtuum Christianorum antistites curassent, ut libri vere divini & ab Apostolis exarati a reliqua colluvie celeriter separarentur & in unum volumen redigerentur. Idem *Moshemius* de sæculo secundo *Sec.* 2. *Part.* 2. *cap.* 3. §. 15: *Platonicis*, ait, *& Pythagoræis licitum non modo, sed etiam laudabile videbatur, veritatis & pietatis caussa fallere ac mentiri. Judæi, inter Ægyptios degentes, hanc ab illis sententiam ante Christum jam, quod multis apertum est documentis, didicerant. Ab utrisque mature vitium hoc ad Christianos venit: qua de re non dubitabunt, qui tot libros magnis viris subjectos, Sybillarum carmina, & nescio quæ alia, quorum magna vis hoc sæculo & deinceps prodiit, in memoriam sibi revocaverit. Non ego Christianos recte sentientes cuncta hujus generis monumenta effinxisse, dixerim: veri potius simile est, pleraque ingeniis eorum deberi, qui turbulentis erroribus veritatem contaminarunt: at partem tamen a superioribus profectam esse, certius est, quam ut negari queat.* Sed quid antiqua vestigo? Recentiorum a sæculo XVI. fabricatorum falsorum piarumque fraudum longe lætior seges & tam felix messis est, ut isti messi horrea nostra non sufficiant. Sed nec opus est labore nostro in tan-

(*) Quæ restant horum librorum studiose collegit *Jo Alb. Fabricius Codice Apocrypho Novi Test.* binis voluminibus edito.

tanta messorum copia. Mille scriptores ex protestantium partibus nominare possum, qui falsa, a catholicis commissa, collegerunt. Ipsi tamen catholici ea non dissimulant, sed cum Hylino, Jesuita, apud *Læscherum in dissert. de Latrociniis in scriptores publicos*, *num.* 39. opus misericordiæ, & cum *Papebrochio in Propylæo Antiquario n.* 103. innocentem vafritiem appellant. Haberent igitur hac in parte protestantes criminationem, qua jure in catholicos uterentur, si ipsi a represaliis abstinuissent. At eheu

Iliacos intra muros peccatur & extra.

Audiamus auctorem, & ipsum protestantium partibus addictum, satyræ, quæ in medio sæculo XVI. sub titulo: *Clariss. Theologi D. Ruardi Tappert, Enchusani, hæreticæ pravitatis primarii & generalis inquisitoris, Cancellarii celeberrimæ academiæ Lovaniensis, pridem inconsolabili suorum luctu vita functi, Apotheosis: Gratiano Vero, Theologiæ Baccalaureo, autore* prodiit; in qua Tappartum, sic de fraudibus & falsis protestantium querentem, inducit: *Ne sic quidem cavere potuimus, quin typographi, homines versutissimi imposuerint nobis; mutatis autorum nominibus, vel omissis, vel inversis, vel etiam Græce redditis, quæ erant Latina, & e contra: ut sæpe coacti simus, quæ ante approbaveramus, ea damnare post, vix ausi profiteri apud Regem nostram simplicitatem. Nam ex titulis librorum æstimanda nobis omnia erant, cum non vacaret perlegere, quæ intus erant, quorum quædam ita etiam erant obscura & ingeniosa, (qua fraude semper hæretici abundarunt) ut, quid scriberetur, non assequeremur. Ad quem modum turpiter nos decepit Philippi Melanchthonis libellus de Theologia Christiana, qui titulo Hippophili Melangæi passim senatorum, præsidum & nostrorum etiam Baccalaureorum manibus tritus est: donec amici, qui in Germania adhuc synceri erant, admonuerunt, ut habita synodo consuleremus lexica nostra, fore enim ut idem esse Philippum & Hippophilum deprehenderemus, - - - Idem accidit in Cælii Secundi de Providentia libello quidem*

non magno, sed pestilentissimo: quem ille nebulo tum primum innotescens Areneum inscripserat. Nos enim rati esse poeticum, aut grammaticum figmentum, non ante olfaciebamus fucum, quam omnia exemplaria essent Lovanii distracta. Taceo de Hutteno, Calvino, Vrbano Rhegio & aliis (proh dolor!) multis, quos nobis oscitantibus nescio quibus titulis, ex metamorphosi opinor Ovidiana petitis, insinuaverunt.

COROLLAR.

Præcipua falsi literati species est plagium literarium, de quo infra in *Speciminis DCXXV. de Plagio meditationibus ultimis* late agam.

SPECIMEN DCXVII.
AD LIB. XLVIII. TIT. X.
DE
POENIS FALSI.

I.

Pœna falsi arbitrio judicis relinquitur,

II.

Qui in ea constituenda ad circumstantias, inprimis vero ad damnum, quod vel respublica vel privati fecerunt, respicit.

III.

Si damnum hoc vel nullum vel exiguum est, pœna ultra carcerem vel mulctam pecuniariam extendi non solet.

IV.

Atque tunc nec inquisitio solemnis, sed confestim pœna decernitur.

V.

Si is, qui damnum patitur, falsario hoc remittit, pœna gravior & inquisitio solemnis similiter locum non habent.

The-

Theses istæ omnes in responso JCtorum Vitembergensium mense Januario anni cIↄ Iↄ CCXXXVI. tam luculenter expositæ sunt, ut majore luce non egeant. Igitur id responsum hic saltem exscribo: Wird wider Julianum, um daß er sich bey seiner Verheyrathung gegen seine Braut vor einen Doctorem medicinæ ausgegeben, und zu solchem Ende das Titel-Blat einer fremden Inaugural Disputation umdrucken und auf seinen Namen richten lassen, die Inquisition formirt, mithin zu wissen verlanget: Ob diese Sache ohne vorgängige Vernehmung auf Inquisitional-Artickel rechtlich entschieden, und was vor eine Strafe Juliano dictiret werden könne? Nun hat Julianus allerdinges ein crimen falsi begangen, da er durch ein Strafwürdiges factum veritatem immutirt, und dadurch seine Braut, ihn zu heyrathen, verleitet, derselben auch fernern Anlaß gegeben, daß sie durch einen Advocaten, mittelst Producirung solcher falschen Disputation, die Erlaubniß der Privat-Copulation hohen Ortes ausgewürcket; Da also das Falsum sonder Zweifel ein crimen publicum ist, und in den Gesetzen es hart zu bestrafen anbefohlen wird; so gewinnet es das Ansehen, ob müsse Julianus zuförderst auf Inquisitional-Artickel vernommen, und so dann wenigstens mit zeitiger oder ewiger Landes-Verweisung bestrafet werden. Alldieweil aber die Rechte keine gewisse Strafe auf das Falsum setzen, sondern deren Determination pro admissi qualitate, *L.* 27. §. *ult. de Lege Cornelia de falsis*, adde *Constit. crim. art.* 112. 113. & 115. der Obrigkeit überlassen, diesemnach in praxi nicht allemal auf eine Leib- oder Lebens-Strafe, noch Landes-Verweisung, sondern öfters nur auf Gefängniß oder eine Geld-Busse gesprochen wird, *Carpzovius in quæst. crim.* 93. und denn in der vorstehenden Facti specie solche Umstände angeführet

 wer-

werden, welche eine Linderung der Strafe wol nach sich ziehen möchten, da unter andern des Juliani nunmehrige Ehe-Frau, welcher durch das falsche Vorgeben am allermeisten præjudiciret worden, ihr Interesse fallen lässet, und mit der getroffenen Heyrath wohl zufrieden ist, Julianus auch durch die nachgehends erfolgte Promotion gezeiget hat, daß er des Doctor-Titels nicht unwürdig gewesen, hiernächst die schimpfliche und kostbare Inquisition nicht in allen delictis publicis, sondern nur, wie die **Chur-Sächsische** *Resolution* **und Erledigung derer Gebrechen vom Jahre** 1609. *tit. Justitien*-**Sachen** §. 5. redet, *in delictis manifestis, majoribus & scandalosis*, **und fürnemlich** *in caussa turbationis, violatæ pacis, excitati tumultus*, **und andern dergleichen straf-würdigen und frevelhafftigen Fällen, dadurch** *Reipublicæ tranquillitas offendiret*, statt findet, demnach in stupris, welche doch auch delicta publica seynd, §. 4. *I. de Publicis judiciis*, und andern dergleichen Verbrechen, worinnen die Strafe nicht über Gefängniß- oder Geld-Busse ansteiget, gar nicht gebrauchet wird, indem sonst das Remedium härter, als die pœna selbst seyn würde, *cap.* 21. *pr. X. de Accusationibus, Carpzovius quæst. crim.* 107. *n.* 31. *Leyser in Medit. ad ff. Specim.* 560. *de Inquisitione, medit.* 11. 12. 13. & 15. So möchte Julianus mit der Vernehmung auf Inquisitional-Artickel, da er zumal das Factum bereits umständlich in dem summarischen Verhör ausgesaget und bekannt, folglich eine Erforschung der Wahrheit unnöthig ist, mit der Inquisition wol verschonet, und alsofort in eine Geld-Busse von 30. 40. bis 50. Thaler condemniret werden. Und also fällt die dritte Frage von selbst hinweg. Denn, ob gleich die Inquisition eine levis notæ maculam mit sich führet, demnach die Inquisiten nicht allein ab officiis publicis, sondern auch a praxi *arg. legis*

gis 6. de Procuratoribus, ausschlüsset; So möchte doch allhier, wenn vor angeführter Maassen die Inquisition abgehet, dem Juliano die Praxis medica nicht inhibiret werden.

VI.

Pœna falsi, etsi mere arbitraria, potest a magistratibus & collegiis juridicis ad ultimum supplicium extendi, quod in aliis pœnis arbitrariis non licet.

VII.

Sed hac licentia parcius utendum, nec aliter, quam pro tuenda salute & securitate publica.

Pœna falsi aliquid singulare habet præ aliis pœnis. Est illa mere arbitraria pro admissi qualitate, ut Modestinus in *L. 27. §. ult. de L. Cornel. de falsis* loquitur. Judici vero hoc arbitrium suum ad ultimum supplicium extendere permittunt *lex* 22. *C. eodem*, item *articuli Carolini* 112. & 113. quod tamen in aliis criminibus & pœnis vetat *articulus* 104. Et quamvis magistratus ac collegia juridica, parce hac licentia sibi data uti, deceat, uti tamen possunt, quum, id e republica esse, animadvertunt, tunc nempe, quando hæc maxime læsa & securitas communis, qua salus civitatis inprimis continetur, vehementer turbata est. Utuntur etiam subinde. Ipse ego cum JCtis Helmstadiensibus hominem, qui, ementita Principis manu, falsum chirographum scripserat, eoque mercatorem ad credendam sibi, quasi Principi, pecuniam induxerat, ac in rationibus quoque falsum fecerat, maxime ob infirmatam publicam, quam Principum chirographa habere debent, fidem ad gladium damnarunt. Sententiam cum rationibus vide in *Specimine DLXXV. de Pœnis ministrorum Principis, medit.* 7. Cicarellum, doctum impostorem, qui illustres genealogias, diploma-

mata nobilitatis, fideicommissa familiæ finxerat, abscissâ manu, ad palum alligatum, laqueo præfocatum, ac tandem crematum fuisse, supra ex *Leone Allatio* retuli. Canonicum, qui, decani sui manum imitatus, falsas ejus nomine ad hostem tanquam de proditione urbis literas scripserat, atque sic illum in suspicionem perduellionis & maximum vitæ periculum induxerat, morte punitum fuisse, narrat *Rethmeyerus* **in den** *Supplementis* **der Braunschweig-Lüneburgischen** *Chronica, pag.* 1873. *sq.* Huc pertinent falsorum miraculorum fictores, seu, ut cum Modestino in *L.* 30. *de Pœnis* loquar, qui aliquid faciunt, quo leves hominum animos superstitione numinis terreant; quos quidem Marcus Imperator *d. l.* saltem in insulam relegavit, sed, si improbius fraudaverunt & rempublicam turbarunt, judices secundum potestatem sibi datam ultimo supplicio adficere possunt. Factum hoc narrat *Gayot de Pitaval in Bibliotheque des gens de cour, tom. V. pag.* 364: *Un Curé de Village eut l'invention de faire pleurer un Christ en Croix. Il y avoit une Vigne atachée à un mur, qui étoit derriére l'Autel où étoit le Christ, il perça le mur & fit passer un petit rameau de la Vigne, qui répondoit à l'œil de la figure, de sorte que lorsque la Vigne pleuroit le Christ sembloit verser des larmes, la tromperie fut découverte, & comme il avoit abusé long-tems de la piété des fidelles, qui sur le fondement de ce miracle prétendu avoient fait bien des offrandes, il fut traduit en Justice. Enfin, par Arrêt du Parlement de Dijon, il fut réellement pendu.* Magis huc pertinent, qui regum, reginarum, principum &c. personas simulant, atque, sic tota regna, totas provincias, vel reges principesque, cum magno reipublicæ damno, decipiunt. Ignem profecto meruit ficta illa Elisabetha, Angliæ regina, quæ Jo. Fridericum, Saxonum ducem, apud *Thuanum lib.* 41. *histor.*

ſtor. vanis auxiliorum & nuptiarum promiſſis infatuavit, & in funeſtum illud bellum Gothanum conjecit, ſi modo ea hiſtoria vera eſſet, quæ tanquam fabula exploditur *in Epiſtolis doctorum virorum ad Melch. Goldaſtum, epiſt.* 236. & in cujus locum aliam de muliercula, quæ ſe Annam, Henrici VIII, Angliæ regis, uxorem ſimulavit, & præter Jo. Fridericum, ipſum quoque Cæſarem fefellit, ſubſtituit *Tenzelius* **in den monathligen Unterredungen** *anni* 1689. *pag.* 1269. *ſqq.*

VIII.

Qui morbos, incendia aliave mala pro colligenda ſtipe ſimulant, virgis cæſi in perpetuum relegantur;

IX.

Non aliter tamen, quam ſi inſtrumentis falſis ſimul uſi ſunt.

X.

Eos, qui ſuperſtitionis excitandæ vel augendæ cauſſa hoc faciunt, gravius coërceri oportebat.

De falſariis, qui morbos, vitia corporis, incendia, calamitatesve alias ſimulant, ſtipis colligendæ cauſſa, *Carpzovius quæſt. crim.* 93. *n.* 72. *ſqq.* agit, atque eos virgis cædi & relegari monet. Plerumque hi homines falſum ſuum tanta vafritie celant, ut ad id detegendum contrario aſtu opus ſit. Aliquando etiam caſus improviſus fucum eorum detergit. Lepidiſſimam de tali caſu hiſtoriam verbis *Ekkehardi de Caſibus monaſterii S. Galli in Alamannia cap.* 10. referam; *Quum Ekkehardus per ſe eſſet eleemoſynarius,* hoc eſt, in pauperes liberalis, *hominem quendam domeſticum ad hoc deſtinavit, ut, ſi quos ei pauperes vel peregrinos diceret, clam in domo ad hoc decreta lavaret, raderet, veſtitos reficeret, & noctibus juſſos, ut nemini dicerent, a ſe emitteret. Ac-*

cidit quadam die, ut ei contractum, Gallum genere, carruca advectum, ut solebat, committeret. Quem ille grossum quidem & crassum cum toto virtutum annisu, clauso super se solos, ut jussus est, ostio, vix in vas lavacri provolveret, maledicens (erat enim irascibilis) vere, ait, simpliciorem, quam Dominum meum, hodie nescio hominem, qui cui benefacit discernere nescit, mihi quoque tam pinguem belluonem dorso sustollere injunxit. At contractus cum aqua sibi lavacri nimis videretur calida, Gallice rustice, kalt, kalt est, *ait.* (*) *At ille, quoniam id Teutonum lingua,* frigidum est, *sonat, & ego, inquit, calefaciam; haustamque de lebete ferventi lavacro infundit aquam. At ille cum clamore horrido:* Eya mi kalt est, kalt est, *ait. Enimvero, ait ille, si adhuc frigidum est, ego hodie, si vixero, tibi illud calefícabo, & hauriens adhuc ardentiorem infudit. At ille bullientis aquæ fervorem ferre non sustinens, oblitus contracturæ citus assurrexit, lavacro exilivit, ad ostium recludendum, ut fugeret velociter, cur-*

(*) Galli nempe & Itali, quorum linguas abortum Latinæ linguæ recte vocat *Julius Cæsar Scaliger*, victi a Romanis, cum jugo simul linguam specie *societatis*, secundum *Augustinum de Civit. Dei. lib.* 19. *cap.* 7. accipere coacti, vernaculam suam cum latina mire confuderunt, atque ex utraque novam fecerunt, eique, retentis multis patriis verbis, multa latina, fracto tamen, scisso, flexo sono, immiscuerunt; cujus novæ linguæ, ut *Scaliger* bene ait, *materia e Latio est, forma depravata in factis adspirationibus, distortis vocalium sonis ad difformes diphtongos.* Ea nova lingua, quam diu nondum exculta fuit, rustica dicta est, hodie autem perpolita veterem, ex qua ortum trahit, elegantia superare creditur. Hinc est, quod hodie adhuc tot Gallorum Italorumque voces cum latinis fere conveniunt. Sic calidum a Gallis *chaud*, ab Italis *caldo* vocatur. Forsan mendicus ille apud Eckhardum Italus fuit, qui fervidam aquam sentiens: *caldo, caldo!* inclamavit, & homini Germano de frigore queri visus fuit.

currens cum pessulo aliquandiu luctatur. Sed & homo, ubi deceptorem vidit, titionem ardentem ab igne dicto citius rapiens grandes plages sine numero nudo infregit. Quod autem Carpzovius falsarios hujusmodi virgis cædi ac in perpetuum relegari ait, hoc usu aliter non servatur, quam si falsarius non verbis saltem & gestibus malum simulavit, sed & literis ac instrumentis falsis usus est; id quod binis JCtorum Helmstadiensium responsis illustrabo. Alterum mense Julio anni cIↄIↄ CCXV. hunc in modum: Es ist Inquisit Herold überführet, daß er sich als einen stummen Menschen angestellet, und darauf an unterschiedenen Orten gebettelt, ingleichen, daß er sich einen Abschied von einem Manne in Halberstadt schreiben, und darunter falsche Namen und Siegel, als von Chur-Fürstlich-Brandenburgischen Commissarien, setzen lassen. Nun führet er zwar zu seiner Entschuldigung an, er könne zuweilen seiner dampfigten Brust halber wahrhaftig nicht sprechen, ferner sey der beygelegte Abschied nicht gantz falsch, sondern die Abschrift eines ihm ertheilten aber durch Unfall zerrissenen Abschiedes, überdies habe ihm die Noth, indem er durch unterschiedene im Kriege empfangene Wunden zur Arbeit untüchtig gemacht und mit 5. Kindern beladen sey, zu dergleichen Betteley gezwungen; Wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob hätte er in Betrachtung dieser Umstände mit einer gelinden Strafe durchgelassen werden sollen; Alldieweil aber das Vorgeben, als ob die dampfigte Brust Inquisiten das Reden zuweilen gantz benehme, wenig Wahrscheinlichkeit hat, vielmehr von demselben erst nach der Zeit erdichtet zu seyn scheinet, da er bey der ersten Verhör hievon nichts gedacht, gestalt ihn auch diese Entschuldigung, wenn sie gleich wahr wäre, wenig helfen mag, indem er sich an vielen Orten vor einen gantz stummen Menschen ausgegeben, und so gar von der Obrigkeit darüber einen Schein genommen, demnach nicht, wie der Defen-

fensor vorgiebt, loquelam nur dissimulirt, hiernächst, was den falschen Abschied betrift, Inquisit theils würcklich nicht beygebracht, daß er einen dergleichen wahrhaften Abschied gehabt, theils auch dadurch a crimine falsi, welches er in Nachahmung fremder Hände und Beydrückung falscher Petschafte begangen, nicht entschuldiget wird, endlich seine empfangene Wunden und Kinder ihm gar wohl zu einem Vorwande bey seiner Betteley dienen können, ohne daß er sich obgedachter falsorum zu bedienen nöthig gehabt; So seynd wir durch diese Umstände, und in Erwegung, daß die DD. pœnam fustigationis denen sich stumm stellenden Bettlern, ob sie gleich keine falsche Briefe haben, zuerkennen, *Heigius P.* 2. *quæst.* 27. *n.* 25. *sqq.* Inquisiten mit dem Staupen-Schlage und ewiger Landes-Verweisung zu bestrafen, bewogen worden; Alterum mense Octobri anni cIↃ IↃ CCXVI. exaratum fuit: Ob wol Inquisit auf den Brand gebettelt zu haben beständig läugnet, auch das bey sich gehabte Brand-Bettel-Buch, Zeugniß, Stempel und Puffert gefunden zu haben vorgiebt, überdies Inquisiten die angegebene schwere Noth, ingleichen sein minderjähriges und noch nicht über 20. Jahr sich erstreckendes Alter, nebst dem bereits ausgestandenen langwührigen Gefängnisse zu statten zu kommen scheinet, wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob hätte derselbe mit weiterer Strafe verschonet werden sollen; Alldieweil aber Inquisit des falschen Brand-Bettelns durch eine unverwerfliche Zeugin, durch sein eigenes gegen die Soldaten gethanes Bekäntniß, und durch andere Umstände, insonderheit, daß er bey seiner Gefangennehmung den Stempel verborgen und wegwerfen wollen, sattsam überführet, auch, daß er das Buch, Zeugniß und Siegel selbst gemacht, in ziemlichen Verdacht ist, hiernächst ex fol. 58. und 63. dieses, daß es mit der vorgegebenen schweren Noth ein verstelltes Wesen sey, klar genung erscheinet, also dessen Missethat auch

auch dadurch vergrössert wird, endlich weder die Minderjährigkeit des Inquisiten, bey so grosser Bosheit, noch das ausgestandene Gefängniß, dessen Langwührigkeit er durch sein Läugnen und Variiren selbst verursachet, hier in Betrachtung kommen kan; So hat er mit keiner gelinderen Strafe, als des Staupen-Schlages, beleget werden können. At hi, qui verba saltem & gestus in falso suo adhibuerunt, plerumque carcere, nonnunquam relegatione temporaria, puniuntur. Oportebat tamen gravius animadverti in hos, qui mala talia eorumque sanationem, excitandæ augendæque superstitionis caussa, simulant. Est hoc crimen inter Catholicos frequens, & apud Gallos hodie fere quotidianum, ut scilicet plebs ad templa frequentanda & donariis ditanda attrahatur, vel defuncto alicui sanctitatis honor a pontifice Romano obtineatur. Prodiit Parisiis anno 1732. *Histoire critique des Pratiques superstitieuses, qui ont sedait les Peuples & embarrassé les Sçavans, avec la Methode & les principes pour discerner les effets naturels d'avec ceux, qui ne le sont pas, par le R. P. Pierre le Brun, Pretre de l'Oratoire*; atque in ejus *libro* 2. aliquot istiusmodi fallaciarum exempla memorantur, & inter ea puellæ cujusdam, quæ mutam se per duodecim annos fuisse perhibuit, ac loquelam per miraculum ad Jacobi II. exulis Magnæ Britanniæ regis, sepulchrum recuperasse, simulavit. Mitis admodum pœna est, quam *lex* 30. *de Pœnis* in falsorum miraculorum architectos statuit, relegatio scilicet in insulam. Si, ut supra dixi, quantitas pœnæ in crimine falsi metienda est ex malo, inde in rempublicam redundante, nullum sat atrox supplicium est, quod architecti isti aliquando non mereantur. In fine sæculi XVI. parum abfuit, quin fictum hujusmodi miraculum & simulata sessio mali dæmonis in puella totius Galliæ statum vix pacatum convelleret, & Henricum IV.

regem in turbas ægre compoſitas rejiceret. Vide *Thuani Hiſtor. lib.* 123. & *Baylium in Dictionaire hiſtorique & critique art. Broſſier.*

XI.

Perjurium genus falſi eſt;

XII.

Cujus pœnam leges determinant;

XIII.

Sed interpretes nihilominus arbitrariam faciunt.

Falſi pœna arbitraria eſt, ut dixi. Sed ſunt aliquot falſi genera, in quæ leges certam pœnam ſtatuerunt, e. g. crimen falſæ monetæ, item perjurii. De illo peculiariter agam; hic de perjurio. Omni perjurio falſum ineſt, & atrociſſimum quidem, quippe quo nominis divini ſanctitas, religio, fides publica & integritas judiciorum violatur. Miræ igitur ſunt Antonii & Alexandri in *L.* 1. & *L.* 2. *C. de Rebus creditis* conſtitutiones, quibus cauſſas jurejurando deciſas perjurii prætextu retractari vetant, ac jurisjurandi contemtam religionem ſatis Deum ultorem habere, atque adeo periculum corporis inferre non debere, dicunt. Eadem ratio etiam Modeſtinum movit, ut in *L. ult. Stellionatus* hominem, qui ſua pignora eſſe juraverat, quum propter perjurium non poſſet, tanquam ſtellionem puniret. Verum infirmitatem hujus ratiocinii ipſi juris Juſtinianei compilatores animadverterunt, aliasque leges majore numero corpori ſui inſeruerunt, quibus & perjurio læſis actio civilis contra perjuros ad repetendum, quod perjurio perdiderunt, datur, & perjuris pœna imponitur, ſcilicet *L. ult. C. de Rebus creditis*, *L.* 22. *de Dolo malo*, *L.* 13. §. *ult. L.* 28. §. *ult. de Jurejurando*, *L.* 41. *C. de Tranſactionibus*, *L.* 13. *C. de* *Te-*

Testibus, L. pen. pr. C. de Dignitatibus. Dubitationem omnem, si quæ etiam circa jus Justinianeum superesse poterat, sustulit *Carolus V.* atque *in articulo* 7. & læsis omnibus repetionem concessit, & pœnam certam perjurii, digitorum nempe amputationem, constituit. Atque hæc tamen tam justa tam necessaria lex durior videtur interpretibus; igitur eam non artificiose emolliunt, sed, pro legislatoria, quam sibi arrogant, potestate, negant in usu esse, atque ei, quo consentiente aut deferente quis juravit, actionem omnem, etsi perjurium luculentissime probare possit, adimunt, amputationem vero digitorum decernere simpliciter detrectant, sed pœnam perjurii, quam volunt, pro suo arbitrio constituunt. Et prius quidem temperamentum in Saxonia nostra lege firmatum est, *Constit.* nempe 15. *P.* 1. secundum quam judicari oportet. At posterius concoquere cordatiores vix possunt. Verumtamen sic judicatur. Recordor exemplum: Fur cum bove furtivo comprehenditur. Eum bovem suum esse, vir quidam jurat, ac secum aufert. Paucis interjectis diebus, verus bovis dominus supervenit, bovemque sibi ablatum esse, argumentis luce meridiana clarioribus ostendit. Alter perjurii convictus nihil habet, quo se excuset. Et tamen non secundum *articulum Carolinum* 107. verum temporaria relegatione, a JCtis Vitembergensibus mense Octobri anni cIↄ Iↄ CCX. punitus est: Daß George Herrmann seiner Begünstigung halber 2. Jahr lang des Landes zu verweisen, sowol dem von Schönberg den entführten Ochsen zurück zu geben, auch alle verursachte Schäden und Unkosten, nach vorhergehender deren Liquidation und richterlichen Ermäßigung, zu erstatten schuldig. V. R. W. Adde *Specimen DLXVI. de Delictis, quæ circa jusjurandum committuntur, medit.* 20.

XIV.

XIV.

Falsarius, etsi nemini privatim nocuerit, nec nocere potuerit, punitur.

XV.

Sufficit enim, ut falsum cum bono ordine ac legibus publicis pugnet.

Dictum *in Specimine DLVII. de Stellionatu med.* 2. falsum quoque committi, etsi id nemini queat esse damnosum. Sed hic temperamento opus est. Supponi scilicet oportet, falsum illud, sive verbis sive factis committatur, cum legibus aut bono ordine in republica stabilito pugnare. Nam si hoc non sit, mendacium prorsus innocuum aut falsum joculare non est peccatum. Nemo in jus rapit eos, qui inter familiares suos in convivio & confabulatione fabulas pro aliis oblectandis comminiscuntur. Nec pœnam meruit ludicrus ille antiquarius cum commentitio museo suo, Romæ structo, apud auctorem *du Voyage historique & politique, tom. II. pag.* 88. *seqq.* At si verum contra legem aut aliam obligationem immutatur, immutans, etsi nemini noceat, nec nocere possit, punitur. Nulli certe damnum infertur ex eo, quod quis nobilitatem vel insignia falsa sibi affingit, vel doctoris dignitate ornatum se simulat. Atque tamen, qui id faciunt, in falsi pœnam incidunt, *L.* 27. §. 2. *de Leg. Cornelia de falsis*, quia dignitates sibi sine principe, qui solus fons dignitatum est, arrogare nemo debet. Exempla alia passim occurrunt. Opifex quidam, peregrinando laborem & alimoniam quærens, testimonium collegii, sine quo opifices peregrinari non possunt, habebat quidem, sed vetustate exesum, & variis scripturis oblitum. Transfert igitur id in puriorem chartam, sigillum avulsum imprimit iterum, sub-

ſubjicit ſua manu eadem nomina, quæ in antiquo exemplo exſtant, nec mutat quidquam, præter annum, quem recentiorem facit. Profert hoc teſtimonium, ubi opus eſt, atque eſſe id hoc ipſum, quod ex patria ſecum aſportarit, audacter profitetur. Falſum tamen in oculos incurrebat. Igitur comprehenſus & in vincula conjectus fatetur omnia, atque hoc ſolum, quod nemini nocitum fuerit, prætendit. Et verum quidem hoc erat. Sed, quia leges documenta publica, uti ſunt, incorrupta relinqui jubent, Scabini Vitembergenſes menſe Martio anni cIↄ Iↄ CCXXXVIII. mitiſſime illum punierunt: Dieweil jetzt = gedachter Barthel durch Verſtümmelung und Erneuerung der alten Kundſchaft niemanden Schaden zugefüget, noch, da die Verfälſchung gleich in die Augen fällt, zufügen können, auch die Wahrheit ſeines übrigen Vorgebens und ſein ziemlich aufrichtiges Gemüthe aus denen bey ihm gefundenen Schriften hervor leuchtet, ſo wird er nur noch 12. Tage mit Gefängniß, oder vor jeden Tag mit 3. tägiger Arbeit, oder um 2. Nſch. beſtraft, und zu Bezahlung der verurſachten Unkoſten angehalten. V. R. W.

XVI.

Falſum eſt, ſecreta & inſtrumenta aliena, fidei ſuæ commiſſa, alteri in damnum committentis prodere.

XVII.

Quæſtio falſi, in cauſſa civili incidens, ante cauſſæ civilis cognitionem inveſtiganda & decidenda eſt;

XVIII.

Verum hoc non aliter, quam ſi ſuſpicio falſi legitimis indiciis fulciatur.

XIX.

Nam si indicia dubia sunt, ea caussam civilem liquidam morari non debent.

XX.

Sed tunc utraque caussa separatim tractari potest.

XXI.

Quin & post judicatam & decisam caussam civilem falsum, etsi præjudiciale fuerat, adhuc denunciari & inquiri potest.

Cajus Christianum ex mutuo convenit, atque in libello narrat, se a Christiano chirographum accepisse, atque id apud Adamum, communem amicum, deposuisse, Adamum vero hoc Christiano pro sex thaleris vendidisse, atque ita sibi actori legitimas probationes ademisse. Addit huic narrationi suæ Cajus argumenta non inverisimilia gravesque suspiciones. Actis ad JCtos Vitembergenses mense Septembri anni cIↄ Iↄ CCXI. delatis, diu, quomodo interloquendum esset, deliberatum fuit. Commode tandem in mentem venit, Adamum, qui chirographum, fidei suæ commissum, Christiano prodiderat, vendideratque, in crimen falsi incidisse. Etsi enim interpretes communiter ad falsi essentiam veritatis immutationem desiderent, contrarium tamen, quod falsum etiam sine veritatis immutatione committi possit, ostendi in *Specimine de falsis, quæ vulgus ignorat, medit.* 6. atque hanc proditionem inter falsa aperte refert *lex* 1. §. 6. *de Falsis.* Jubetur vero in *L. ult. C. de Ordine judiciorum*, & in *L.* 22. *C. ad legem Corneliam de falsis* falsi quæstio, si in caussa civili incidat, atque huic præjudicium faciat, ante omnia cognosci & decidi, atque caussa civilis interim differri. Quamobrem sic judicatum fuit: Daß Adam P. vor allen Dingen auf

auf gewisse zu solchem Ende abzufassende Inquisitional - Articel, ingleichen Christian K. jedoch dieser noch zur Zeit summarisch, zu vernehmen. Worauf, und wenn ihre beyderseits gethane Aussage gebührend ad Acta gebracht, ferner in der Sache ergehet, was recht ist. V. R. W. Verum enim vero sæpe litigantes, rei maxime, beneficio istarum modo memoratarum legum abutuntur, atque falsum fingunt, & per hoc actionem adversus se institutam & exsequutionem morantur. Cui malitiæ ut occurreret *Elector Saxo, in Decisione* 88. necessarium temperamentum adhibuit, ac non aliter caussam civilem quiescere jussit, quam si suspicio falsi legitimis indiciis fulciatur, **wenn die in Rechten gesezte und in unserer Policey-Ordnung begriffene *indicia*, und zu Anstellung der *Inquisition* gnügliche Vermuthungen des Betrugs halber sich ereignen.** Quod temperamentum tamen non saltem juris Saxonici est, sed & rectæ rationi & juri communi convenit, quemadmodum in *Specimine CCLXX. de Instrumentis notariorum, medit.* 7. ostensum. Itaque tunc, quum crimen falsi altiorem quæstionem habet, utraque caussa, criminalis & civilis, separatim, vel uno tempore, vel altera post alteram, tractanda est, uti in *Specimine CXXII. de Continentia caussarum medit.* 6. dictum. Quin imo, absoluta jam & decisa caussa civili, si quis ex litigatoribus instrumentum, ex quo ipse vel condemnatus, vel adversarius absolutus fuit, falsum esse contendit, audiendus est, siquidem vel accusationem falsi instituere, vel etiam deferre saltem crimen ac legitimas suspiciones judici inquisituro suggerere velit, secundum *L.* 33. *de Re judicata.* Et ita judicarunt JCti Helmstadienses mense Decembri anni CIↃ IↃ CCXXVI: Daß Beklagter von der Reconvention und den übrigen an ihn ge-

gemachten Ansprüchen zu entbinden. Daferne jedoch Kläger darauf verharret, daß seiner Schwester letzter Wille untergeschoben, falsch oder erzwungen sey; so stehet ihm frey, dieserhalb nähere und stärckere indicia, als er bisher gethan, an Hand zu geben, und wird ihm zu solchem Ende die ausgebethene Commission zu Abhörung der Testaments- und anderen Zeugen, Nachsuchung unter des verstorbenen Notarii Schriften, und Erforschung, wo das Original geblieben, auf seine Kosten billig zugestanden. V. R. W. Rat. Dec. Nachdem in dem Wittenbergischen, und noch deutlicher in dem darauf erfolgten Appellations Urtheile, ingleichen dem von der Mindischen Regierung gegebenen Bescheide, alle aus dem Testamente und der Vormundschaft herrührende Klage-Puncte vor gäntzlich abgethan declariret, und Kläger damit Rechts-kräftig abgewiesen worden: So haben wir Beklagten von allen diesen in der Convention bereits vorgekommenen und abgeurthelten Ansprüchen entbunden. Gleichwol, da Kläger beständig vorgiebt, es sey mit seiner Schwester Testamente ein falsum vorgegangen, so ist ihm die Untersuchung solches falsi, wenn er nur genugsame indicia an Hand giebt, nicht abzuschlagen, und müssen ihm die Mittel, solche indicia gebührend zu erforschen, zugestanden werden, immassen die in der Civil-Sache ergangene Judicata nicht hindern, daß ein damit verknüpftes crimen gebührend untersuchet, bestrafet, und den dadurch in Schaden gesetzten Leuten Satisfaction verschaffet werde.

XXII.

Furti & falsi crimina ita sæpe sunt cognata, ut, quod illorum commissum sit, aliquando dubitetur.

XXIII.

Sæpe etiam ambo crimina concurrunt.

Furti

Furti ſæpe & falſi tam arcta cognatio eſt, ut aliquando judex, utrum reum tanquam furem, an tanquam falſarium, puniri oporteat, anceps hæreat. Certe in ſpecie, quam Ulpianus in *L.* 52. §. 21. & Paulus in *L.* 66. §. 4. *de Furtis* ad furta refert, quum quis pro homine locuplete & idoneo, cui alter crediturus erat, hominem egenum ſubjicit, & creditori adducit, etiam falſum ineſt, *L.* 16. §. 2. *de Falſis.* Legi aliquando cum amico animi cauſſa *Huberti Thomæ Leodii Annales de Vita & rebus geſtis Friderici II, Electoris Palatini*, libellum feſtiviſſime & candidiſſime ſcriptum. Inter cetera ſingularia, quibus ille refertus eſt, delectavit nos maxime deſcriptio itineris Hiſpanici, quæ in *libro VI.* continetur, & hæc inprimis *pag.* 103. *ſq.* hiſtoriola:

Primo die ad maximum pagum Maronem pervenimus, ubi ab Aguſillis (ii ſunt apparitores magna auctoritate in Hiſpania) nobis aſſignatum eſt hoſpitium apud virum divitem, qui nos humaniter excepit, & , ut rebus ſuis ac propriis uteremur, juſſit: inter cetera autem attulit poculum argenteum, ex quo biberemus, unde vehementer admirati ſumus hominis hoſpitalitatem. Qui pranſus cum Principe, poſtquam vidit nos recolligere res noſtras, recipit ille poculum ſuum, & in quadam ciſta recluſit. Hoc advertit e noſtris unus, qui nihil mali ſuſpicans, tacuit. Adveniente autem veſpere, cum ad iter accingeremur, incipit noſter hoſpes repetere ſuum poculum. Cum vero diceremus, illi redditum, conſtanter negare pergit, & magiſtratum advocat, qui jubet, ne diſcederemus, niſi contento hoſpite de ſuo poculo. Quid ageremus, muſſitabat Princeps, neque, quid reſponderet, habebat. Tantum nunc ab hoc, nunc ab illo, ſi quid de poculo reſcirent, ſciſcitatur, donec ſupervenit ille, qui hoſpitem id recepiſſe & recondidiſſe viderat. Qui etiam ſuper ea re interrogatus, atque inquit, hoſpes ſtatim a prandio ad ſe recepit, & in hac (oſtenſa ciſta) repoſuit. Tum hoſpes digitis facere cruces, eos oſculari & dejerare Dios *&* ſantos quatuor Evangelios *Hiſpanica lingua, hominem mentiri, & excogitare, quæ diceret, nihil ſe tale commiſiſſe, & meliorem ſeſe eſſe, quam ut talia, ſi tota Hiſpania daretur, perpetrare vellet. Tace-*

cebat Princeps, reveritus hominis authoritatem, & de ſolvendo poculo deliberare volebat. Cum Georgius Pincerna, ut erat ſemper bene potus, erupit dicens: Aperiatur ciſta & facili negotio furtum de re propria factum deprehendemus. Tum hoſpes tergiverſari & dicere, ſe ſemper plus fidei habuiſſe apud ſuos, quam propter unum poculum velit multum digladiari. Solveret illud princeps, vel non ſolveret, totum ſuæ benevolentiæ condonaret, & remitteret, propterea autem nollet aperire ciſtam, ne de re tam certa dubitare videretur. Ad quem Pincerna arrepto pugione furibundus, vel aperi, inquit, ciſtam, vel ipſe effringam. Cum vero cunctaretur, vocat uxorem hoſpitis Aguſillus, &, ut ciſtam aperiret, jubet. Cui parens aperit, & poculum reperitur. Nos læti aſcendimus equos, & hoſpitem multa pro ſua excuſatione dicere parantem reliquimus.

Dum hanc hiſtoriolam ambo legimus, quæſtio inter nos nata eſt: Quale crimen commiſerit Hiſpanus? & an recte Georgius pincerna id furtum rei propriæ appellaſſet? Et in principio quidem Georgio adſenſimus, quod rei propriæ furtum fieri poſſe, ex *L.* 12. §. 2. *L.* 19. §. 5. & 6. *L.*20. *L.* 66. *pr. de Furtis* noramus. Sed, inſpecta deinde *L.* 59. *de Furtis*, mutavi ſententiam, ac Hiſpanum a furti crimine abſolvi. Scilicet rei propriæ furtum committi nequit, niſi alius in ea re, quæ ſurripitur, jus habeat. Hoc vero in poculo Fridericus princeps non habebat, ſed totum id cum omni jure ad Hiſpanum pertinebat, qui propter ejus occultationem, quamvis fraudulentam, fur dici non poterat. Ne tamen impune ferret improbitatem ſuam, ad falſi pœnam hominem damnavi, arg. *L.* 16. §. 1. *de Falſis*, ibi: *ut verum non appareat, quid celaverunt, ſubripuerunt.* Certe ſi Hiſpanus hac fraude ſua Fridericum principem pecunia emunxiſſet, furtum pecuniæ, non poculi, feciſſet, potuiſſetque & tanquam falſarius & tanquam fur puniri.

SPE-

SPECIMEN DCXVIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. X.
DE
FALSA MONETA.

I.

Pœna ignis, in falsi numarii reos justissime statuta, interpretatione & usu fori contra mentem legislatoris eluditur,

II.

Atque, si adhuc infligitur, non facile tamen in vivos, sed post gladii supplicium in cadavera occisorum exercetur.

Pœna ignis in falsum numarium statuta, si cum strangulatione furum conferatur, nondum satis dura est, sed exasperari debebat. Furtum enim paucis, falsum numarium omnibus civibus, quin ipsi principi, fiscoque ejus, nocet, commercia turbat, & opes totius provinciæ imminuit. Quare ego, tantum abest, ut, falsarios hos mitius puniri oportere, credam, ut magis ignem, quo vivi comburendi sunt, videre aliquando peroptem. Sed adhuc mihi ea voluptas non contigit, nec forsan in posterum continget. Interpretes enim & collegia juridica, pro legislatoria, quam sibi arrogant, potestate, bonas clarasque Constantini in *L. 2. C. de Falsa moneta*, & *Caroli V. in art.* III. leges excogitatis variis exceptionibus penitus enervarunt, Ferdinandinam vero in *Recessu Imperii de anno* 1559. §. **Wir ordnen**, antiquarunt simpliciter, tanquam, ut *Carpzovius in Quæst. crim.* 43. *n. ult.* loquitur, nimis rigorosam, ac sæculi no-

noſtri probitate indignam, & in locum ignis relegationem, virgas & mulctas ſubſtituerunt. Atque iſtas tamen detortas interpretum opiniones uſu recepimus, ac ſecundum illas, non ſecundum leges, judicamus. Ita vero fit, ut falſi numarii reos ſemper aliqua ex his, quas interpretes fabricarunt, exceptionibus meritiſſimo ſupplicio eximat. Prodeſt illis modo, quod numos falſos ſaltem fecerunt, modo, quod eos ſaltem erogarunt, modo, quod in falſis numis ſuis imaginem exteri regis expreſſerunt, modo, quod non ipſius imperatoris, ſed alicujus ſaltem ex principibus Germaniæ, numos imitati ſunt, modo, quod hi ipſi numi, quos imitati ſunt, juſti legibusque imperii conformes non fuerunt, modo, quod non ſolidos, de quibus *lex* 2. *C. de Falſa moneta* loquitur, ſed minores numos fabricarunt, modo, quod falſorum numorum, quos fecerunt, exigua ſaltem ſumma fuit reliqua. Quas legum ludificationes poſtquam uſus fori probavit, nunc miraculi inſtar futurum eſt, ſi quis falſi numarii reus ex ſententia collegii juridici exuratur. Ego certe, me totis his triginta annis, quibus inter JCtos jus dico, aliquem ob crimen falſæ monetæ ad ignem damnaſſe, non recordor. Mitiorem legibus & miſericordiam me collegarum ſuffragia, quibus vincor, ſæpe faciunt. Quum Helmſtadii viverem, menſe Auguſto anni cIↄ IↄCCXIII. quinque ad nos deferebantur falſæ monetæ rei, una in flagranti delicto comprehenſi. Hi jam tum in alio collegio, quod judex ante nos conſuluerat, damnati fuerant, nullus tamen ad ignem, ſed plerique ad gladium. Principes facinoris duo fratres erant, quorum natu major falſam pecuniam imperialem in ſat magna copia cuderat, ipſe tamen non erogarat, ſed hanc negotiationem ſodalibus, ac fratri inprimis, commiſerat. Frater vero hic fratri fabricanti

adſti-

adstiterat, opem tulerat, instrumenta & materiam porrexerat, pravos numos expenderat, ac æquam lucri partem tulerat. Hi duo antesignani secundum Constantini & Caroli leges, & ipsam adeo fori interpretationem, ignem sine dubio meruerant. Fabricator quippe, dum in numis suis expendendis ministerio aliorum usus erat, quod per alios fecerat, ipse fecerat; &, qui opem in fabricando tulerat, ipse fabricator erat. Verum utrumque exteri JCti saltem gladio feriri, & post sumtum supplicium mortuos comburi jusserant. Quæ tam mitis sententia reis tamen acerbior visa est. Obtinuerunt igitur, ut acta recognoscenda ad nos mitterentur. Nec irrita prorsus fuit illorum spes. Equidem circa illum, qui in fabricando opem tulerat, numosque expenderat, nihil mutavimus, quum ne caussa quidem, quæ JCtos priores ad ignem vivo remittendum moverat, appareret. Fabricatori tamen, qui ab expendendo sibi caverat, tametsi hoc per fratrem & satellites reliquos fieri curasset, ignem etiam post mortem remisimus: Daß Adam und Ludwig die Friedriche in ihren Defensionen etwas, so ihnen zu statten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen das fol. 637. befindliche Urthel an ihnen billig vollstrecket wird. Jedoch ist Ludwig Friedrichs Leib nach geschehener Execution mit dem Feuer zu verschonen. V. R. W.

III.

Qui falsam monetam non fabricant, sed expendunt saltem, usu fori virgis cædi, & in perpetuum relegari solent.

IV.

Verum & hac pœna aliquando mitigatur, ut, si expensio in alea facta est;

V.

Vel deceptus ab aliis, sibi vicissim alios decipere, licitum credidit;

VI.

Vel aliæ etiam circumstantiæ lenitatem suadent.

Tanta est interpretum in legem Carolinam de falsa moneta tyrannis, ut non abrogent solum pœnam ignis, lege hac sancitam, sed & quasi nova lege certum pœnæ genus, quod infligendum sit, præcipiant. *Nota*, inquiunt, *eum, qui falsam monetam cudit quidem, sed non expendit, tantum gladio puniri; eum vero, qui monetam ab alio fabricatam expendit, fustigari.* Ita *Carpzovius in Quæst. crim.* 42. *n.* 91. *&* 97. & *Bergerus in Jurispr. crim. pag.* 73. quos etsi de usu fori Saxonici tantum loquentes, JCti exteri toto, ut solent, grege sequuntur, & jus quodammodo universale facere videntur, non adeo tamen, ut ab eo, si æquitas id poscat, recedere prorsus non liceat. Certe, quod ad eos, qui falsam monetam saltem expenderunt, etiam fustigatio nimis dura esse poterit. Ipsi Carpzovius & Bergerus lenius cum eo, qui pravam pecuniam in lusu erogavit, agunt, ex eadem sine dubio ratione, ex qua Vlpianus in *L.* 1. §. 1. *de Aleatoribus* collusores, qui inter se rapinas fecerint, indignos, qui vindicentur, videri dicit. Quodsi ergo aleæ hanc veniam damus, magis adhuc misericordes nos esse oportet in eos, qui malos numos, bona fide ab aliis acceptos, scientes expendunt, atque adeo ex vulgi opinione, sibi deceptis, alios vicissim decipere, licitum autumant. Quæ fatua caussa dolum non tollit quidem penitus, sed elevat tamen. Simili lenitate JCti Helmstadienses, quemadmodum in *Specimine de Falsis, quæ vulgus ignorat,*

me-

medit. 43. retuli, hominem ſimplicem ac ſtupidum, qui proximæ cognatæ ſuæ, ſumma pauperie & fame preſſæ, ſuppetias laturus, pro falſis aliquot numis panem, poma & alias reculas dederat, numisque his alios iterum fallere tentaverat, carcere mulctave pecuniaria punierunt.

VII.

Illa fori interpretatio, qua negotiatores falſæ monetæ ſaltem virgis cæduntur, nimis audax eſt, ac nimis aperte & longe a lege recedit.

VIII.

Igitur ea recte deſeritur:

IX.

Ac in locum virgarum gladius ſubſtituitur.

Excuſabilis eſt illa, de qua in præcedente meditatione egimus, lenitas, & convenit quodammodo *articulo Carolino* III. ubi ignis pœna ſaltem in eos ſtatuitur, qui falſos numos emunt venduntque, **welche falſche Müntz aufwechſeln, oder ſonſt zu ſich bringen, und wiederum gefährlich und boshaftiglich, dem Nächſten zu Nachtheil, wiſſentlich ausgeben**, atque ſic negotiationem falſæ monetæ exercent. Verum quod & negotiatores hi ſimplici virgarum ictu coërceri ſolent, in hoc nimis longe & audacter a clara legis Carolinæ litera receditur. Ipſi ergo aliquando cum JCtis Helmſtadienſibus menſe Auguſto anni cIↄ Iↄ CCXXVI. communem opinionem deſeruimus, ac medii quodammodo inter legem & fori hujusmodi interpretationem negotiatorem, cujus ſumma improbitas apparebat, ac reipublicæ magnopere nocuerat, ad gladium damnavimus, ex rationibus, quas a cordato lectore probatum iri ſperamus:

mus: Daß Erdmann mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen, die Erdmannin und Strubin hingegen mit Staupen-Schlägen des Landes ewig zu verweisen. V. R. W. Rat. Dec. Es seynd alle drey Inquisiten dessen genugsam überführet, daß sie mit falschem Gelde einen Handel getrieben, und es unter die Leute gebracht, auch, weil sie es wohl gewust, sich dabey allerhand Lügen und List gebrauchet, wie sie denn bey ihrer Gefangennehmung durch Leugnen, Verstocken, falsches Vorgeben und Variiren den Gerichten viel Mühe und Unkosten verursachet. Nun verordnet zwar die **Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung** *art.* 111. klar, daß die, welche falsche Müntze aufwechseln, oder sonst zu sich bringen, und wiederum gefährlich und boshaftiglich, dem Nächsten zum Nachtheil, wissentlich ausgeben, mit dem Feuer vom Leben zum Tode bestrafet werden sollen. Allein es bezeugen auch hinwiederum die Rechts-Lehrer durchgehends, daß in praxi diese harte Strafe des Feuers den blossen Ausgebern falschen Geldes nicht, sondern nur der Staupenschlag dictiret worden; Wir haben also die Erdmannin und Strubin ohne Bedencken mit solcher Strafe beleget. Allein bey dem Haupt-Inquisiten Erdmannen, welcher eigentlich den Handel mit dem falschen Gelde en gros getrieben, und dadurch dem publico und vielen privatis grossen Schaden zugefüget, scheinet diese Strafe des Staupen-Schlages allzu gelinde, und andere dergleichen gottlose Buben abzuschrecken nicht hinlänglich zu seyn; wannenhero wir ihm die Strafe des Schwerdts billig zuerkannt, und solches um so viel mehr, da auch die Rechte einen schlechten Falsarium nach Gelegenheit der Umstände und Beschaffenheit des dem publico zuwachsenden Nachtheils am Leben zu strafen verstatten, *L. 22. C. ad L. Cornel. de falsis, Constit. crim. art.* 112.

X.

X.

Etiam hi, qui numos, de quorum bonitate dubitant, expendunt, peccant & puniuntur;

XI.

Nec non, qui ignorant quidem, sed scire tamen facile poterant, numos, quos expendunt, malos esse.

Dixi supra, peccare & puniri eos, qui falsam monetam, ab aliis fabricatam, expendunt; nec addidi vocem: Scientes; quod tamen ab aliis fieri animadverto. Hoc mihi forsan vitio vertent nonnulli. At ego, consulto id a me factum, profiteor. Equidem, qui bona fide pravam monetam, quam probam credunt, erogant, extra peccatum & pœnam sine dubio sunt. Verum datur intermedium genus eorum, qui, bonane sit an mala pecunia? ambigui, eam tamen expendunt. Vocant hoc conscientiam dubiam juris naturæ doctores, ac regulam præscribunt: *Quamdiu judicium intellectus nullo rationum momento in neutram partem vergit, actio erit suspendenda; adeoque, qui agit, conscientia velut in æquilibrio adhuc hærente, peccat.* Ita *Pufendorffius de Jure naturæ & gentium lib.* 1. *cap.* 3. §. 8. ac jam diu ante eum Paulus apostolus ad *Romanos XIV*, 23. *Quidquid*, ait, *non ex fide*, id est, certo animi judicio, seu bona conscientia, quemadmodum hanc vocem in *Specim. CCCCLV. de Bona fide, medit.* 12. interpretatus sum, *est, peccatum est*, & *Cicero lib.* 1. *Officiorum cap.* 9. *n.* 30. *Bene*, inquit, *præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites, æquum sit, an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per se; dubitatio cogitationem significat injuriæ;* quibus adsentiunt Paulus & Labeo, JCti. in *L. ult.* §. 2. *de Juris & facti ignor.* Huc pertinet species, Scabinis Vitembergensibus men-

mense Novembri anni cIↃ IↃ CCXXXVII. oblata: Expenderat quis pravam monetam, & accusatus ignorantiam obtenderat. Jussus ergo jurare, quod ignorans id fecisset, paratum quidem se ad jurandum esse dicebat, sed tamen, se de bonitate monetæ, quum eam expenderet, dubitasse, non inficiabatur. Actis igitur ad Scabinos Vitembergenses missis, hi illum ad jurandum admittere noluerunt, sed confestim damnarunt, ex sententia Labeonis, qui *in supra allegata L.* scientiam dicit accipiendam ejus, qui rem, diligenter inquirendo, notam habere possit: Dieweil wegen Gültigkeit des streitigen 20. Thaler-Stücks, zu der Zeit, da Krone und die Kronin solches ausgeben wollen, annoch Zweifel gewesen, und erst vermöge Urthels durch den Schein fol. 154. völlig gehoben worden, gleichwol Inculpaten die Falschheit leicht wissen können, auch zu muthmassen höchst-wahrscheinliche Ursach gehabt; So werden sie zwar mit dem erkannten Eyde, welchen sie ohnedeß, bey den eingeräumten Umständen, nicht schwören können, verschonet, nichts destoweniger Krone um 5. Thaler, und die Kronin um 10. Thaler bestraft, und zu Bezahlung der angeschriebenen Unkosten angehalten. V. R. W.

COROLLAR.

Narrat *Arthurus Collins in the English Baronage, pag.* 14. Thomam Wolseium, Henrici VIII. Angliæ regis primarium ministrum, insignibus regiis, in moneta publica expressis, literas nominis sui initiales T. W. ex utroque latere adponi curasse, exsculpto inferius pileo cardinalitio. Crimen hoc utique fuit, sed magis læse majestatis, quam falsæ monetæ.

SPE-

SPECIMEN DCXIX.
AD LIB. XLVIII. TIT. XI.
DE CRIMINE REPETVNDARVM.

I.

Avaritia radix multorum malorum, tum in aliis hominibus, tum maxime in magistratibus & ministris Principum & rerum publicarum, est.

II.

Magistratus & minister ab iis, quos extra muneris sui rationem intercessione vel opera juvant, dona impune accipiunt aut stipulantur.

III.

Contractus suffragii adhuc licitus, & a crimine repetundarum diversus est;

IV.

Incidit tamen tunc in crimen repetundarum, quando hoc, pro quo quid accipitur vel promittitur, ad officium ejus, qui accipit vel stipulatur, pertinet.

V.

Munera pro officio suo faciendo vel non faciendo capere, simpliciter vetitum est.

VI.

Magistratus, munera ab his, qui bonam caussam fovent, ac jure suo victoriam in judicio reportant, accipientes, in crimen repetundarum incidunt.

VII.

VII.

Hi, qui dant, siquidem aliter jus & aequum a judice impetrare non possunt, non solum non peccant;

VIII.

Sed etiam per condictionem ob turpem caussam id, quod dederunt, a magistratu repetunt.

IX.

Administrator fisci pro hoc, ut creditoribus fisci id, quod eis debetur, persolvat, munera accipere non debet, &, si id facit, crimen repetundarum committit;

X.

Quod & committit tunc, quando solutionem debitorum vel stipendiorum, inopiam aerarii praetexens, tam diu differt, donec creditores vel beneficiarii, morae pertaesi, partem accipiendo apochas tamen in integram summam dant, atque sic reliquum administratori donant, L. 6. §. 2. de L. Julia repetundarum.

XI.

Etiam hi condictionem ob turpem caussam habent, L. 9. §. 1. de Condictione ob turpem.

XII.

Legatus minister've, qui, durante legatione sua, aut infecto adhuc, quod ei commissum fuit, negotio, ab extero Principe, cum quo negotium gerit, munera accipit, in crimen repetundarum incidit.

XIII.

Ministri Principum & rerumpublicarum, annuas pensiones ab exteris Principibus accipientes, crimen repetundarum committunt. Vide Ferdinandi III. Reichs-Hofraths-Ordnung, tit. 1. §. 19.

XIV.

XIV.

Legatus, finita legatione, & minister, confecto, quod commissum ei fuerat, negotio, ab his, cum quibus negotium gessit, munera, non ex antecedente pacto, sed sponte oblata impune accipit;

XV.

Inhoneste tamen flagitat,

XVI.

Et inhonestius adhuc per fraudes elicit.

XVII.

Utroque casu inhonestum lucrum ei extorquetur.

XVIII.

Tunc ne quidem finita legatione absolutoque negotio munera accipere licet, quando leges loci simpliciter legatum, ministrumve munera ab extero Principe accipere vetant.

Theses hæ omnes lucidissime exponuntur, variisque exemplis illustrantur, in *Specimine CXLVII. de Condictione ob turpem caussam, medit. ult. & coroll. un. Specim. DLXX. de Fictis criminibus ministrorum Principis, medit.* 39. 40. 41. & *Specimine DLXXI. de Veris delictis ministrorum Principis, medit.* 28. 29. & 30.

XIX.

Crimen repetundarum sæpe tecte & subtiliter committitur.

XX.

Atque tunc perspicua indicia ad id probandum sufficiunt.

XXI.

Etiam is magistratus, qui ab initio quidem nihil accepit, nec certum

quid stipulatus est, sed tamen spe futuri præmii & remunerationis litigatori plus, quam debebat, favet, in crimen repetundarum incidit.

Quum ante aliquot annos de vetere quadam, tunc renovata, hæresi lis, quæ nondum bene sopita est, exoriretur, theologi nostri, ut adversarios, hæreseos notam aversantes, & se cum priscis hæreticis consentire negantes, facilius convincerent, discrimen fecerunt inter hæresin crassam, subtilem & subtilissimam. Mihi, qui litem quidem illam de hæresi meam non facio, hoc tamen discrimen mirifice placuit, traxique ego id sæpe ad crimina, quorum aliqua aperta & publica fraude, ut excusari prorsus non possint, aliqua vafre & callide, ut ad ea in lucem proferenda solertia opus sit, nonnulla denique tam tecte, tantaque arte patrantur, ut sicut Vulcani retia & laquei apud *Ovidium Metamorphoseon lib. 4. versu* 177. lumina fallere possint, ac JCti ipsi inter se, num reus vere deliquerit, disputent. Cujus rei exempla in *Specimine CCXLVII. de Usuris palliatis*, in *Specimine DXXXVII. de Legitimis furum excusationibus*, in *Specimine DXLVI. de Injuriis obliquis*, in *Specimine de Falsis, quæ vulgus ignorat*, & alibi passim reperies. Idem discrimen commode ad crimen repetundarum applicatur. Nonnulli scilicet magistratus & reipublicæ ministri publice, pudore omni posito, nundinantur, sententiasque suas, & quidquid ex officio suo facere debebant, vendunt ac plus licitanti addicunt. Alii cautius idem faciunt, sed speciosam facinori suo caussam, cujus turpitudo ægre detegitur, prætexunt, cujus vafritiei exempla *supra in medit. 6. 9. 10. 15. & 16.* vide. Alii denique in accipiendo ita sunt circumspecti, ac negotiationem suam velo & fuco licitorum contractuum

&

& pactorum sic tegunt, ut, si vel maxime factum tandem pateat, tamen adhuc, utrum licitum id vel illicitum fuerit, disputetur. Huc pertinent *meditationes* 33. 34. 35. *Speciminis DLXXI. de Veris delictis ministrorum Principis.* Dabo nunc aliud exemplum. Dictum supra in *medit.* 14. legatum ministrumve, confecto negotio, munera sponte oblata impune accipere, quia metus corruptionis cessat. Licebit ergo magistratui, post cognitam, decisamque aut transactam caussam, a litigatoribus accipere, quod illi, nemine poscente, donant, dummodo stipulatio seu pactum non praecesserit. At enim vero hic infinitae sunt fraudes magistratuum ministrorumve, ad quas detegendas lynceis oculis opus est. Scilicet pacta illa antecedentia tam vafre ineuntur, ut homines fallant, ac soli, ut cum Innocentio III. in *cap.* 34. *X. de Simonia* loquar, districto judici, qui scrutator est cordium & cognitor secretorum, pateant. Non tamen cognitio in foro humano penitus excludenda est. Dolum quippe ex indiciis etiam perspicuis probari convenit *L. 6. C. de Dolo malo.* Igitur, si dolus hic ex circumstantiis apparet, crimen repetundarum pro satis probato haberi oportet. Species haec esto: Praeses judicii improbum foeneratorem corripit, convincit, & condemnat, ac pecunias sub illicito foenore creditas fisco commissas judicat; hucusque severe & secundum jura. Restabat, ut eadem severitate summas fisco commissas exigeret, & aerario inferret. Neque id difficile esse poterat, sed jam tum ex actis verisimiliter apparebat, fiscum, siquidem pecuniae a reo passim in quaestum & foenerationem creditae paulo diligentius investigarentur, aliquot millia lucraturum esse. Tum vero repente mutatus immitis hactenus & implacabilis judex, primo quum acta iterum ad collegium juridicum mittenda essent, in actuarii

officium involat, ac epistolam, quam requisitoriam vulgo vocant, ipse ad collegium exarat, longam & excusationibus rei contra morem judiciorum refertam. Venit deinde in senatum, difficultates in exactione adhuc metuendas verbis exaggerat, persuadetque collegis, ut oblata a reo quadringenta accipiant, litemque sopiant. Perfecta transactione, chirographum a reo exigit, quo hic ipsi centum quinquaginta tanquam ex mera liberalitate donat, sese tamen ad solutionem arctissime sub hypotheca, stylo in meris liberalitatibus insolito, obligat. Patefacta re, consul criminis repetundarum accusatur, ac propter gravissimas suspiciones statim in primordio judicii ab administratione muneris & reditibus suspenditur, deinde vero per sententiam ad jurandum, quod ante transactionem cum senatu initam nihil a reo stipulatus sit, admittitur. Quo jurejurando præstito, nunc se ab omni pœna tutum ratus, officium sibi reditusque, quibus tot annis caruerit, restitui petit. Intercedit senatus, ac, ne sibi consul, qui crimen repetundarum amoliri non potuisset, & constantissimo rumore corruptelis obnoxius perhiberetur, obtrudatur, solicite deprecatur. Ille contra, etsi pervulgatum rumorem non inficietur, præstitum jusjurandum obtendit, atque se per hoc a crimine repetundarum plene purgatum dicit. Verum enim vero jusjurandum hoc crassam saltem, ut ab initio dixi, corruptelam, non etiam subtiliorem, removerat. Certe consul certam mercedem in hoc, ut fœneratori faveret, nec acceperat, nec stipulatus sibi erat. Id tamen sole meridiano clarius apparebat, illum, spe præmii & proxenitici inductum, omnia, quæ potuerat, pro reo fecisse, judicium contra eum stitisse, ac transactionem, reo magnopere utilem, sed senatui noxiam, conciliasse, postea au-

tem

tem operæ suæ remunerationem, tanquam ex debito, cepisse. Quamobrem JCti Vitembergenses mense Aprili anni cIↃIↃCCXXX. sic responderunt: Ist derselbe wegen unterschiedenen ihm beygemessenen Verbrechen in eine weitläuftige Untersuchung gerahten, und währender derselben von seinem obhabenden Bürgermeister-Amte suspendiret, endlich aber durch ein eingehohltes Urthel zum Reinigungs-Eyde gelassen, nach dessen Abschwörung jedoch von neuen durch einige ihm gehäßige Raths-Membra unter dem Namen des gantzen Raths angefochten worden; Wannenhero er denn zu wissen verlanget, ob er, des abgelegten Reinigungs-Eydes unerachtet, aus denen von dem Stadt-Rathe angeführten Ursachen seines Bürgermeister-Amts zu entsetzen, oder vielmehr in dasselbe cum omni caussa, wenigstens mit Bezahlung des verfallenen Salarii, wieder einzusetzen, auch noch mit einer Strafe, und welcher? zu belegen sey. Ob nun wol das von Vogeln nach geendigtem Processe freywillig offerirte Geschencke der 150. Thaler eigentlich nicht ad crimen repetundarum referiret werden mag; bey welcher Bewandniß es das Ansehen gewinnet, ob sey derselbe nicht allein mit weiterer Strafe zu verschonen, sondern auch in sein Bürgermeister-Amt cum omni caussa, wenigstens mit Bezahlung des verfallenen Salarii, wieder einzusetzen. Dennoch aber und dieweil derselbe selbst bekennet, Vogel habe nach eingelangtem Urthel besorget, die Obrigkeit möchte in noch mehrere von seinem verstorbenen Bruder auf Wucher geliehene Capitalia inquiriren, also ihn, den Denunciaten, vermocht, einen Vergleich auf 400. Thaler mit gedachten Rathe zu vermitteln, ihm auch nach Errichtung solchen Vergleichs 150. Thaler geschencket, und denn derselbe, da er vorher als Stadt-Richter in der Sache inquiriret, also gewust, oder doch wissen und durch weitere Untersuchung heraus bringen können, was für Capitalia

auf verbothenen Wucher gestanden, und der Confiscation unterworfen gewesen, demnach daran, daß er einen der Obrigkeit nachtheiligen Vergleich aus unzulänglichen Ursachen angerathen, und zu Stande gebracht, unrecht und wider seine Pflicht gehandelt, hiernächst derselbe zwar dieses, daß er mit Vogeln oder seinem Advocaten vor dem Vergleiche keinen Accord geschlossen, abgeschwohren; Hingegen bey genauer Betrachtung aller vorkommenden Umstände hinlänglich überführet ist, daß er, sonder Zweifel in Absehen und Hofnung eines künftig zu erlangenden Recompenses, Vogeln mehr, als das obrigkeitliche Amt mit sich bringet, favorisiret, die sonst von dem Actuario aufzusetzende Urthels-Frage selbst, und zwar nach dem Judicio des Königlichen Appellation-Gerichtes, mit ungewöhnlicher Weitläuftigkeit und partheyisch, aufgesetzet, auf die ausgeliehene wucherliche Capitalia gründlich und specifice nicht inquiriret, sondern einen voreiligen Vertrag der Obrigkeit angerathen, und zu Stande gebracht, welches, wenn es nicht ein vollkommenes crimen repetundarum, wenigstens demselben sehr ähnlich ist, ferner die in des Raths Schreiben angeführte argumenta einen jeden Richter hinlänglich convinciren, daß derselbe die 150. Thaler mit vor die wider Vogels verstorbenen Bruder angefangene und beschleunigte Inquisition erhalten, und darüber eine sehr verbindliche, in meris liberalitatibus nicht gewöhnliche, Obligation genommen, also ein præmium wegen administrirter Justitz und verwalteten Amts stipuliret, dann derselbe das ihm von dem Rathe vorgeworfene gemeine Geschrey, wie er sein obrigkeitliches Amt zu Geldschneidereyen gemißbrauchet, in den notatis bey des Raths Schreiben nicht ableugnet, gleichwol eine solche berüchtigte Person in das Bürgermeister-Amt zu restituiren sehr bedencklich ist; So können wir demselben nicht versprechen, daß er sein Bürgermeister-Amt cum

omni

omni caussa, und mit Bezahlung des verfallenen Salarii, wieder bekommen werde. Und wenn er wieder hinein gesetzet würde, so möchte er doch in eine durch das Wittenbergische Urthel vorbehaltene Strafe, deren Determination vor der Hand, und bey Ermangelung vollständiger Acten nicht wohl zu determiniren ist, verdammet werden. V. R. W.

XXII.

Magistratus, qui innocentem ad mortem damnant, sive ob pecuniam acceptam, sive ex calore iracundiæ, sive ut alii gratificentur, in crimen repetundarum incidunt,

XXIII.

Et olim quidem leviter, deinde ultimo supplicio puniti fuerunt.

Commemoravi infra in *coroll.* I. exemplum criminis repetundarum, eoque atrocius non reperiri, dixi. Sed non recordatus tunc sum Marium Priscum, Africæ proconsulem, qui exilium equitis Romani, septemque amicorum ejus ultimam pœnam trecentis millibus, alterius vero equitis Romani plura supplicia septingentis millibus, vendidit, ac innocentem hunc fustibus cædi, in metallum damnari, & in carcere strangulari, curavit, apud *Plinium lib. 2. ep.* 11. Quod tantum facinus tamen levi admodum pœna luit. Nam saltem, quæ acceperat, ærario inferre jussus, ac ipsi urbe Italiaque interdictum est. Quod judicium severitate exempli salutare, & rei magnitudine æternum *Plinius*, contra inane vocat *Juvenalis Sat.* 1. *v.* 47. *sqq.*

- - - - - damnatus inani
Judicio (quid enim salvis infamia numis?)
Exul ab octava Marius bibit, & fruitur Diis
Iratis; at tu victrix provincia ploras.

Ego Juvenali adsentio. Aucta tamen post Trajanum, sub quo

quo Marius punitus fuit, est pœna eorum, qui ob innocentes condemnandos & interficiendos pecunias acceperunt. Nam Macer in *L. 7. §. ult. de lege Julia repetundarum* testatur, plerosque capite plecti, vel certe in insulam deportari. Addit, hanc pœnam extendi & ad eos magistratus, qui, licet pecuniam ob hominem necandum non acceperint, calore tamen inducti interfecerint vel innocentem, vel quem punire non debuerunt. Loquitur sine dubio de calore iracundiæ. Ego vero etiam longius progredior, pœnamque ultimi supplicii ad hos extendo, qui non ex ira, sed alia caussa, hominem, de cujus innocentia certi sunt, ad mortem damnant, forte, ut Principi, populo, collegæ, gratificentur. Meruisset igitur ultimum supplicium Clemens VI. Pontifex maximus, de quo *Albericus a Rosato in Dictionario juris canonici & civilis* hæc narrat: *Templarii erant magnus ordo in Ecclesia, & erant milites strenui B. Mariæ, & destructus fuit ille ordo tempore Clementis Papæ VI. ad provocationem Regis Franciæ: Et sicut audivi ab uno, qui fuit examinator caussæ & testium, destructus fuit contra justitiam. Et mihi dixit, quod ipse Clemens protulit hoc. Etsi non per viam justitiæ potest destrui, destruatur tamen per viam expedientiæ: ne scandalizetur carus Filius noster Rex Franciæ.*

COROLLARIA.

I. Nullum credo atrocius exemplum criminis repetundarum exstare, quam quod *Valerius Maximus lib. 9. cap. 1. n. 7.* huncin modum memorat: *Judicium quanta luxuria & libidine abundavit? in quo, ut evidenter incesti crimine nocens reus absolveretur, noctes matronarum & adolescentium nobilium magna summa emtæ mercedis loco judicibus erogatæ sunt. Quo in flagitio tam tetro, tamque multiplici, nescias primum quem detestere: an, qui istud corruptelæ genus*

nus excogitavit, an, qui ſuam pudicitiam ſequeſtrem perjurii fieri paſſi ſunt, an, qui religionem ſtupro permutarunt?

II. Saluberrima exſtat contra corruptiones lex in dem Abſchiede der *Viſitation* des Kayſerl. Cammer-Gerichts vom Jahre 1713. §. 46. ex quo eum ſaltem locum, in quo pœna ſancitur, excerpam: Wofern ſich aber dannoch jemand ſo weit vergehen, und ſein Gewiſſen und Ehr dermaſſen vergeſſen würde, daß er vor ſich ſelbſt (oder doch die Seinige mit ſeinem Wiſſen) würcklich Geſchenck annehme, oder ſich etwas verſprechen lieſſe, derſelbe ſolle, wann er deſſen überführet worden, nicht allein zur dreyfachen Wieder-Erſtattung des empfangenen, und zweyfacher Erlegung des verſprochenen, zu des *Fiſci* Nutzen angehalten, ſondern auch mit unverweilter Entſetzung ſeines Amts angeſehen werden, und ſeiner Ehren verluſtiget ſeyn. Welcher *Advocat* oder *Procurator* aber ſich zum Werckzeug hierunter gebrauchen laſſen, derſelbe ſoll gleichfalls, ohne Hofnung einiger Begnadigung, ſeines Amts und Ehren entſetzet werden. Wie dann auch die Partheyen, ſo dergleichen ſelbſt gethan, oder thun laſſen, um eine *Summa* Gelds, ſo den Werth deſſen, was gegeben worden, doppelt erreichet, und dem *Fiſco* zuzueignen, geſtrafet, auch nach Befinden weiter willkührlich darum angeſehen werden ſoll; Allermaſſen dem Cammer-Gericht die in denen gemeinen Rechten geſchärfte Strafen, vorkommenden Umſtänden nach, gegen die Verbrecher zu verhengen ohnbenommen bleibet. Würde aber etwas nur angebothen, jedoch weder gegeben, noch angenommen, und gleichwol dem Herrn Cammer-Richter,

oder wem es sonst zu wissen gebühret, nicht angezeigt; So soll diejenige Gerichts-Person, welcher das Anbiethen beschehen, nach gestalten Sachen, willkühr-lich bestrafet, die Parthey, so solches gethan, was sie erweislich angebothen, dem *Fisco* zur Straf erlegen, und wann ein *Advocat*, oder *Procurator*, sich solches unterstanden, selbiger nicht allein ebenfalls den Werth des angebothenen Geschencks an den *Fiscum* aus eigenen Mitteln zu liefern schuldig erkannt, sondern auch noch über dieses *ab Officio* eine Zeit-lang *suspendirt*, ja wol gar, befindenden Dingen nach, mit Verlust der Ehren abgeschaft werden. Optime. Id saltem metuo, ne, si verba: Wenn er dessen überführet worden; de probatione plena accipiuntur, nec argumenta artificialia & indicia perspicua admittuntur, lex inutilis sit, & solitis artificiis eludatur.

III. Creditur communiter, posse judicem, qui sententiam dixit, & officio suo functus est, munus ab eo, secundum quem judicavit, sponte oblatum recipere. Verum in nova illa Imperii lege, *Recessu* scilicet *Visitationis cameralis anni* 1713. §. 46. etiam hoc vetitum est, verbis: Es sey vor oder nach ergangenem Urtheil.

IV. Dixi supra in *meditatione* 7. litigatorem, qui in bona caussa judici quod offert, siquidem jus & æquum aliter ab eo impetrare non potuit, non peccare. Consentit mecum Theologus Parisiensis, *Gibertus*, *dans les Consultations canoniques sur les Sacremens*, in loco, *sur la penitence*. Ait ibi: propositam sibi aliquando fuisse quæstionem: quid faciendum sacerdoti, cui quis confitetur, se concubinis judicis, a quo injustitiam metuebat, ad hanc avertendam munuscula dedisse? *Ce que doit faire un Confesseur à l'égard*

gard d'un Penitent, qui, lorsqu'il craint une injustice de la part d'un Juge, qui a des Maîtresses, leur donne des présens, pour prévenir cette injustice. Etsi vero Gibertus factum non simpliciter probare videatur, sed discrimen faciat inter litigatorem, cujus caussa dubia, & talem, cujus caussa manifeste justa est, atque illi facultatem donandi neget, huic attribuat; vanum tamen hoc discrimen est. Nullus enim litigator, nisi calumniator sit, non credit, caussam suam meliorem & justiorem esse.

SPECIMEN DCXX.
AD LIB. XLVIII. TIT. XIII.
DE SACRILEGIO.

I.

Constitutio Carolina de pœnis sacrilegorum incertissima est, ac omnia arbitrio judicis relinquit.

II.

Sacrilegi sicut alii fures puniuntur.

III.

Arbitrium tamen collegiorum juridicorum hic latissime patet.

IV.

De sensu verborum, **es soll ihnen weniger Barmhertzigkeit erweist werden**, *disputatur.*

Qui Caroli V. jussu notissimam illam de criminibus constitutionem fecerunt, uti plerorumque criminum, ita & sacrilegii, pœnas tam vage & negligen-

 ter

ter sanciverunt, ut prisca, quibus doctrina de delictis jam scatebat, dubia non tollere, sed augere voluisse videantur. Id quod in oculos eorum, qui *articulos Carolinos* 171. 172. 173. 174 & 175. ac interpretum in eos commentationes, legunt, incurrit. Nihil in omnibus istis articulis certum est, nisi hoc solum, quod fur hierothecæ seu monstrantiæ, cui panis consecratus inest, ad ignem damnetur. Cetera omnia arbitrio collegiorum juridicorum, ad quorum consilia magistratus ablegantur, relinquuntur. Si quæ ex iis regula exsculpi potest, hæc erit: Sacrilegos sicut alios fures, raptores & effractores, puniri oportet. Sed hæc ipsa regula labefactatur iterum verbis ultimis *art.* 174. Doch soll in solchen Kirchen-Räubern und Diebställen weniger Barmhertzigkeit erweist werden, denn in weltlichen Diebställen. Quid hæc sibi volunt? Mihi primum legenti hæc interpretatio in mentem venit: Caussæ, propter quas ordinaria furum pœna temperari mitigarique solet, sacrilegis non prosunt. Verum hæc interpretatio, rationi convenientissima, destruitur aperte in sequente *articulo* 175, qui pœnas sacrilegorum ex iisdem caussis, propter quas furum pœnæ leniuntur, mitigari jubet. Itaque profiteor publice, me nec verba ultima *articuli* 174. satis intelligere. Sed ne nimis fluctuem, hanc regulam ex omnibus istis articulis, simul consideratis, exsculpo: Liberrimum est collegiorum juridicorum arbitrium, sacrilegos, vel sicut alios fures, vel etiam durius, puniendi. Usi sumus hoc arbitrio, nobis permisso, Helmstadii mense Januario anni cIↄ Iↄ CC XXIV. & sacrilegium, in rebus exiguis commissum, suspendio punivimus. Ist Ludolf Christoph Eickhof geständig und überführet, daß er bereits im Jahre 1718. wegen beygemessenen Diebstahls in dem Zucht-Hause gesessen, hierauf wieder im Jahre 1720. gestohlner Gesang-Bücher halben in

das

das Zucht-Haus gebracht, ferner im Jahre 1721. mit einem gestohlnen Stück Linnen ertappet, deswegen am Pranger gestellet, und nach abgeschwohrnen Urpfeden ewig verwiesen worden, nichts desto weniger im Jahre 1723. wieder gekommen, in der Brüdern-Kirche ein Stück vom Altar-Tuche geschnitten, in der Martins-Kirche ein Schränckgen aufgebrochen, daraus zwey Gesang-Bücher und eine Bibel gestohlen, in der Ægidien-Kirche den Trichter vom Armen-Kasten gebrochen und verkaufet, aus der Sacristey der Burg-Kirche zwey Gesang-Bücher entwendet. Nun möchte zwar zu seiner Entschuldigung vorgewendet werden, es bestünden fast alle diese Diebstähle in geringen Sachen, wären grösten Theils den Eigenthümern erstattet, und kämen aus dem Schaden, der etwa übrig bliebe, keine fünf Specie-Ducaten heraus, mithin gehe die Lebens-Strafe allhier ab. Alldieweil aber Inquisit nun schon dreymal gestrafet worden, also sonder Zweifel ein verleumdeter Dieb ist, und vermöge der **Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung** *art.* 162. schlechter Dinges am Leben gestrafet werden soll, hiernächst die ohne deß in Rechten nicht gegründete Meynung einiger Rechts-Lehrer, ob sey auch bey einem verleumdeten Diebe auf das Quantum des Schadens zu sehen, und demselben, wenn das Gestohlne erstattet wird, zu pardoniren, allhier um so viel weniger in Betrachtung kommt, da Inquisit einen drey- bis vierfachen Kirchen-Diebstahl begangen, also nach Vorschrift der **Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung** *art.* 174. die Barmhertzigkeit, welche sonst in weltlichen Diebstählen erwiesen wird, nicht verdienet, ferner bey zweyen dieser Diebstähle eine Gewaltthätigkeit und Einbruch verübet, demnach durch die Erstattung nicht befreyet wird, weiter sein delictum durch Brechung des geschwohrnen Urpfedens verschlimmert, endlich allen in Actis vorkommenden Umständen nach einen rechten habi-

tum furandi hat, und sonder Zweifel, wenn er mit einer gelinderen Strafe durchgelassen werden solte, dieses Handwerck forttreiben, und noch viel Leute betrügen würde, immassen der vor ihm intercedirende Rath zu Hannover solches aus dem Munde seines Vaters selbst bezeuget, folglich der gemeinen Ruhe und Sicherheit daran gelegen ist, diesen gottlosen und incorrigiblen Dieb aus dem Wege zu räumen, da zumal wohl zu vermuthen ist, es habe Inquisit noch andere Diebstähle, sonderlich auswärtig, begangen, und fehle dieserwegen nur der Beweis, immassen solcher Argwohn durch das, was bey seiner Confrontation mit der Brandesen von der silbernen Messer-Schaalen, und den Kesseln vorkommt, nicht wenig bestärcket wird; So wird Ludolph Christoph Eickhof mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht.

V.

Collegia juridica exacerbare pœnam suspendii in sacrilegis possunt.

Quum, ut diximus, collegiorum juridicorum in puniendis sacrilegis arbitrium latissime pateat, quæritur: an exasperare etiam pœnam ordinariam suspendii possint? *Soli Principi* hanc potestatem adscribere videtur Justinianus in §. 6. *l. de Jure naturæ gent.* verbis: *si quam pœnam irrogavit.* Verum *lex* 16. §. *ult. de Pœnis* magistratibus etiam maleficiorum supplicia exacerbare, quoties exemplo opus est, permittit. Poterunt igitur collegia juridica decernere, ut sacrilegus ante suspendium candente ferro aduratur, vel crati injectus ad locum supplicii raptetur. Recte quoque Tubingenses apud *Harprechtum ad* §. 9. *l. de Public. jud.* sacrilegum, qui tres calices, multaque ornamenta sacra surripuerat, suspendio primo necatum comburi jusserunt.

VI.

VI.

Sacrilegii pœna ex pretio rerum ablatarum metienda est.

VII.

Verba tamen Caroli V. captari non oportet.

VIII.

Sacrilegium magnum in candelabro, exiguum in calice & patina, committi potest.

In determinanda ſacrilegii pœna *Carolus V. in articulis* 172. 173. & 174. JCtos æſtimationem habere jubet rerum ablatarum, atque diſcrimen facit inter res ſacras pretioſas, tapfere Stücke, & viles, geringe geweyhete Dinge. Vetus hoc eſt, & jam ſuo tempore *Juvenalis in Satyra XIII. verſu* 147. *ſqq.* majores ſacrilegos a minoribus ex rerum, quas abſtulere, pretio diſtinguit:

- - - veteris, qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ robiginis, & populorum
Dona, vel antiquo poſitas à Rege coronas.
Hæc ibi ſi non ſunt, minor exſtat ſacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipſam
Neptuni, qui bracteolam de Caſtore ducat.

Sed dubium aliquando, circa Caroli verba natum, recordor. Ille ſcilicet refert ad res ſacras magnas die Monſtranz, gülden oder ſilbern Gefäß, Kelch, Patene, Allmoſen, ad exiguas Wachs, Leuchter, Altar-Tücher. Factum autem erat Halberſtadii ſacrilegium, ablatumque candelabrum, non argenteum quidem, ſed chalceum, grande tamen & magni pretii. Rei defenſor pro cliente ſuo inprimis illa verba articuli allegabat, & vilitate rei ablatæ eum tutabatur, quamvis æſtimatio candelabri ſummam quinque ſolidorum,

qua

qua magna & parva furta secundum *articulos Carolinos* 157. 158. & 160. metimur, longe excederet. Vicit tamen in collegio sententia, non verba captari, sed ex mente Caroli judicari oportere, atque adeo sacrilegium magnum in candelabro etiam committi posse; sicut contra sacrilegium exiguum foret, si quis calicem ligneum & fictilem patinam, quales olim, quum sacerdotes adhuc aurei essent, fuisse, Bonifacius martyr testatur, surriperet.

IX.

Corpus delicti in sacrilegio peculiares sæpe difficultates habet.

X.

Constare tamen de illo potest, etsi de summa pecuniæ ablatæ indubie non constet.

Corpus delicti, sicut in omnibus criminibus, quando ultimum supplicium vel tormenta decernenda sunt, ita & in sacrilegio necessarium est. At in sacrilegio sæpe hæc difficultas oritur, quod ii, quibus custodia expilati ærarii ecclesiastici commissa fuit, ipsi, quanta tempore expilationis pecuniæ summa in illo recondita jacuerit, nesciant, atque adeo certo eam designare non possint. Colliguntur enim sacræ illæ pecuniæ diversis temporibus, & in folle, non ante numeratæ, per præfectos inferuntur, sæpe etiam a privatis, sine testibus, in arcam ad hoc destinatam conjiciuntur. Quodsi ergo talis arca expilatur, nunquam certa summa ejus, quod ablatum fuit, designabitur. Quum vero ex vulgari doctrina in furto, similibusve delictis ad certitudinem corporis delicti, ut, quantum ablatum sit, indubie constet, requiratur, atque aliter nec ultimum supplicium, nec tormenta locum inveniant, ego auctor ero furibus, ut nobilem artem suam a privatis, qui opes suas nosse & pecunias numeratas reponere solent, in templa vertant, ac inpri-

primis arcas illas, quæ ibi ad cogendam a populo stipem collocatæ sunt, effringant ac expilent, comprehensi vero factum præfracte negent, contra tormenta securi, adversus jusjurandum purgatorium autem, quod tandem decerni solet, animum obfirment. Sed serio loquamur. Nemo non videt, quam sit communis doctrina, de corpore delicti in furtis & sacrilegio per determinationem summæ ablatæ constituendo, periculi plena, quamque facilem sacrilegis elabendi viam pandat. Pugnat illa præterea cum recta ratione, pugnat & cum claris *articuli Carolini* 6. verbis: **So viel möglig, und nach Gestallt und Gelegenheit einer jeden Sache geschehen kan.** Igitur, neglecta ea, JCti Helmstadienses hominem de sacrilegio suspectum, quamvis de summa ablata certo non constaret, ad equuleum damnarunt, & ad corpus delicti sufficere crediderunt, quod arca effracta prostaret. Sententiam ipsam vide in *Specimine DXXXV. de Injusta in fures indulgentia, medit.* 21.

XI.

Princeps, qui bona templorum & sacerdotum vere superflua aufert, sacrilegium non committit.

Retuli olim in *Specimine XXIII. de Jure principis in res sacras, medit.* 1. ad novas ac paradoxas opiniones, quod *Ludewigius in Auream bullam tit.* 2. §. 1. *lit. f.* ait, posse & debere principem res sacras & ecclesiasticas superfluas in fiscum suum redigere: **So bald auch ein Landes-Herr siehet, daß der Uberfluß der Priesterschafft zum gemächlichen Leben dienet, und selbige durch Wollust verleitet, so ist er wohl so gar auch im Gewissen verbunden, den geistlichen Kindern dieses spitzige Messer,**

ser, ihres Schreyens und Verdammens ohngeachtet, zu entziehen, und die Kirchen-Schätze in seine Rent-Kammer stellen zu lassen. Non novum tamen hoc est, sed vetus jam. Fridericus II. cæsar apud *Petrum de Vineis, lib.* 1. *epistolar. cap.* 2. hoc opus caritatis appellat. Memorabilia ejusdem sunt verba: *Semper fuit nostræ voluntatis intentio, clericos cujuslibet religionis ad hoc inducere, & præcipue maximos, ut tales perseverent in fine, quales fuerunt in Ecclesia primitiva, apostolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales namque clerici solebant angelos intueri, miraculis coruscare, ægros curare, mortuos suscitare, cum sanctitate vitæ, non armis, sibi reges & principes subjugare: at isti inebriati delitiis Deum postponunt, quorum ex affluentia divitiarum religio suffocatur. Talibus ergo divitias subtrahere nocentes, quibus damnabiliter onerantur, opus est caritatis.* Eandem sententiam aliquando publice in conventu ordinis sacri ex regno Galliarum propositam fuisse ex *Memoires de Mr. de Montchal, Archevêque de Toulouse, pag.* 346. animadverto: *L'Evêque d'Autun dit, qu'il y en avoit, qui faisoient bien les délicats à accorder tout ce que le Roi demandoit, & s'ils doutoient que tous les biens de l'Eglise ne fussent à lui, & que laissant aux Ecclesiastiques de quoi pourvoir à leur nourriture & entretenement moderé, Sa Majesté ne put prendre tout le surplus? Et pour toutes raisons & autorités il ajouta pour soûtenir une proposition si nouvelle & si hardie, qu'il n'y avoit aucun bon François, qui ne fut de ce sentiment.* Omnium optime philosophatur *Paulus Sarpius*, magnus ille Venetorum theologus, in egregia reipublicæ suæ contra Paulum V. Pontificem maximum defensione, quam anno 1606. sub titulo: *Consolatione della mente nella tranquilità di Conscienza causata dal bon modo di vivere*

nel-

nella città di Venetia, nel preteso interdetto di Paulo quinto ſcripſit, *cap.* 8. *in fine*, ubi provincias, urbes, villas, agros, ceteraſque poſſeſſiones, ex majorum pietate muneribus ſacris Pontificum, epiſcoporum, abbatum, ſacerdotum annexas, non partes horum ſacrorum officiorum, ſed extra ea eſſe, atque principem & rempublicam, qui illas auferunt, ſacrilegium non committere, dicit. Audiamus ipſum Italice loquentem: *Il poſſeſſo dè Beni, di Stati, e di Regni, ſe ſono goduti dal Pontefice, ſiano ab extra del Pontificato, ſiano à ſomiglianza di chi ripone in un Tempio un Stendardo militare e una palla di Bombarda, che l'uno e l'altro ſervano a monſtrar la divotione del Donatore, mà nel reſto non hà che fare col Tempio, e ſe venga levato il Tempio, non ſcapità alcuna coſa del proprio. Diciamo ancora che gl'intereſſi di queſti poſſeſſi non hanno alcuna facoltà colla Chieſa, in modo che ſi può dà chi ſi ſia diſputar le ragioni poſſeſſorie, o vero la validità del titolo, ſenza intaccare pure un punto la Maeſtà del Pontificato, perche tanto uno può eſſer vero Pontefice cò Stati, e cò Dominii, quanto ſenza alcun veſtiggio di Prencipato, come fù per longa ſerie di ſecoli paſſati, e tanto baſti.*

XII.

De habilitate ejus, quem princeps eligit, dubitare inter ſacrilegia refertur.

XIII.

Ex hac ratione examen, quod aſſeſſores judicii Imperii aulici ſubire jubentur, deinde omiſſum fuit.

XIV.

Cæſar tamen loco ejus relationem ex actis ſubſtituit.

Novum nunc ingenuitatis meæ ſpecimen edo, atque, me ab aliis ſceleribus quidem purum, ſed tamen ſacrilegum eſſe, & hoc crimen non una vice, ſed ſæpius commiſiſſe, aperte confiteor. Nempe in *L.* 3. *C. de Crimine ſacrilegii* ſacri-

crilegii instar esse dicitur, dubitare, an is dignus sit, quem princeps elegerit. Atque ego tamen, postquam historias evolvi, &, quæ in illis occurrunt, exempla virorum ad summas dignitates admotorum consideravi, & multis errorem, aliis vilem adsentationem, quibusdam morum vitiorumque conformationem, nonnullis natalium splendorem, plerisque fortunam ipsam, quæ cæca est, aditum ad honores aperuisse, animadverti, etiam de præsenti tempore dubitare cepi, nec adhuc dubitationem meam vincere semper possum. In tanta calamitate id unum me consolatur, ipsos hodie principes in hoc sacrilegii genus indulgentissimos esse, atque id non solum impune relinquere, sed aliquando dubia contra electas a se personas, siquidem modeste & humiliter proponantur, æquo animo audire, probare, quin & secundum ea electionem suam corrigere, & judicium mutare. Ipse summus Imperator noster, qua est animi magnitudine, si quis indignus ipsi obrepsit, moneri se suppliciter, ægre haud fert, quin & cedit aliquando ac locum dat monitis. Pertinent huc, quæ per aliquot annos, in summo Imperii tribunali, quod Viennæ jus dicit, contigerunt. In *constitutione hujus judicii, a Ferdinando III. promulgata, tit.* I. §. 3. novi, quos Cæsar nominat, adsessores, siquidem aliis judiciis antea non adsederunt, examini subjiciuntur, **sollen bey ihrer Annehmung an unsern Reichs-Hoffrath dem** *examini* **unterworffen seyn, und einen** *definitive* **geschlossenen** *Process* **oder** *Acta* **selbsten, ohne Hülff oder Zuthun eines andern, vermög ihrer bey dem** *examine* **leistender Pflicht,** *referi***ren.** Quod examen anno adhuc 1682. quo *Uffenbachius* suos *de Consilio Cæsareo-Imperiali aulico* commentarios scripsit, in usu fuisse videtur. Testatur enim in ***notis ad h. §. cap. 6. subsect.*** 3. examen hoc etiam illos, qui gradua-

duati sint, subire oportere. Verum postea illud examen cum majestate cæsaris & *L. 3. C. de Crimine sacrilegii* pugnare creditum fuit, ac omitti cepit. In nova enim Uffenbachianorum commentariorum editione anno 1700. nota hæc sic suppletur: Wiewohl der Zeit die Herren Reichs-Hoff-räthe nicht mehr *examinirt* werden, auch keine *Relation*, wie zu Speyer, ablegen dörffen, weilen Ihro Käyserl. Majestät niemanden mehr auffnehmen, welchen sie nicht vorher in *Publicis & Privatis* selbsten kennen, oder durch ihre *Ministros* seine *Qualit*äten haben auff die Prob setzen lassen. Zu Speyer hats eine andere Bewandnuß damit, indeme ein jeder *Circulus* seine *Assessores præsentirt*, die Cammer aber solche an- oder nicht anzunehmen Macht hat, wann sie des *Præsentati Qualitates* gut und tauglich oder untauglich befindet. *Cum aliter non præsententur quam sub conditione*: Ut, si capaces reperiantur, acceptentur: *Secus quoad Cæsarem*. Displicuit tamen ista mutatio principibus electoribus, qui in literis, anno 1711. ad Cæsarem exaratis, apud *Antonium Fabrum* in der Europäischen Staats-Cantzley *P. 24. p. 767.* desiderarunt: 1) Daß zum Reichs-Hof-Rath auf der gelehrten Banck keiner bestellet werde, der nicht in *Judicio* etliche Jahre gesessen, und nechst der Redlichkeit, *Capacité* wohl zu *referiren* und zu sprechen gezeiget habe. 2) Daß eben dasselbe auch *ratione* der Bestellung der Reichs-Hof-Räthe auf der Herren-Banck, so viel möglich, *observiret*, oder doch niemand allda *admittiret*, viel weniger zu *votiren* gestattet werde, er habe dann *coram Deputatis collegii* eine Prob-*Relation* abgeleget, und auf die ihm daraus zu machende *Dubia* dergestalten geantwortet, daß dadurch seine *Capacité* ausser allen Zweiffel gestellet werde, im-

massen er dann zu so mehrerer Sicherheit einen würcklichen Eyd zu thun, daß er zu der *Relation*, die ihm aufgegeben wird, keines andern Hülffe gebrauchen wolle. Quibus etsi non plene adsenserit Cæsar, media tamen via ingressus, hoc „in der verbesserten Reichs-Hoffraths-Ordnung „vom 14. Januar. des Jahres 1714. §. 5. constituit, daß sie ohne Unterschied der Herren Ritter- und gelehrten Banck vor „der Aufnehmung die Standes-mäßige Prob-Relation über „einen ordentlich und endlich geschlossenen Rechts-Handel oder „Schrifften selbst ohne Hülff und Zuthun eines andern machen, „dessen der anzunehmende, da ihme der Rechts-Handel zum erledigen und referiren aufgegeben wird, zu erinnern, solche „hernach von einem zeitlichen Reichs-Hof-Raths-Präsidenten, und Reichs-Hof-Vice-Cantzlern mit willkührlicher „Zuziehung eines oder andern Käyserlichen Reichs-Hof-Raths „untersuchet, und darüber Ihrer Käyserl. Majest. ein Gutachten erstattet, von dem neu-anzunehmenden Reichs-Hof-„Rath aber nach dem Auffsatz der Cammer-Gerichts-Ordnung „Tit. 5. fol. 6. §. Insonderheit aber soll ihren an Eydes statt angelobt und mit Hand-Treu versichert werden, daß er solche „seine Prob-Relation ohne einige andere Hülff oder Zuthun „selbst und allein verfaßt habe, neben dem auch Ihre Kayserl. „Majest. keinen auf die Herren Ritter und Gelehrten Banck „führohin anzunehmen entschlossen, der nicht in einem ordentlichen Gericht in Dero Erb-oder eines Churfürsten, Fürsten „und Stand des Reichs Landen vorhero etliche Zeit gesessen, „und wohl zu urtheilen, auch daß er Recht zu sprechen vermöge, gezeiget habe, auf daß zu diesem allerhöchsten Kayserl. „Reichs-Hof-Gericht, worin ein jedes dessen Mitglied sich „unablässig seiner Pflicht und Gebühr erinnern und bedachtsam „betragen solle, gleich es vor GOtt und der erbahren Welt einem

einem an statt Kayserl. Majest. sitzenden Richter anständig und" geziemend ist, von jedermann ohne Ausnahm ein vollkommenes" Vertrauen der Persohn und Fähigkeit halber gesetzt werden" möge."

XV.

Turbatio sacrorum & violatio sacerdotum inter sacrilegia refertur,

XVI.

Et aliquando morte punitur.

XVII.

Sacerdotes in hoc crimen incidentes graviter puniuntur,

XVIII.

Laicis interdum ob rusticitatem vel exsuperantiam religionis plane ignoscitur.

Præter hoc, quod in *præcedente meditatione* 12. commemoravi, sacrilegii genus vulgo incognitum, datur aliud, etiam improprium, & quod similiter sine furto & rapina committitur; scilicet turbatio sacrorum ex contemtu Dei, impietate, lascivia, odio sacerdotum, levitate animi, profecta. Clara sunt jura, tam civile in *L.* 10. *C. de Episcopis & clericis*, & *Novella* 123. *cap.* 31. quam canonicum in *can.* 21. §. 1. item *can.* 29. *caus.* 17. *quæst.* 4. inter quæ duo jura hoc interest maxime, quod canonicum hos omnes, qui clericis violentas manus injiciunt, sacrilegii damnat, Romanum jus, rectæ rationi convenientius, ad sacrilegii crimen desiderat, ut ex verberibus his aliqua in ipsum Deum contumelia redundet, e. g. ut sacerdos, dum sacrum suum munus obit, verberatus sit. Sed hac de re satis dictum est in *Specimine DXLIII. de Satisfactione privata in injuriis*, *medit.* 9. & in *Specimine DLXV. de Blasphemia*, *medit.* 10. 11. Nunc hoc saltem, quod ibi omissum fuit, addo, hujusmodi sacrilegium

gium non solum a laicis, de quibus supra egi, sed etiam a sacerdotibus & clericis, committi posse. Ipse aliquando in actis ad JCtos Helmstadienses ex comitatu Weickersheim-Hoenloico missis legi, duos sacerdotes, qui ambo in gradibus aræ stabant, ac de jure baptizandi infantem disputabant, ita se invicem cubitis collisisse & exagitasse, ut alter tandem de gradibus delapsus collegæ victoriam cum infante & baptismo relinqueret. Et tantum abest, ut sacerdotibus istiusmodi sacrilegis veniam dem, ut gravius etiam eos, quam laicos, puniri oportere contendam. Nota est historia sacerdotis, qui, divinum panem in sacra cœna nobili viro, patrono suo, cum quo graves inimicitias exercebat, exhibens, nasum ejus talitro percussit. Ignem hic commeruit meliore jure, quam ii, quos auctor *Theatri Europæi tomo XII. ad annum* 1681. *pag*. 385. ad flammas ultrices damnatos fuisse, hunc in modum narrat: „Zu Tülsen in Preussen gerieth eine Verkehrung unter die Geistlichen, „indem der Pfarrherr gemeldtes Orts sich gelüsten ließ, einen „begütherten Bürger des Schneider-Handwercks umb hundert Reichsthaler zu lehnen zu ersuchen, und, da dieser sich „durchaus nicht zu solcher Willfährigkeit bereden lassen wolte, ergrimmete der Pfarrer dergestalt darüber, daß er mit „diesem Schneider, seinem Beichtkind, in einen ärgerlichen Hader vor dem Richter gerieth, und kame endlich die Sache so weit, „daß dem Schneider befohlen wurde, einen andern Beicht-Vater „anzunehmen. Als nun dieses geschehen, und mehr gedachter „Schneider sich einsmals beym Heiligen Abendmahl eingestellet, „u. von seinem feindseligen vorigen Beicht-Vater das Sacrament „empfangen solte, reichte der Gottesvergessene Priester dem armen „Mann die Hostia mit folgendem Seegen: Nun hin, das ist der Leib „Christi, der gereiche dir zur ewigen Verdamnus; dergleichen er

auch

auch bey dem Kelch zu sagen von seinem, mit ihm admini-" strirendem, Diacono begehrte. Als nun der erschrockene be-" trübte Communicant herum kam, stunde der schändliche" Pfaff dem Diacono im Rücken, und da dieser den Fluch zur" Verdammniß nicht sprechen wolte, wiederhohlte er die verteu-" felten Worte selbst noch einmal, kame auch mit dem Diaco-" no darüber, welcher ihm Gewissens halber widersprach, in" einen ärgerlichen Wort-Streit, und endlich gar zun Schlä-" gen, dabey dieser jenem den Kelch mit samt dem Sacrament," jener diesem das Gefäß mit den Hostien ins Angesicht stieß," daß also der consecrirte Wein vergossen, und die Hostien auf" die Erde geworfen, und unverantwortlicher Weise mit Füssen" getreten wurden. Diese abscheuliche That ward an beyden" Priestern mit Feuer zu strafen anbefohlen; wiewol endlich die-" se Execution an dem Diacono mit dem Schwerdt ausgefüh-" ret worden." Contra laici mitius puniuntur, quin aliquando iis, maxime si quid per rusticitatem aut imperitiam faciunt, plane ignoscendum est, *L. 7. §. 3. de Jurisdictione*. Exemplum mense Februario anni cIↃ IↃ CC XXXIX. hoc habuimus. Sacerdos rusticanus uxorem alienam, cujus maritus militatum abierat, sæpe de stupro interpellat, atque sic adsidua prece fatigat, ut illa tandem, importunum hominem amolitura, quasi annuens, de loco & hora cum eo conveniret, simul vero tres rusticos, quibus rem totam aperit, in insidiis & specula collocaret. Venit sacerdos condicta hora, reperit amicam domi & solam, ac, Priapo apud *Ovidium lib. 1. Fastorum versu 431. sq.* similis:

Gaudet, &, a pedibus tracto velamine, vota
Ad sua felici ceperat ire via.
Ecce suis signum dederat muliercula tussim,
Tunc *tempestivos edidit ore sonos.*

Consurgunt igitur rustici, retrahuntque hominem ex ipso vestibulo.

At miser *obscœna nimium quoque parte paratus,*
Omnibus ad lychni *lumina risus erat.*

Tunc rustici rem, ut gesta est, per totum pagum narrant, & cum collegis suis indignitate rei commoti, facto agmine, ad custodem templi eunt, ei, ut impurissimo homini ostium & templi & sacræ cathedræ ne reseret, interdicunt, quin claves ipsas auferunt, atque sic cultum divinum, pro quo exercendo sacerdos advenerat, impediunt. Re comperta, consistorium sacerdotem quidem, dum caussa cognoscitur, ab officio suspendit, sed tamen, quid de rusticis statuendum, collegium JCtorum consuli jubet. Consultum collegium solemnem inquisitionem decernit. At miseri per supplicationem Principem, ut acta ad JCtos Vitembergenses mittantur, exorant, atque ab iis hanc sententiam reportant: Dieweil Denunciaten nichts aus Gottlosigkeit und Absicht, den Gottesdienst selbst zu hindern und zu stöhren, sondern alles aus einem nicht gnugsam überlegten Eyfer vor der Reinigkeit ihrer Kirchen, und aus Abscheu vor einem in Ausübung eines schändlichen Verbrechens betroffenen Pfarrer, gethan; So werden sie mit der erkannten Inquisition verschonet, jedoch, nebst ernstlicher Verwarnung, sich künftig besser in Acht zu nehmen, zu Bezahlung aller verursachten Unkosten angehalten.

SPE-

SPECIMEN DCXXI.

AD LIB. XLVIII. TIT. XIII.

DE

RESIDVIS,

MENSE MARTIO ANNI cIↃ IↃ CC XXXIX.

PVBLICE DEFENSVM

A

JOHANNE GOTTLIEB FRANCKEN,

LEVCOPETR. MISN.

I.

Vulgaris definitio criminis de residuis suppletur.

II.

Administrator pecuniæ publicæ potest alterius opera in accipiendo & expendendo uti, atque adeo alium sibi privatim substituere.

III.

Hi tamen administratores substituti jure saltem privatorum procuratorum censentur.

IV.

Itaque nec bona eorum substituentibus tacite sunt pignerata,

V.

Nec ipsi, si pecuniam publicam, fidei suæ commissam, intervertunt, in crimen de residuis incidunt, sed saltem pœna perfidorum procuratorum tenentur.

Crimen de residuis definitur vulgo delictum publicum, quo pecunia publica ab eo, cujus fidei commissa est, surripitur, vel in usus proprios convertitur. Cui definitioni ego non intercedo, sed tamen aliquid inserendum esse moneo. Scilicet post vocem: *fidei;* poni oportet: *a republica.* Solent nempe administratores publici sæpe sibi alios substituere, per quos officium suum exercent, pecuniam publicam recipiunt atque expendunt. Factum ipsum non improbo. Objici quidem poterat, nec privatum procuratorem, nec syndicum civitatis, negotium sibi commissum per alium expedire posse, nisi substituendi facultatem peculiariter acceperit, *L.* 74. *de Procuratoribus.* Verum administratio pecuniæ publicæ semper fere tam est negotiosa & impedita, ut unus homo, qui præterea sæpe itineribus officii caussa faciendis, adversa valetudine &c. distringitur, ei non sufficiat. Scit hoc respublica, atque tamen administrationem uni homini committit. Dat ergo ei simul tacite facultatem substituendi, qua etiam hodie administratores publici palam utuntur. Ista tamen substitutio reipublicæ ac Principi non nocet, sed tota periculo substituentis est, *L.* 60. *&* 64. *C. de Decurionibus, L.* 21. *C. de Episcopis,* ibi: *periculo suarum facultatum.* Quum ergo crimen de residuis ideo excogitatum sit, ut securitati reipublicæ adversus perfidiam administratorum suorum prospiciatur, atque hi gravitate pœnæ deterreantur, pœna in eos constituta nequit ad privatos pecuniæ publicæ admi-

ministratores, seu, uti in *L.* 30. *de Negotiis gestis* vocantur, subcuratores, extendi, sed hi iis saltem pœnis, quæ in perfidos procuratores privatos sancitæ sunt, subjacent. Quod si enim alicujus fidei pecunia, vel aliud quid cum administratione, sed privata, committitur, is ob conversionem in alium usum non tenetur actione de residuis, nec furti, arg. *L.* 55. §. 1. *de Admin. & peric. tutorum, Lauterbach in Collegio Pandectarum lib.* 48. *tit.* 13. §. 10. *Berlich. P.* 5. *Concl.* 57. *n.* 22. nisi vera furtiva contrectatio, e. g. quum tutor rem pecuniamve pupillarem clam aufert, ac in inventarium & rationes non refert, accedat, *L.* 1. §. 22. *L.* 2. §. 1. *de Tutela & rationibus.* Et ex eadem ratione supra in *Specimine CCXXVII. de Pignore tacito in bonis administratoris publici, med.* 3. ostensum fuit, administratores publicos in bonis eorum, quos ipsi sibi privatim substituunt, pignus tacitum non habere. Quare si magistratus in hujusmodi substitutum subcuratorem durius quid sub prætextu criminis de residuis constituit, peccat, & in id, quod interest, recte convenitur. Sic JCti Helmstadienses mense Februario anni cIↄIↄCCXIV. responderunt: Es kommt lediglich auf die Frage an: Ob der bisher in Haft gesessene, nunmehr aber auf Churfürstlichen Befehl über seine prætendirte Cassen-Schuld völlig quittirte, Krieges-Zahlmeister Ernestus seine Unschuld genugsam dargethan, und von den Kriegs-Räthen deshalben Satisfaction fodern könne, daß selbige eine blosse Privat-Schuld vor eine Churfürstliche Cassen-Schuld angegeben, und unter diesem Vorwande ihn eines furti und criminis de residuis beschuldiget, aus seiner Einnahme und Credit gesetzet, in die Inquisition und Gefängniß gebracht, seine, auch seiner Eheliebsten, Schwieger-Mutter und Kinder, Güther hinweggenommen, mit grossem Schaden verauctionirt, die ausstehende Schulden durch Nachläßigkeit verschlimmert, mit den Debitoribus

bus nachtheilige Vergleiche eingegangen, und durch unterschiedene Beschuldigungen, Vorenthaltung der nöthigen Documente, und andere Wege die Sache verzögert, und die Befreyung des Gefangenen bis in das siebende Jahr verhindert? Nun fehlet es zwar nicht an scheinbaren Entschuldigungen, welche auf Seiten der Kriegs-Canzelley angeführet werden können. Denn es ist nicht zu leugnen, daß die Krieges-Räthe in demjenigen, was sie wider den Krieges-Zahlmeister Ernestum vorgenommen, Churfürstlichen Befehl für sich gehabt. Alldieweil aber 1) alle die wider den gefangenen Kriegs-Zahlmeister ausgebrachte Churfürstliche Befehle auf die von der Krieges-Canzelley zu unterschiedenen malen geschehene Vorstellungen, daß der inhafftirte den Churfürstlichen Cassen 80. bis 90000. Thaler veruntrauet, ergangen, gleichwohl diese Vorstellung falsch und ungegründet gewesen, indem die Krieges-Räthe nunmehro deutlich zugestehen, daß die 75000. Reichsthaler nicht der Kriegs-Cassa, sondern dem Hrn. Geheimden Rathe Magno, und einer mit ihm heimlich gehaltenen Privat-Cassa, zuständig gewesen, welche sie unter dem Namen der Churfürstlichen Cassa jederzeit verstanden, wodurch Churfürstl. Durchl. dergleichen harte Befehle zu ertheilen bewogen worden, hiernächst 2) sonder Zweifel daran unrecht gehandelt worden, daß man nicht gleich Anfangs, wie die 75000. Reichsthaler einem Privato zugehöreten, vorgestellet, sondern, um den Hrn. Geheimden Rath Magnum zu menagiren, dessen Privat-Cassa Seiner Churfürstl. Durchl. General-Cassa und seine Privat-Schuld eine Churfürstliche Schuld genennet, und dieses 3) öfters wiederhohlet, wobey 4) den Kriegs-Räthen die Unwissenheit nicht zu statten kommen mag, da sie, laut ihres eigenen Berichts, gleich zu Anfang bey Untersuchung der Ernestinischen Rechnungen keine wider die Churfürstliche Cassa begangene Untreu, sondern nur eine der General- oder vielmehr, wie sie dieses Wort selbst erklären, des Hrn. Magni Privat-Cassa zustehende

Schuld

Schuld gefunden, ferner 5) des Hrn. Magni Foderungen Churfürstl. Durchl. und deren Cassa im geringsten nicht angegangen, da nach der Kriges-Räthe Berichte diese Einnahme dem Gefangenen extra officium, bloß zum Privat-Nutzen und Disposition des Hrn. Magni anvertrauet worden, demnach, und wenn ja die angegriffene Gelder Churfürstliche Gelder, dennoch der Krieges-Zahlmeister Ernestus wegen selbiger nicht verpflichtet gewesen, also kein crimen de residuis begehen können, worzu noch weiter dieses kommt, daß, wenn auch der Kriegs-Zahlmeister Ernestus wegen dieser Gelder als ein Unter-Einnehmer und Substitutus des Herrn Magni zu betrachten wäre, die Churfürstliche Cassa dennoch sich nicht an ihn, sondern an den Herrn Magnum selbst, als Substituenten, zu halten, folglich bey dieser gantzen Sache kein Interesse hat, bey welcher Bewandniß 6) nicht abzusehen ist, wie die Krieges-Räthe sich entschuldigen können, daß sie wissentlich eine Privat-Schuld vor eine Churfürstliche Schuld angegeben, den Krieges Zahlmeister Ernestum eines furti und criminis de residuis beschuldiget, aus der Einnahme gestossen, in die schimpfliche Inquisition und Gefängniß, und dadurch in völligen Ruin gebracht, sein gantzes Vermögen öffentlich verkaufet, die von Churfürstl. Durchl. längst-beschlossene Befreyung aus dem Gefängnisse durch widerwärtige Vorstellungen verhindert, seiner Schwieger-Mutter und Eheliebsten, welche sich doch nur vor die Churfürstliche Cassen-Schuld verbürget, das Ihrige hinwegnehmen lassen, und daraus des Hrn. Magni Foderung bezahlet, sonsten aber der bisher inhaftirte vor einer Commission auszumachen sich erbietet, daß des Hrn. Magni Foderung gleich in denen ersten Monaten, wenn man mit Eintreibung der Schulden und Verwaltung der übrigen Güther aufrichtig und gebührend verfahren, vergnüget, die schimpfliche und schädliche Verkauffung derer Mobilien, inglei-

chen

chen der beschuldigte Banquerot verhindert werden können, und dem Krieges-Zahlmeister Ernesto samt denen Seinigen ein ehrliches übrig bleiben müssen; So erscheinet aus den angeführten Umständen und Rechts-Gründen so viel, daß der Krieges-Zahlmeister Ernestus nicht allein von dem wider ihn angestellten Processe loß zu sprechen, sondern auch nebst seiner Eheliebsten und Schwieger-Mutter von denen, so ihn in solchen grossen Schimpf und Verlust gebracht, die Ersetzung aller verursachten Schäden, und überdies die Bezahlung einer ansehnlichen Summa Geldes zu fodern höchst berechtiget sey.

VI.

Administrator, qui pecuniam publicam in suos usus convertit, crimen de residuis committit, etsi animum & facultatem restituendi habeat.

VII.

Nec animus hic & facultas ipsum pœnæ ordinariæ eximunt.

Crimen de residuis est quoddam furti genus, atque adeo, sicut alia furta, animum lucrifaciendi desiderat, qui animus lucrifaciendi per hoc non excluditur, quod administrator eo tempore, quo pecuniam publicam abstulit, vel in suos usus impendit, de eadem olim restituenda cogitavit, atque etiam facultates, ex quibus restitutio fieri poterat, possedit, aut se adepturum speravit. Ista enim voluntas, ista possessio, ista spes, furem & perfidum administratorem non magis excusant, quam chirurgum ab homicidii pœna liberaret, quod egregius medendi artifex, dum hominem percussit, vulnus persanare voluit, & se id effecturum certo persuasus fuit. Consentiunt hac in parte Romana jura in *L.* 38. *de Negotiis gestis, L.* 1. *L.* 2. §. 4. *de Admin. rerum ad civ. pert.*

pert. ibi: *licet ex bona fide datum probatur*, *L.* 4. §. 3. *ad L. Jul. peculatus.* Exemplum commemoravi in Specimine DLXXI. de *Veris delictis ministrorum Principis, medit.* 39. Id tamen ancipitem quæstionem habet: annon animus & facultas restituendi saltem pœnam ordinariam leniant? Negavi & hoc in *Specimine DXXXV.* de *Injusta in fures indulgentia*, *medit.* 14. atque hic iterum cum clara lege Saxonica, constitutione scilicet illa **vom anvertraueten Guthe**, *anni* 1705. quam apud *Bergerum in Electis jurispr. crim. pag.* 162. *sqq.* vide, loquor. Addo nunc saltem, magistratibus & collegiis juridicis non licere, mitiores lege esse. At summum Principem, temperare tunc legem suam, atque supplicium remittere, & in leniorem pœnam commutare, utique decebit.

VIII.

Administrator, qui id, quod sibi debetur, ex pecunia publica, sibi solvit, si hoc adversus voluntatem Principis facit, in crimen de residuis incidit.

IX.

Pœna tamen ordinaria ex jure communi cessat;

X.

Non etiam ex Saxonico.

Priores duas theses sequens responsum, a JCtis Helmstadiensibus mense Junio anni cIↄ Iↄ CCXXVII. exaratum, satis illustrabit: Hat ein verpflichteter Diener sich mit seinem Herrn, von welchem er einige Gelder zu fordern gehabt, dahin verglichen, daß ihm solche aus der ihm selbst anvertraueten Cassa in gewissen Terminen binnen 4. Jahren bezahlet werden sollen, gleichwol aus solcher Cassa stär-

ckere Summen gehoben, und sich nicht allein in 3. Jahren bezahlet gemacht, sondern überdies etliche .000. Thaler auf ein gewisses Werck aus solcher Cassa ohne seines Herrn Vorwissen verwendet, da denn zu wissen verlanget wird: Ob der Herr diese facta agnosciren, oder vielmehr, und auf was Art, ahnden könne? Nun erlauben zwar die Rechte, und gebieten so gar einem Administratori fremder Gelder, sich selbst, daferne er was zu fordern hat, aus solchen Geldern bezahlet zu machen, *L. 13. de Negotiis gestis*, *L. 9. §. 5. de Administr. & peric. tutor.* Da also die Gelder in Cassa vorhanden gewesen, so scheinet der Diener darunter nicht gesündiget zu haben, daß er solche noch vor Ablauf der von ihm accordirten Frist hinweg genommen, viel weniger, daß er den auf das ihm anvertrauete Werck gethanen Aufwand daraus gehoben. Dieweil aber dennoch gewisse Zahlungs-Termine allhier gesetzet gewesen, und denn zwar ein Schuldener den Zahlungs-Termin anticipiren und die Zahlung vor der abgeredeten Zeit thun kan, hingegegen dem Gläubiger, vor der bestimmten Frist sein Geld zu fordern, oder sich selbst bezahlet zu machen, keines weges frey stehet, *L. 1. & 2. C. de Plus petitionibus*, immassen auch in dergleichen debitis in diem weder die compensation noch das jus retentionis statt findet, *L. 7. pr. D. L. ult. C. de Compensationibus*, ferner der ohne des Herrn Vorbewust geschehene Aufwand in blossen impensis voluptariis bestehet, demnach nicht einmal wieder gefordert werden kan; So ist der Herr dieses factum seines Bedienten zu agnosciren nicht schuldig, sondern vielmehr als ein delictum zu ahnden berechtiget. Und käme so gar, wenn man die Sache genau nehmen wolte, ein crimen de residuis heraus, indem der Bediente durch die ihm selbst gethane Zahlung solcher Posten, welche er theils gar nicht theils noch nicht zu fodern gehabt, die ihm anvertrauete Cassen-Gelder in

pro-

proprios usus convertiret. Inzwischen, und weil bey vorkommenden Umständen der dolus auf Seiten des Bedienten so gar groß nicht ist, und er etwas wahrscheinliches, ob gleich zu seiner vollkommenen Entschuldigung nicht hinreichendes, anzuführen hat; So wird er dadurch genugsam bestrafet, wenn man ihm das anticipirte cum interusurio heraus zu geben, und mit der Bezahlung noch eine längere Zeit nachzusehen, den Aufwand hingegen nebst den davon fälligen Zinsen der Cassa schlechter dinges zu erstatten anhält, ihm anbey sein ungebührliches Verfahren ernstlich verweiset. Addo nunc saltem, in Saxonia per supra memoratam constitutionem anno 1705. promulgatam, verbis: **Es geschehe auf Maaß und Weise, wie es immer wolle**; administratoribus etiam hoc perfugium adimi, ut exceptio compensationis & imputationis in id, quod sibi debeatur, si ea clam & contra voluntatem Principis facta est, eos contra laqueum non tueatur.

XI.

Versio pecuniæ publicæ in alios, quam ad quos destinata fuit, publicos usus, non est crimen de residuis;

XII.

Sed crimen tamen est, atque extra ordinem punitur.

In deliberatione de specie supra memorata lis incidit: an non crimen de residuis committat administrator, qui pecuniam publicam, ad certos usus destinatam, in alios usus, publicos quidem, sed injussu, impendit. Negavimus unanimiter, quod definitio criminis de residuis, *supra in medit.* 1. commemorata, huic facto non conveniat, & animus lucrifaciendi cesset. In eo tamen dissensimus, utrum plane peccet, qui id facit. Erat, qui hoc negabat, atque inpri-

mis *L. un. C. de Expensis ludorum publicorum* obvertebat, in qua præses provinciæ laudatur, qui impensas, in certaminis editione erogandas, ad refectionem murorum transtulerat. At enim vero a præsidis provinciæ potestate, quæ amplissima & proxima post Principem fuit, *L. 4. de Officio præsidis*, argumentum ad alios magistratus & administratores pecuniæ publicæ duci nequit, quibus pecuniam, fidei suæ pro certo usu commissam, in aliam rem convertere citra Principis auctoritatem non licet, *L. 1. L. 4. de Administratione rerum ad civitatem pertinentium.*

XIII.

Perfidi administratoris, morte puniti, heredes non solum ad damni restitutionem obligatos non esse, sed & pecuniam ab eo cautionis loco depositam repetere, & compensationem a fisco objici non posse, olim creditum & judicatum fuit;

XIV.

Ex falsissima ratione.

XV.

Qua ratione per novam legem explosa, heredes perfidi administratoris hodie ad damnum restituendum compelluntur.

Crediderunt majores nostri per bina circiter sæcula, suos majores, antiquissimos Saxones, furis ultimo supplicio adfecti heredes, etsi locupletem hereditatem nanciscantur, a restitutione damni, per furtum illati, liberasse. Quod quum manifeste iniquum sit, ut in *Specimine CXLIX. de Condictione furtiva, medit.* 4. ostendi, nunquam profecto atavorum nostrorum proavis, simplicibus quidem & indoctis, sed æquis tamen hominibus, in mentem venit. Nec ullum ejus rei vestigium in *Speculo Saxonico* reperitur, nec *in glossa* quidem. Nam, quæ ex *glossa in lib. 2. art. 31. n. 2. & art. 35. n. 4.*

n. 4. allegantur, loca, inprimis: **Mit dem Tode wettet man zugleich dem Richter, und büſſet dem Kläger**; & : **Hier ſaget er von einem ſolchen, der durch den Tod verbüſſet hat. Denn darauf folget weder Buſſe noch Wette**; de pœna, quam læſus vindictæ cauſſa, e. g. pro carcere injuſto, pro doloribus, pro occiſione agnati &c. petit, agunt, nec ad reſtitutionem damni, quæ læſo ex lædentis bonis ſecundum jus naturæ debetur, trahenda ſunt. Probarunt tamen communem opinionem Auguſtus & Jo. Georgius electores in *Conſtit.* 12. *part.* 4. & *Deciſ.* 86. atque heredes furis, ultimo ſupplicio vel alia pœna corporis afflictiva adfecti, a condictione furtiva & omnis damni reſtitutione liberarunt. Quam legem ſuam Doctores Saxonici tam late extendunt, ut Vitembergæ aliquando menſe Novembri anni 1702. reſponſum fuerit, perfidi adminiſtratoris, morte puniti, heredes cautionem etiam, ab illo tempore ſuſceptæ adminiſtrationis præſtitam, condicere & repetere poſſe, teſte Bergero in *Reſponſo* 154. *Part.* 2. Sed agnovit hanc iniquitatem priſcæ opinionis Auguſtus, rex & elector ſapientiſſimus, ac in *Conſtitutione* **vom anvertrauten Guthe** *anni* 1705. & **wegen geſchwinder** *Exequirung* **wider die Diebe und Räuber** *anni* 1719. heredes, tam furis, quam perfidi adminiſtratoris, ad damni reſtitutionem obligavit.

XVI.

Repentina adminiſtratoris publici opulentia non eſt ſufficiens criminis de reſiduis argumentum;

XVII.

Alia tamen argumenta & ſuſpiciones legitimas adminiculatur.

Ex ſola adminiſtratoris opulentia, etſi repentina, quod ille pecuniam, fidei ſuæ commiſſam, interverterit, non

probari, ipsi agnoscunt cæsares in *L. 10. C. Arbitrium tutelæ*, ac nos porro firmavimus in *Specimine DLXX. de Fictis criminibus ministrorum Principis, medit. 4.* Equidem Petrus Ærodius *lib. 9. Rerum judicatarum tit. 3. cap. 22.* negat, eandem rationem esse *in præside, quæ in tutore, quia privatis neque industria, neque augmentum patrimonii, quod laboribus & multis casibus acquiritur, interdictum est, at præsidibus, quamdiu erant in officio, omnis fere contractus probibebatur in provincia.* Itaque *in hoc cap. 22.* & *præcedente* 20. bina ex Dione Cassio & Plinio exempla commemorat, præfecti provinciæ & proconsulis, bonis omnibus, quæ tempore gesti magistratus adquisivissent, exutorum. Verum enim vero iste rigor legum Romanarum, magistratus ab omni fere commercio arcentium, illorum quidem magistratibus, saltem annuis, convenit, ad nostros autem, plerumque perpetuos, trahi nequit, qui magis tutorum, quam magistratuum Romanorum, similes sunt. Quapropter nostri DD. cum *Petro Fridero, Mindano, de Mandatis L. 2. c. 13. §. 20. n. 52.* regulam faciunt: Officialis, in tempore administrationis dives factus, licite bona adquisivisse præsumitur; quam *Escobar de Ratiociniis c. 42. n. 17.* ad eum, qui tempore susceptæ administrationis pauper fuit, extendit. Quicquid sit, hoc tantum in præsens addo, opulentiam illam repentinam alias suspiciones legitimas, si quæ adsunt, fulcire & adminiculari. Non invenustum est, quod *Brantomius in P. I. des Memoir. p. 186. sq.* habet, exemplum præfecti ærario, quem uxor sua simplici, sed ingenua, confessione prodidit:

J'ay oüi dire à un grand homme de justice, voire des plus grands de la France, que je ne nommeray point, de peur qu'on ne le maudisse, qui disoit, qu'il ne sçavoit ny Lieutenant de Roy, ny Gouverneur de Province, ni ville grande, qu'ayant demeuré deux ou trois ans dans cette charge,

ge, qu'il ne trouvast dequoy luy faire son procez, & luy faire trancher la teste, tant ces deniers du Roy, ces concussions, contributions & exactions sont agreables, & apportent aux doigts un doux prurit & douce demangeaison. L'exemple d'une Dame, femme du Mareschal de Cossé, tres-sotte pourtant, que j'ay connuë, en fait foy; femme d'un grand Seigneur & Mareschal de France, fait par aprés, lequel la Reyne Mere fit Surintendant des Finances de France. Au bout d'un an cette femme vint faire la reverence à la Reyne, en luy disant, nous sommes fort obligez, mon mary & moy, de prier Dieu pour vous, Madame; car depuis que mon mary a la charge des finances, nous nous sommes acquitez de plus de deux cens mille escus que nous devions; à cette heure, grace à vous, ne devons rien, mais encore avons nous pour faire un acquest de plus de cent mille escus. La Reyne connoissant la sottise de cette femme, se mit à rire, & le mary, qui estoit là present, la maugréer, & sa sottise, & jurer que bien-tost il l'envoyeroit hors de la Cour, & n'y viendroit jamais, ce qu'il fit.

XVIII.

Difficile est summis rerum publicarum administris, ac supremis bellorum ducibus, quosque Principes secretis negotiis suis ac quotidianis erogationibus adhibent, suspicionem criminis de residuis effugere.

XIX.

Difficillimum quoque & fere impossibile iisdem est, accuratam administrationis suæ rationem reddere.

XX.

Igitur ad rationem reddendam evocati mitius tractantur, ac deficiente alia probatione, ad jusjurandum admittuntur.

Hi, quos summæ rerum tam civilium quam bellicarum præficiunt, aut in familiaritatem suam recipiunt,

piunt, atque arcanis negotiis & quotidianis largitionibus & erogationibus adhibent Principes, difficulter suspicionem criminis de residuis effugiunt. Judicat eos non plebs sola, sed populus totus, ex ingenio suo, ac credit, pecuniam publicam tot tantasque habere veneres, ut iis resisti non possit. Ergo, quum vident, pecuniam publicam a primariis illis ministris ducibusque libere tractari ac erogari, idem illos, quod ipsi, si eorum loco forent, facerent, facere, scilicet partem pecuniæ, fidei suæ commissæ, in fiscum privatum suum derivare, aut in familiæ usus impendere, autumant. Succubuerunt sæpe & succumbunt huic suspicioni viri probi & insontes, simili fato cum P. & L. Scipionibus, qui, etsi abstinentissimi Romanorum, tamen de residuis accusati sunt, & Publius quidem judicium primo, magnifica de rebus suis gestis oratione habita, elusit, deinde spontaneo exilio vitavit, Lucius autem damnatus est, ac quæstores in bona ejus possessum missi, in quibus bonis tamen non modo nullum pecuniæ publicæ vestigium comparuit, sed nequaquam tantum ex iis redactum est, quantæ summæ damnatus fuerat, ut adeo Scipionum invidia, referente *Livio lib.* 38. *cap.* 60. in prætorem, & consilium ejus, & accusatores versa, ipseque L. Scipio, post damnationem & bona vendita, legatus in Asiam ad dirimenda Antiochi & Eumenis, regum, certamina missus sit. Ego tamen facilem defensionem ministrorum, qui ad ipsa reipublicæ gubernacula sedent, & summorum ducum bellicorum, nec non familiarium Principis, si de residuis accusentur, fore puto. Non quidem illis, ut accuratas rationes ærario inferant, auctor ero. Actum est de eorum salute, si hoc onus subeunt. Incredibilis est calculatorum sagacitas. Quando hi difficiles esse volunt, nodum etiam in scirpo inveniunt; contra, si faciles, plana sunt omnia.

Non

Non possum non hic annectere festivissimam Schuppii in *Salomone*, oder Regenten-Spiegel, *cap.* 4. historiolam: Ich habe einen vornehmen Freund gehabt, welchem das *Darapti* und *Felapton*, die *tituli* und *regulæ Juris* den Kopff nicht viel zerrissen hatten. Allein er war ein Fürstl. Rath, eines Kauffmanns Sohn, und kunte *extraordinari* wohl rechnen, und wohl Buch halten. Als das der Fürst vermerckte, brauchte er ihn, alle Rechnungen im gantzen Lande abzuhören. Dadurch machte er sich zu einem Abgott, daß alle Beampte, alle Rentmeister und andere berechnete Diener im gantzen Lande, ihn nicht alleine anbeteten, sondern ihm auch opferten, so offt eine Rechnung solte abgehöret werden. Und wer ihm nicht opfern wolte, in dessen Rechnung kunte er leichtlich einen Mangel finden, den klagte er alsbald an, als einen ungerechten Haußhalter ꝛc. Inexorabiles illi, uti a *Cicerone Tusculan. lib. I. cap.* 5. vocantur, apud inferos judices, Minos, Aeacus & Rhadamantus, minus extimescendi sunt, quam hujusmodi calculatores; ad quorum dubia respondere, iisque plene satisfacere, nec homo inter rationes conficiendas ac expungendas enutritus, nedum purpuratus aut miles, potest. Accidet ei, quod Marillaco, Galliæ marechallo, qui propter crimen de residuis, & quod in rationibus reddendis defecisset, ad ultimum supplicium raptus queritur, se propter fœnum, stramen, lapides, ligna, calcem &c. mori, apud auctorem *de la Relation du procés du Marechal de Marillac. pag.* 18. Verumtamen, & plane rationum redditionem detractare, ac heroicum factum illius, de quo ante dixi, P. Scipionis, qui, quum senatus quadragies rationem ab ipso requireret, teste *Livio lib.* 30. *cap.* 55. librum rationis affer-

ri jussit, & inspectante senatu suis manibus concerpsit, indignans, quod, quum bis millies in ærarium intulisset, quadragies ratio ab se posceretur, imitari hodie tuto non licebit. Ergo aliam viam quæri oportet. Hanc nobis præivit Consalvus de Cordua, qui magni capitanei nomen in historiis meruit, de quo *Duponcet dans l' histoire de Consalve de Cordoüe, surnommée le Grand Capitaine*, hæc narrat: *Les hommes d'affaires, ayant prié le Roi de citer Consalve, à paroitre à leur tribunal en présence de Sa Majesté, produisirent leurs Livres, où étoit un état exact de la recette & de la dépense & firent voir article par article, que la premiere excedoit de beaucoup la seconde. Consalve sans s'étonner répondit, que de son côté il avoit aussi dressé un état de l'une & de l'autre, par lequel il alloit démontrer, que bien loin d'être redevable au trésor royal des sommes, qu'on l'accusoit d'avoir ou dissipées, ou diverties à son profit, c'étoit le tresor ou contraire qui lui étoit redevable de plusieurs grosses sommes, dont il étoit bien resolu de poursuivre le payement en Justice. Sur cela il ouvre un livre, où étoit écrit pour premier article, dépensé en aumônes & en gratifications, faites aux Monasteres de l'une & de l'autre sexe, & à plusieurs Communautez de Prêtres, afin que les pauvres, & toutes ces personnes pieuses obteniissent du Ciel par leurs bonnes prieres la prosperité des Armes de Sa Majesté, deux cens mille sept cens trente six écus d'or, & neuf piastres. Second article: dépensé en espions pour découvrir les desseins secrets des ennemis, & se servir de cette connoissance pour les rompre ou les traverser, autres écus d'or au nombre de six cens mille quatre cens quatre vingt-quatorze. Il alloit passer a un 3. article, lorsque ceux qui étoient présens, & qui ne se trouvoient pas interessez à cette reddition de comptes, se prirent à rire de tou-*

toutes leurs forces. --- Les Trésoriers parurent très interdits. - - - Ferdinand avoit écouté les parties avec un grand sang froid, & sans paroitre pancher plus d'un côté que de l'autre. Mais comme il vit d'abord que tout ce, qui se passoit sous ses yeux, n'aboutiroit à rien; & d'ailleurs se representant, combien il étoit indigne de faire rendre compte de quelques millions à un homme, qui venoit de lui livrer un grand & puissant Royaume, qu'il avoit conquis, il leva la seance, & ne voulut plus qu'on lui plarlât de cette affaire. Similis est narratio Varillasii *dans l'Histoire de Louis XI. tom. II. L.* 11. *p.* 392. Neque novum tamen hoc est, sed vetus jam, videturque Consalvus imitatus fuisse Periclem, Atheniensem, qui, apud Plutarchum *in vita Periclis*, rationem administrationis suæ reddere jussus, se decem talenta in usum quendam necessarium impendisse, dixit; id quod populus probavit, nec quidquam amplius quæsivit. Collegia quoque juridica, quando in hujusmodi caussis consuluntur, indulgentiora sunt, atque rationum redditionem non quidem plane remittunt, sed ita tamen exigunt, ut in iis, quæ probari nulla ratione posse animadvertunt, fidem assertioni, si non simplici, saltem juratæ, habeant. Et hunc in modum JCti Helmstadienses mense Octobri anni cIↃ IↃ CC XXVIII. responderunt: Daß Beklagter bey Verlust alles seines Vermögens binnen 4. Wochen Rechnung abzulegen, die empfangene herrschaftliche Gelder und Kostbarkeiten vermittelst Eydes anzuzeigen, die Personen und Orte, an die er solche hingegeben, zu benennen, sein Vorgeben zu bescheinigen, und diejenige Posten, bey welchen es auf mündlichen Befehl oder Privat-Wissenschaft des hochsel. Fürsten ankommt, eydlich zu bestärcken schuldig, immittelst aber der Haft, gegen eydliche Caution, daß er vor Austrag der Sache nicht aus dem Lande weichen,

chen, und allem, was ihm zuerkannt werden möchte, sich unterwerfen wolle, zu erlassen. V. R. W. Rat. Dec. Beklagter ist im Jahre 1716. an den Fürstl. Hof zu Parma anfänglich als Küchen-Schreiber gekommen, nachgehends zum Amt-Schreiber und Voigt, darauf zum Hauß Hof-Meister, endlich zum Cammer-Inspector gemachet worden, und in diesen Diensten bis zum Absterben Fürst Olai verblieben; nach solchem Tode aber zuerst in die Inquisition gerathen, endlich von dem Advocato Fisci wegen seiner geführten Administration, und daß er deswegen richtige Rechnung ablegen solle, in Anspruch genommen worden; wowider er denn vorschützet, es habe ihm der hochsel. Fürst zu keinem Rechnungs-Führer bestellt, mithin er sich zu dergleichen Rechnung nicht angeschicket, also fiele es ihm jetzo dergleichen abzulegen unmöglich. Nun finden wir in den uns zugefertigten Acten gar viel, welches dem Beklagten zu statten zu kommen, und ihn von der abgeforderten Rechenschaft zu befreyen scheinet. Zuforderst siehet man freylich wohl, daß die ihm conferirte Cammer-Inspection mehr ein Ehren-Titel, als ein dergleichen wahrhaftiges Amt, gewesen, indem er ja mit den rechten Cammer- und Landes-Gefällen, öffentlichen Einkünften und Ausgaben, nichts zu thun, sondern nur einige particulier zu den täglichen Ausgaben des Fürsten, Reise-Kosten, Unterhalt und Besoldung dero Leib-Diener, Anschaffung vieler Galanterien, auch Versorgung der Madame de Maintenon gewidmete Gelder und Sachen in Händen gehabt, davon vieles hin und wieder auf mündlichen Befehl des Fürsten, ja vieles an hoch-gedachten Fürsten selbst gezahlet, und darüber freylich nicht allezeit Quittungen und Belege bekommen, bey welcher Bewandniß, und da ein grosser Theil der Ausgaben und Einnahmen auf die Privat-Wissenschaft des hochsel. Fürsten ankommt, folglich mit dessen Tode der Beweisthum vieler Posten gäntzlich erloschen ist, so

so ist freylich nicht abzusehen, wie eine vollständige und nach den vorgeschriebenen Reguln mit Quittungen und Belegen genugsam zu bestärckende Rechnung gefordert werden könne, nachdem ohnedeß Beklagter beständig zu Reisen gebrauchet worden, und dabey unmöglich alles in guter accurater Ordnung halten können, überdies, wie man aus dem angefangenen Rechnungs-Buche siehet, nicht alles selbst niederschreiben können, sondern sich vielfältig anderer Leute Hand bedienen müssen; Also gewinnet es das Ansehen, ob müsse Beklagter von angestellter Klage loßgesprochen werden. Alldieweil aber Beklagter ansehnliche Geld-Summen auch Kostbarkeiten von dem Fürsten in Händen und in seine Verwaltung bekommen, demnach ex natura administrationis und negotiorum gestionis zu Herausgebung eines Inventarii, oder wenigstens eydlichen Verzeichnisses des empfangenen und Berechnung des ausgegebenen verbunden, auch nicht wohl zu vermuthen ist, daß der Fürst Beklagten völlig aller Rechenschaft entschlagen, und alles seiner Discretion übergeben wollen, sondern aus der von Ihnen gegen Beklagten geführten Conduite nur so viel erhellet, daß sie eben keine solenne Rechnung erwartet, und vieles auf des Beklagten Ehrlichkeit und Gewissen, vieles auch auf ihre eigene Wissenschaft ankommen lassen, hiernächst Beklagtem zwar bey obangeführten Umständen unmöglich fällt, eine solenne und gantz vollkommene Rechnung abzulegen, gleichwol demselben oblieget, nach seinem besten Wissen und Gewissen alle von wegen seines verstorbenen Herrn empfangene Gelder und Sachen anzuzeigen, die Personen und Orte, an welche er solche wieder hingegeben, zu benennen, deshalb Beweisthum anzuführen, allenfalls diejenige Posten, über welche kein Beweis zu haben, oder die dem verstorbenen Herrn allein bekannt gewesen, eydlich zu bestärcken, ferner wider alle Wahrscheinlichkeit

 lauft,

lauft, daß Beklagter von den vielen in Händen gehabten Fürstlichen Geldern bey des vorigen Herrn Absterben nicht mehr als nur 29. Thaler übrig behalten, und doch, wo der grosse Rest hingekommen, nicht einmal anzeigen könne, im übrigen unter Beklagtens Sachen bey dessen Arretirung kostbare, seinen Stand übersteigende Kleidung und Mobilia, auch etliche tausend Gulden baar Geld, gefunden worden, folglich wohl zu glauben ist, daß darunter noch herrschaftliche Gelder und Sachen stecken; So haben wir Beklagtem Rechnung nach seinem besten Wissen und Gewissen abzulegen auferleget, ihn anbey, nachdem keine Anzeigungen sonderbarer Betrügereyen, noch genugsame Vestigia, daß er Gelder ausser Landes geschaffet, sich hervor thun, der gefänglichen Haft gegen juratorische Caution und Zurücklassung seiner Sachen entschlagen.

XXI.

Administratores pecuniæ publicæ aut dominicæ, ſiquidem dolus vel lata culpa apparet, durius tractandi, inquiſitioni ſubdendi & puniendi ſunt.

XXII.

Propter culpam levem ad inquiſitionem quidem & pœnam non trahuntur, ſed tamen ad damni reſtitutionem obligantur.

XXIII.

Denique ob culpam leviſſimam nec inquiſitio, nec actio contra eos locum habet.

Quæ in *antecedentibus meditationibus* de adminiſtratoribus pecuniæ publicæ aut rei privatæ Principis indulgentius tractandis, nec omnibus in examine rationum ab iis redditarum ad vivum reſecandis diximus, ſic temperari opor-

oportet, ut improbis fraudatoribus perfugium non præstent. Scribimus pro iis solis, qui nullius criminis convicti saltem ad rationem acceptæ & tractatæ pecuniæ publicæ reddendam evocantur. At, si supremus minister, aut exercitui præfectus, aut familiaris Principis, ex pecunia publica sibi prædia comparasse, suos ditasse, necessarium sumtum non fecisse, commeatum intervertisse, stipendia, quibus debebat, non exsolvisse, prædam sibi soli retinuisse, socios vexasse, a mercatoribus castrensibus dona exegisse, annonam flagellasse, immunitatem ab hybernis & stativis vendidisse, cetera, arguuntur, his excusatio modo memorata non proderit. Proderit tamen in iis, quæ forte per levissimam culpam admissa aut neglecta fuerunt, quippe ad quam præstandam nullus administrator obligatur. Quin imo, etiam quum levem culpam admiserunt, ad damnum quidem resarciendum obligantur, sed tamen nec puniri, nec ad solennem inquisitionem trahi possunt. Plenius hoc exsequuti sunt JCti Helmstadienses in responso, mense Februario anni cIↄ Iↄ CCXXVI. exarato: Ist wider den Cammer-Verwalter Donat die Special-Inquisition wegen einiger bey der Cassa ihm beygemessenen Malversationen erkannt, solches Erkänntniß durch ein von Wittenberg eingehohltes Urthel bestätiget, und dem Denunciaten die Führung einer weitern Defension abgeschlagen worden, wannenhero zu wissen verlanget wird: Ob ihm von Rechts-wegen eine andere Defension zu verstatten sey? Nun haben wir die Acta mit grossem Fleisse verlesen, und erwogen, und finden freylich, daß die Cammer anfänglich einige wahrscheinliche Ursach gehabt, auf die Inquisition zu verfallen. Denn Denunciat ist, ob zwar noch zur Zeit keines doli, gleichwol ein und des andern Versehen, ziemlich überführet, gestalt 1) aus der fol. 6. befindlichen

lichen Weisung erhellet, wie derselbe das Geleite durch einen Jungen respiciren lassen, er hiernächst 2) zugestehet, wegen der von Pratan Zoll-frey eingelassenen 9. Korn-Wagen einen Irrthum begangen, und die nöthige Erkundigung nicht eingezogen zu haben, ferner 3) derselbe nicht in Abrede gewesen, mit Ziegens unrichtiger Verwaltung conniviret, dessen Eingrif in die Zoll-Gelder nicht angezeiget, ja vielmehr in Ansehung eines kleinen Vortheils mittelst Vorschusses aus eigenen Geldern vertuschet zu haben. Diese offenbare Umstände nun haben dem hohen Collegio Gelegenheit an die Hand gegeben, den Denunciaten, ob habe er solchen Vorschuß aus der Cassa genommen, in Verdacht zu ziehen, auch, daß die wegen des Talges angebrachte Beschuldigung nicht ohne Grund sey, zu glauben, mithin die Inquisition zu erkennen, und weitere Defension abzuschneiden. Alldieweil es aber bey Erkennung der Inquisition gegen einen herrschaftlichen Bedienten, und sonderlich einen Einnehmer und Verwalter Königlicher Gelder und Einkünfte, gar nicht auf kleine Versehen und Irrthümer ankommt, immassen wir, die wir täglich in dergleichen-Rechnungs- und Administrations-Sachen consuliret werden, durch die lange Erfahrung dasjenige, was ein berühmter Historicus unserer Zeiten, *P. Daniel, Histoire de France tom. 3. ad annum* 1315. *pag.* 359. saget, wahr zu seyn befinden, es sey nemlich moraliter unmöglich, daß ein mit einer etwas weitläuftigen und verworrenen Verwaltung herrschaftlicher Einkünfte beladener Diener ohne allen Irrthum und Versehen bleiben, und seine Handlungen, wenn alles auf das genaueste untersuchet und beleuchtet wird, durchgehends justificiren und entschuldigen könne, sonderlich, wenn derselbe etwa auch in andern Bedienungen stehet, wannenhero es viel zu hart seyn, und einen jeden rechtschaffenen Mann von dergleichen Bedienungen abschrecken würde, wenn aus allen

klei-

kleinen Versehen eines solchen Bedienten der Argwohn eines mit unterlaufenden Betrugs gezogen, und die höchst-schimpfliche und zum Ruin eines rechtschaffenen Mannes, ja seiner gantzen Familie, abzielende Inquisition alsofort erkannt werden solle, vielmehr von bewährten Rechts-Lehrern, apud *Leyserum de Delictis ministrorum Principis* §. 29. & 30. *arg. L. 7. C. Arbitrium tutelæ*, mit gutem Grunde behauptet wird, daß ein Fürstlicher Diener wegen eines geringen Versehens und etwa begangener culpæ levissimæ gar nicht zur Verantwortung gezogen werden könne, und denn die beyde erste in den rationibus dubitandi angeführte Umstände, da nemlich Denunciat seinen vermuthlich sonst treu und geschickt befundenen Jungen mit gebrauchet, auch wegen Beschaffenheit des Guths Pratau geirret, höchstens nicht mehr, als eine culpam levissimam, involviren, hiernächst die Connivenz mit Ziegen sich, wiewol nicht gäntzlich, gleichwol in etwas dadurch, daß er diesen Menschen nicht so fort ruiniren, sondern in Hofnung seiner Besserung beybehalten, und, da es ohnedeß mehr auf seine eigene als Königlicher Majestät Gefahr angekommen, durch Vorschiessung des Seinigen übertragen wollen, folglich alle diese facta vor sich die Inquisition anzustellen nicht hinlänglich seynd, die Vermuthung auch, welche daraus gezogen werden möchte, ob habe Denunciat den Vorschuß aus Königlichen Geldern gethan, ingleichen dem Königlichen Interesse durch freye Passirung des Talges Schaden zugefüget, auf schwachem Grunde stehet, wenigstens zu Anstellung der den Ruin eines Mannes nach sich ziehenden Inquisition, welche starcke Anzeigungen erfodert, kein genugsames indicium giebet, überdies derselbe treflich gute Zeugnisse seines sonstigen Wohlverhaltens halber vor sich hat, also aus blossen Muthmassungen nicht so gleich um Ehre und zeitliche Wohlfahrt gebracht werden muß;

So glauben wir, es werde die Cammer sich in Ansehung der angeführten Umstände bewegen lassen, dem Denunciaten eine anderweite Defension zu verstatten.

SPECIMEN DCXXII.
AD LIB. XLVIII. TIT. XIV.
DE
AMBITU.

I.

Qui officium suum pecunia redemit, & ante & post susceptam administrationem removendus est. Vide *Specimen DLXXI. de Veris delictis ministrorum Principis, medit. 4.*

II. In crimen ambitus incidit, qui, etsi non pecunia, aliis tamen inhonestis modis, ut per intercessionem concubinæ, per fraudes, per vilia obsequia, per adsentationes, ad dignitates grassatur. Vide *idem Specimen, medit. 5.*

III. In *eodem Specimine medit.* 6 contradicitur Beyero, pœnas ambitum coërcentes ad monarchias non pertinere, existimanti. Pertinent utique. Opponit quidem nobis Beyerus *legem 1. pr. de L. Julia ambitus*, in qua Modestinus cessare ait hanc legem in urbe, quod ibi creatio magistratuum ad curam Principis pertineat, non ad populi favorem. Sed idem Modestinus in *sequente* §. 1. legem hanc in municipiis, qualia hodie omnes civitates, etiam in quibus monarcha residet, sunt, ubi creatio magistratuum, sacerdotum, ministrorum, populo, curiæ vel alii collegio relinquitur, adhuc vigere, addit. Quin imo Arcadius & Honorius in *L. 1. C. ad L. Juliam de ambitu* crimen ambitus ad eas etiam

etiam dignitates, quæ ex solius Principis arbitrio pendent, si quis scilicet ad illas inhonestis vetitisque artibus irrepserit, extendit. Atque ad eas artes Justinianus in *Novella* 8. redemtionem suffragii refert.

IV. Laudabile aliquando & reipublicæ salutare est, munus publicum pecunia redimere. Vide *idem Specimen, medit.* 7.

V. Venditio munerum publicorum crimen est. Vide *idem Specimen, medit.* 37.

VI. Minister tamen, qui jussu Principis sui negotiationem officiorum exercet, non peccat. Vide *idem Specimen, medit.* 38.

VII. Virtutibus, literarum studiis & bonis artibus æternum cum ambitu bellum est. Quamdiu ambitus regnat, illæ marcent. Confestim, ubi ambitus reprimitur, virtutes, literæ & artes reflorere incipiunt. Mirifice *Claudianus in Fl. Mallii Theodori consulatum versibus* 261. *sqq.*

Crescite virtutes, fœcundaque floreat ætas,
Ingeniis patuit campus, certusque merenti
Stat favor, ornatur propriis industria donis,
Surgite sopitæ, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet invidiæ, Stilicho dum prospicit orbi.

Et plenius *in libro* 2. *Laudum Stilichonis.* Mirifice, inquam, hæc Claudianus, sed adsentatorie scribit, non vere, nec temporibus, quibus scripsit, convenienter. Imperabant tunc Arcadius & Honorius, stupidissimi principes, aut potius Arcadii nomine Rufinus, Evagrius, Eutropius, Gainas, &, his exstinctis, eunuchi palatini, Honorii nomine solus Stilicho, pessimi homines, qui, quam justitiam, patrimonia privatorum, munera publica, honores, omnia denique venalia habuerint, narrat *Zosimus in principio libri V.* Itaque *Kettwi-*

wigius in libello, quem Bremæ anno 1696. *de Ambitu antiquo & hodierno* edidit, uti ſæpe in hiſtoriis & antiquitatibus labitur, ita in eo etiam labitur, quod Claudianum iſta vere de ſuis temporibus ſcribere potuiſſe in *Parte I.* putat.

VIII. Multa quoque *in eodem Kettwigii libro* ridicula ſunt, ipſum adeo exordium, ubi locum *Petronii* de Quartilla, quæ nunquam ſe virginem fuiſſe meminit, ad ambitum trahit, ſed & illud argumentum, quod in *Parte III.* de Moſe & ejus LXX. adſeſſoribus ducit. Id tamen ingenioſum eſt, lectoribusque placebit, quod inanes honorum ſine vero honore & munere titulos in *Parte I.* campanam ſine piſtillo appellat.

IX. Severiſſima eſt Juſtiniani contra ambitum in *Novella* 8. lex. Sed quoties hanc & ceteras Juſtiniani bonas leges legimus, ſemper recordari debemus, quæ *Evagrius* veriſſime ſcribit: multa quidem rite a Juſtiniano decreta, ſed parum religioſe fuiſſe ſervata.

X. Ambitio tamdiu bona & laudabilis eſt, quamdiu in ambitum inhoneſtum & legibus vetitum non degenerat.

XI. Quæritur: An Princeps, qui munus publicum olim vendidit, atque id nunc emtori ſine cauſſa aufert, pecuniam acceptam reſtituere obligatus ſit? Eſt utique ſecundum jus naturæ & leges quoque civiles, quæ in contractibus Principum cum civibus locum habere debent. Negat vero *Kettwigius de Ambitu antiquo & hodierno, part.* 3. ex ineptiſſima ratione, quoniam ſcilicet, quod meretrici datur, repeti non poſſit, ſecundum *L.* 4. §. 3. *de Condict. ob turpem vel injuſtam cauſſam.*

SPE-

SPECIMEN DCXXIII.
AD LIB. XLVIII. TIT. XIV.
DE SIMONIA.

I.

Simonia ad omnes res spirituales refertur;

II.

Quarum significatio latissime patet, atque e. g. electionem Imperatoris, exhibitionem debiti conjugalis &c. comprehendit.

Simoniæ objectum omnes res spirituales sunt. Definiri itaque res spirituales ante omnia oportet. Difficillimum hoc & fere impossibile aliis videtur, nobis facile, qui præeuntes juris canonici doctores sequimur. Hi rem spiritualem vocant omne id, quod quomodocunque & saltem oblique sacrum est, & cultui divino, alimoniæ pauperum, literarum studiis, liberationi captivorum, commoditati & utilitati clericorum, bono publico, si non recta via, tamen per consequentiam, servit. Ita vero, ais, rerum spiritualium amplissimus ambitus erit. Erit utique. Nostræ facilitati, qua jus canonicum recepimus, hoc imputemus. Et hinc est, quod tot diversa simoniæ genera in priscis auctoribus commemorantur. Sic in electione Imperatoris Romani simoniam committi posse, ex Alberti Argentinensis Chronico apud *Urstisium Part. II. pag.* 150. discimus, ubi hæc habentur: *Guntherus Comes de Schwartzenburg Thuringiæ, ætatis circa XLV. annorum, vir robustus, bellicosus, strenuus & prudens in bellis: qui in servitio Henrici Moguntini & quondam Ludovici Principis plurimum laboravit, quique in pluribus conflictibus feliciter prævalens pro-*

propriis, capiendo & talliando Barones, plurimum est ditatus, a Principibus, Carolo contrariis, ut se intromitteret de regno, rogatur. Qui primo renuens, tandem eo pacto annuit, si in Franckfurt per Principes & nobiles sententiatum fuerit, vacare Regnum & Imperium, majorque pars Principum, qui similiter per sententiam declarati fuerint jus habere, ipsum absque omni simonia elegerint propter Deum, dicens: se expositurum periculis pro Deo & imperio corpus suum. Et in spurcis illis collectionibus casuum conscientiæ & instructoriis confessionariorum, uti vocantur, ad crimen simoniæ etiam hoc referri animadverto, quando uxor a marito vel maritus ab uxore pro exhibitione debiti conjugalis munusculum exposcit.

III.

Leges, contra simoniam latæ, variant maxime.

IV.

Antiquissimæ nudas pro obtinendo sacerdotio preces & supplicationes damnant.

V.

Qui rigor tamen cum recta ratione & sacro codice pugnat.

Equidem nullum delictum est, cui non insidiæ ac retia a vafris hominibus tendantur. Sed nullibi id magis fit, quam in usuraria pravitate & simonia. Utrobique non privati saltem homines, sed ipsi legumlatores, tentant leges ac pœnas in iis statutas eludere, hoc est, ut cum Paulo in *L. 29. de Legibus* loquar, salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenire. Utrobique leges sibi ipsis non constant, sed variant maxime contradicuntque sibi, ac eadem facta modo damnant aperte, modo probant & laudant, aut saltem extra pœnam constituunt, pro diverso nempe ingenio conditorum, quorum aliqui probi, honesti & ab omni turpi lucro alieni fuerunt, multi laxiores, & tam in se, quam in alios

alios indulgentiores, lubenter viam fenestramque aperuerunt, quibus & alii elaberentur, ac ipsi, si quæ a fortuna offerrentur, munuscula sine labe acciperent. Et de usuraria quidem pravitate in *Specimine CCXLVII. de Usuris palliatis* dictum. Nunc de simonia agam. Vetustissimarum legum contra hoc crimen rigor maximus est. Invitos saltem ad sacerdotium provehi jubent, & indignos sacro munere, quotquot illud sponte petierunt, declarant. Itaque ad simoniam referunt, quando quis nudis precibus munus sacrum expetit, ac de eo obtinendo supplicat, *L.* 31. *C. de Episcopis & cler. can.* 114. *&* 122. *cauſ.* 1. *q.* 1. & *can.* 3. *cauſ.* 1. *q.* 6. Qua de re multa haberem, quæ scriberem, ni nobile hoc argumentum occupasset incomparabilis *Zieglerus in commentariolo de Clerico renitente, sive Muneris ecclesiastici fuga*, post quem cum laude scribere difficile est. Is libellus quidem a *Ziegler* insertus est majori *de Episcopis* operi, *in capite V.* §. 4. *ſqq.* Omissa tamen fuerunt & monumentum in principio commentarioli memoriæ divi Geieri pereleganter positum, & præfatio ad lectorem, qua, occasionem scribendi se a Geiero, oblatum summi in aula Saxonica theologi munus fugiente, ac Zieglerum ea de re consulente, accepisse, narrat, & priores sex §§. quibus curam legumlatorum Romanorum, adquisitionem rerum, inprimis vero munerum, tam civilium quam sacrorum, justis limitibus circumscribentium, laudat. Atque adeo non errant, qui, etsi opus de Episcopis habeant, tamen & commentariolum hunc emunt. Equidem ille rigor, quo nudæ preces pro obtinendo sacerdotio tanquam simonia notantur, mitigatus paulo post, precesque permissæ fuerunt. Ipse jam tum Gratianus commodissimum effugium ostendit in *can.* 122. *cauſſa* 1. *qu.* 1. *Non quorumlibet*, inquiens, *precibus ordinationes factæ falsæ di-*

dijudicantur, sed hæ demum, quæ precibus ordinandi vel ejus amici non spirituali, sed carnali adfectu porrectis fiunt, quum alias futuræ non essent; quas non charitas interveniens, sed amicitia supplicans extorquet. Secundum hoc temperamentum dici potest, omnes preces, si quæ pro obtinendo sacerdotio porriguntur, ex spirituali adfectu proficisci. Igitur, quæ interpretes, ac inter eos *van Espen in Jure eccles. univ. P. 2. tit. 30. c. 2. §. 7.* de simonia, quæ per munus a lingua committitur, quum scilicet sacerdotium ad preces & ex favore confertur, communiter disputant, secundum hodiernam rei faciem prorsus sunt otiosa. Sed exstiterunt tamen subinde, qui priscum rigorem revocarent, ac preces omnes pro impetrando sacerdotio damnarent. *Raymundus de Pennafort*, celeberrimus decretalium compilator, quem inter sanctos suos retulerunt Pontificii, damnat *in lib.* I. *Summæ* nudas preces pro sacerdotio impetrando. Et quamvis auctor *Glossæ*, quæ nomine *Postilla* circumfertur, *ad h. l.* Raymundi sententiam duram nimis & usui recepto contrariam dicat, *Honoratus Vincentius Laget* tamen, qui Raymundi *summam* anno 1718. Lugduni edidit, vicissim hunc usum contrarium damnat, & abusum appellat, sanctosq; Thomam & Antoninum, tanquam cum Raymundo consentientes, allegat, ac petitionem solo hoc casu permittit, quando molestiæ & pericula, cum sacerdotio, quod petitur, conjuncta, alios omnes ab eo suscipiendo absterrent. Verum enim vero illa sacri muneris fuga, & a petitione abstinentia, quam Leo & Justinianus Impp. quam Gregorius I. Pontifex M. quam Gratianus, quam divi Thomas, Antoninus & Raymundus, quam Lagetus, quam denique Zieglerus, nobis præcipiunt, non virtus est vera, sed exsuperantia virtutis, ac, ne quid dissimulem, cum recta ratione & ipso sacro codice pugnat. Recta ratio unicui-

cuique, ambire munus, cui gerendo par est, & in quo Deo ac reipublicæ servire, & ex cujus reditibus se & familiam suam sustentare potest, non permittit solum, sed & præcipit. Porro petitionem sacerdotii *Paulus in I. epist. ad Timoth. cap. 3. n. 1.* permittit, *Petrus in epistola I. cap. 5. n. 2.* etiam præcipit. Ego itaque illis, qui Leonis legem & Gregorii M. decretum hac in parte laudant, & in rempublicam sacram reduci desiderant, adversarium me profiteor, & sacerdotiorum candidatos, siquidem dignos se & ferendo oneri non impares sentiunt, ambire, precesque & blanditias de more adhibere, jubeo, longeque eos, qui id faciunt, istis pusilli animi hominibus, qui vel sibi ipsi diffidentes in publicum prodire non audent, vel molestiarum & laborum metu in umbra delitescere malunt, antepono. Tentavit tamen nostra ætate Leonis legem in suam provinciam reducere Georgius Fridericus Carolus, Marchio Brandenburgicus Bayreuthanus, atque hanc die 2. April. anni 1727. apud *Fabrum in P. LI.* der Europäischen Staats-Canzley, *pag.* 716. *sq.* Consistorio suo legem dedit: Weilen Wir auch bishero mißfälligst wahrgenommen, daß bey entstandenen *Vacanz*en der Pfarr-Dienste, so bald nur solche kund werden können, die *Competent*en häuffig gelauffen, und denen fetten Pfarreyen entgegen geeilet, Wir aber dergleichen Lauffen und Rennen vor ein gesichertes Merckmahl untüchtiger Geistlichen halten, welche nicht die Heerde, sondern nur die Wolle, nicht die Erbauung der Seelen, sondern die bessere Benahrung des Bauchs suchen. Als *declarir*en Wir hiermit zugleich, daß künfftig alles solches Anmelden und *Supplicir*en niemahls von Uns in *Reflexion* genommen, vielmehr solche Dienstgierige

eo ipso abgewiesen, das eintzige Beförderungs-Mittel aber eine wahre GOttesfurcht, Amts-Treue und frommes Leben seyn solle. Wir wollen dahero, daß, so offt sich eine Pfarr verlediget, ihr kein anders *Subjectum*, es sey im *Ministerio* gestanden oder nicht, in Vorschlag bringen sollet, dann von welchem ihr mit Wahrheit und bey eurer Pflichten obige Stücke bejahen könnet.

VI.

Legitima vocatio & electio ministrorum ecclesiæ in prima ecclesia penes totum populum fuit, deinde patronis attributa est.

VII.

Mala, quæ jus patronatus comitantur, majora adhuc sunt in electione populari.

VIII.

Populares electiones plerumque per ambitum, nonnunquam etiam per corruptiones & pacta simoniaca fiunt,

IX.

Et, si simonia etiam abest, tumultus tamen, clamores, quin & seditiones excitant.

X.

Ergo optandum non est, ut, abolito jure patronatus, prisca electionum facies reducatur.

In *articulo XIV. Augustanæ confessionis* omnes, qui legitime vocati non sunt, a ministerio ecclesiastico arcentur. Vastissimus hic sese aperit campus de legitima vocatione agendi. Sed ipsa hæc amplitudo argumenti nos absterret. Er-

Ergo paucis ſaltem ſententiam noſtram proponemus. Jus eligendi & vocandi ſacerdotes, ſeu ſacrorum miniſtros, in prima chriſtiana eccleſia ſine dubio penes totum cœtum ſeu populum, qui magiſtratus, clerum & plebem comprehendit, fuit. Vide *Actorum I*, 15. 23. 24. & *VI*, 2. 5. 6. Invectum deinde jus patronatus electionem hanc & vocationem populo in plerisque locis abſtulit, principipique, magiſtratibus & prædiorum dominis paſſim adſcripſit. Non diffitebimur, nos diutiſſime hoc jus patronatus inter tyrannides retuliſſe, & populum inique ab electione excluſum crediſſe, ac optaſſe ſæpius, ut priſtina rerum facies rediret, populoque jus ſuum & libertas reſtitueretur. At enim vero poſtquam popularis electionis incommoda & infinitas, quas illa & olim excitavit, & adhuc hodie, ubi ſupereſt, excitat, turbas attentius conſideravimus, Deo gratias agere incepimus, quod illam maxima ex parte aboleri paſſus ſit, nec bene cum eccleſia actum iri credimus, ſi ea unquam reducatur. Sunt, quod non negamus, mala multa, quæ jus patronatus comitantur, ſed tamen longe minora iis, quæ ex populari electione fluunt. Indignos aliquando & improbos homines patronus eccleſiæ ſuæ obtrudit; Sed plebs imperita & cœco adfectu in transverſum acta ſæpe idem facit. Committunt ſubinde crimen ſimoniæ patroni; at in populo crimen ambitus exercetur, etiam majore improbitate. Quin nec a ſimonia immunis eſt populus. Exemplum pacti ſimoniaci ſubtiliſſimi inter ſacerdotem & cœtum ejus, qui jus eligendi habebat, initi, quo ille miro artificio ſacerdotium ſuum fere hereditarium fecerat, retuli in *Specimine XLIV. de Variis pactorum ſucceſſoriorum generibus*, *medit.* 3. Stipulatus ille ſacerdos fuerat, ne poſt mortem ſuam populus unquam ſibi ſacerdotem extra ipſius

familiam eligeret, & viciſſim populo ſummam pecuniæ non modicam donarat; addito tamen pacto, ut, ſi populus alium ſacerdotem eligeret, pecunia iſta omnis cum uſuris, a die pacti initi computandis, heredibus ſuis reſtitueretur: Unter Vorbehalt und mit folgender Bedingung, daferne ſeiner Söhne keiner zum Paſtorat ſolte gelangen, oder an der Succeſſion behindert und von andern verdrungen werden, ſo dann auch, nach obgemeldten Abgang der Söhne, der Töchter keine durch Heyrath bey der Pfarr bleiben würde, daß ſolchen Falls das Kirchſpiel W. ſoll ſchuldig und gehalten ſeyn, ohne Widerſprache, Ausflucht und Liquidation ferner an die überbliebene Erben Paſtoris D. wegen dieſer Anfoderung 400. Reichsthaler a dato dieſes, anſamt der intereſſe, aufrichtig und redlich zu bezahlen. Et conſequutus etiam fuerat hoc pacto ſacerdos, ut munus ultra ſæculum in familia ejus perſtitiſſet, atque jam in pronepotem continuatum eſſet. Et forſan permanſiſſet in ejus familia diutius, niſi hic ipſe pronepos vita ſua flagitioſiſſima turpiſſimisque moribus meruiſſet, ut dejiceretur. Tum vero poſteri ſacerdotis conſurgebant, atque quadringenta illa cum uſuris centum pluriumque annorum repetebant. Non credimus, unquam ſimile pactum cum patrono initum fuiſſe. Sed ſunt præterea ſingularia incommoda, quæ in jure patronatus accidere vix poſſunt, in populari autem electione quotidie contingunt. Intelligimus turbas, clamores, minas, vim, conſpirationem, ſeditiones, bella inteſtina. Incredibile multis videbitur, quod dicimus, ſed verum tamen eſt; plerasque in antiquiſſima eccleſia chriſtiana factas electiones optimorum epiſcoporum, qui hodie ſancti vocantur, turbulentas, violentas, clamoſas fuiſſe, ac, ſi noſtro tempore fierent, aperte damnatum iri. Ex infinitis exemplis duo ſal-

ſaltem memorabimus in præſens. De Athanaſii electione ſynodus Alexandrina epiſtola ſynodica, quæ in *Athanaſii Apol.* 2. reperitur, fatetur, omnem multitudinem populumque in unum coactum clamoribus vociferationibusque poſtulaſſe, Athanaſium eccleſiæ epiſcopum dari, idque publicis votis a Chriſto expetiiſſe, & patres, uti facerent, per multos dies ac noctes jurejurando obteſtatos fuiſſe, quum interea nec ipſi ab eccleſia diſcederent, neque patribus diſcedendi facultatem permitterent. Similis ferme fuit Martini, epiſcopi Turonenſis, electio, de qua *Sulpitius Severus in vita Martini: Sub idem*, inquit, *fere tempus ad epiſcopatum Turonicæ eccleſiæ petebatur. Sed quum erui a monaſterio ſuo facile non poſſet, Rurictus quidam, unus e civibus, uxoris languore ſimulato, ad genua illius provolutus, ut egrederetur, obtinuit. Ita diſpoſitis jam in itinere civium turbis, ſub quadam cuſtodia ad civitatem usque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non ſolum ex illo oppido, ſed etiam ex vicinis urbibus ad ſuffragia ferenda convenerat. Una omnium voluntas, eadem vota eademque ſententia, Martinum epiſcopatu eſſe digniſſimum, felicem fore tali eccleſiam ſacerdote. Pauci tamen & nonnulli ex epiſcopis, qui ad conſtituendum antiſtitem fuerant evocati, impie repugnabant, dicentes: ſcilicet contemtibilem eſſe perſonam, indignum eſſe epiſcopatu hominem vultu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deformem. Ita a populo ſententiæ ſanioris hæc illorum irriſa dementia eſt, qui illuſtrem virum, dum vituperare cupiunt, prædicabant. Nec vero aliud his facere licuit, quam quod populus Domino volente cogebat. Inter epiſcopos tamen, qui affuerant, præcipue Defenſor quidam nomine dicitur reſtitiſſe; unde animadverſum eſt, graviter illum lectione prophetica tunc notatum. Nam quum fortuito lector, cui legendi eo die officium erat, intercluſus a populo defuiſſet, turbatis miniſtris, dum exſpectatur, qui non aderat, unus e circumſtantibus ſumto pſalterio, quem primum verſum invenit, arripuit. Pſalmus autem erat: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & defenſorem. Quo lecto, clamor populi tollitur, diverſa pars confunditur.* Agnovere deinde ju-

jurium conditores manifesta priscarum harum electionum vitia, damnaruntque. Concilium Sardicense in *Can.* 6. *Dist.* 63: *Non est*, ait, *permittendum, turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi.* Idem Concilium in *c.* 2. *X. de Electione* electiones, quæ ad clamorem populi fiunt, improbat. Jubet *lex* 31. *C. de Episcopis*, eum, qui ad episcopatus gradum provehitur, puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia, sincero omnium judicio proferri. Nicolaus II. Pontifex in *can.* 9. *dist.* 79. eum, qui populari seu militari tumultu sine concordi & canonica electione apostolicæ sedi inthronizatur, non apostolicum, sed apostaticum appellat, atque licentiam dat cardinalibus, eum humano auxilio & studio a sede apostolica repellendi, &, quem dignum judicaverint, proponendi. Toleraverunt tamen adhuc electionem, quæ fit per conspirationem, quum scilicet aliqui ex eligentibus de certa persona invicem convenerunt, eamque deinde reliquis tumultuose obtrudunt. Toleraverunt, inquam, jurium conditores talem electionem sub specioso inspirationis & adorationis titulo, atque in ipso summo pontifice probarunt, *c.* 42. *X. de Electione.* At enim vero, ut rectissime *Zegerus Bernhardus van Espen in Jure ecclesiastico, P.* 2. *tit.* 21. *c.* 4. §. 9. observat, sub prætextu hujusmodi inspirationis & divini impulsus sæpissime regulæ electionum præscriptæ negliguntur, & tumultuariis ac præcipitatis electionibus via aperitur. Quod ut Gregorius XV. Pontifex M. animadvertit, bullam edidit, in eaque providentissime sustulit electionem per adorationem, qua cardinales aliquot eum, cui favebant, in sede collocare, pro more venerari, atque exemplo suo ceteros cardinales invitos sæpe ad imitandum compellere consueverant. Tam bonæ justæque leges turbulentas electiones omnes su-

sustulisse videntur. At nihil illæ contra malitias hominum pertinacissimas potuerunt. Rarissimæ supersunt ecclesiæ, in quibus electio toti populo relicta est. Ubi tamen relicta est, populus potestate hac fere semper abutitur. Exemplo sit urbs Veneta, de qua hæc narrat *Gilbertus Burnetus in Itinere in Helvetios, Italiam, partesque quasdam Germaniæ & Galliæ, epist. III. pag. 227: Les Curez sont élûs par le peuple de chaque Paroisse; ce qui fait, pour le dire en passant, que les Nobles Venitiens ne recherchent jamais ces sortes d'emplois, parce qu'ils croyent, qu'il iroit de l'honneur de leur Corps de se commettre avec des gens, qui souvent sont d'un bas ordre, & qui pourroient l'emporter par dessus eux. Cependant les élections de ces Curés se font de la maniére du monde la plus scandaleuse; car le jour de l'élection venu, les aspirans se présentent élevant d'un côté bien haut leur mérite, & de l'autre diffamant autant qu'ils peuvent leurs compétiteurs, en des termes vilains & d'une maniere fort indécente, en foüillant dans le secret de la vie d'un chacun, en publiant ses deffauts avec les termes les plus forts qu'on puisse trouver, & n'épargnant rien de ce qu'on croit pouvoir servir à sa cause, quelque bas & quelque abjet qu'il puisse être.*

In plerisque vero ecclesiis collegium aliquod cardinalium, canonicorum, monachorum &c. electionem sibi arrogavit. Sed & hi tamen, homines se esse documentis maximis & luculentissimis ostendunt. De electionibus summorum pontificum Romanorum nihil dicimus. Vide *Historiam conclavium* Italice scriptam, & in linguam Gallicam translatam. De clericis & monachis, ne quid odio dedisse videamur, non nostri, sed catholici auctoris verbis utemur. Est ille *Brantomius*, vir ingenuus & veri amantissimus, Gallus quidem, sed qui res Germanicas historiis suis sæpe immiscet, & in hoc ipso, quem mox adferemus, loco de Gallis æque & Germanis agit. Sic autem ille *dans les Vies des hommes illustres & grands Capitaines François de*

de son temps, Part. 1. pag. 251. sqq. J'ay oüi conter à une grande Dame, d'avoir entendu dire autrefois à ce grand Roy François, que le sujet, qui le porta le plus à faire le concordat avec le Pape Leon, pour abolir du tout les élections des Evesques, Abbez, & aucuns Priorez, & s'en prevaloir des nominations, fut les grands abus, qui s'y faisoient en telles élections parmy le Moines; Car sans aucun égard à la suffisance, bien que de ce temps-là ne s'en trouvoit dans les cloistres ny de sçavoir non plus, ils élisoient le plus souvent celuy, qui estoit le meilleur compagnon, qui aimoit plus les garces, les chiens, & les oiseaux, qui estoit le meilleur biberon, bref, qui estoit le plus debauché, à fin que l'ayant fait leur Abbé, ou Prieur, par aprés il leur permist faire toutes pareilles debauches, dissolutions & plaisirs, comme de vray l'en faisoient auparavant tres-bien obliger par bons sermons, & faloit, qu'ils le tinssent par amour ou par force. Le pis estoit, quand ils ne se pouvoient accorder en leurs élections, le plus souvent s'entrebattoient, se gourmoient à coups de poing, venoient aux braquemars & s'entreblessoient, voire s'entretuoient; bref, il y avoit plus de tumultes, ligues & brigues qu'il n'y a en la creation du Recteur de l'université de Paris, que j'ay veu autrefois, je ne sçay, si cela dure. De plus aucuns élisoient quelque simple bon homme de Moine, qui n'eust osé grouiller, ny commander faire autre chose si non ce, qui leur plaisoit, & le menaçoient, s'il vouloit trop faire du galant & rogue superieur. Bref, une infinité d'abus se commettoient en ces élections & creations, que je tairay pour ce coup. Or il faut noter, que s'il y a eu des abus es élections & creations Monachales il y en a bien eu autant és Canoniales & celles des Evesques, qui pour avoir les voix des Chanoines & de ceux, qui en tenoient les principales dignitez, on les gagnoit & achettoit à purs deniers, les autres on les corrompoit par presens & promesses de force bien pour l'avenir. De sorte que cela s'apelloit plus tost une vraye simonie, qu'une legitime & sainte election, prenant exemple sur plusieurs Papes de ce temps-là, qui gagnoient ainsi les voix & les suffrages des Cardinaux. Bien souvent aussi faisoient-ils en leurs Chapitres des tumultes, seditions, ligues & brigues, jusques à s'entrebattre, se frapper, se tuer & s'entreblesser, comme cela s'est fait autrefois en Allemagne, que j'ay oüi dire. Car les Chanoines estoient mauvais garçons, comme en-

encore ils ſont & s' aydoient auſſi bien de l' eſpée que du breviaire. Les Evesques elevez & parvenus à ces grandes dignitez, Dieu ſçait, quelles vies ils menoient, certainement ils eſtoient bien plus aſſidus en leurs dioceſes qu' ils n'ont eſté depuis ; car ils n'en bougeoient. Mais quoy? c'eſtoit pour mener une vie toute diſſoluë aprés chiens, oyſeaux, feſtes, banquets, confrairies, nopces, & putains, dont ils en faiſoient des ſerrails, ainſi que j'ay oüi parler d' un de ce vieux temps, qui faiſoit rechercher de jeunes, belles, petites filles de l' âge de dix ans, qui promettoient quelque choſe de leur beauté à l' avenir, & les donnoit à nourrir & élever qui çà qui là parmy leurs paroiſſes villages, comme les gentilshommes de petits chiens, pour s'en ſervir, lors qu'elles ſeroient grandes. Tout cela leur eſtoit permis, car nul n'euſt oſé leur remontrer ny cenſurer, tant ils eſtoient craints & ne craignoient nullement d'eſtre ſcandaliſez. J'en dirois d'avantage ; mais je ne veux pas ſcandaliſer.

Non injuriam Germanis facere Brantomium, dum hæc ſcribit, experientia quotidiana docet. Tulit noſtra ætas electiones epiſcoporum turbidas, clamoſas, ſimoniacas. Verum de his loqui non audemus. Adſcendemus paulo altius, ac, ne quis de veritate eorum, quæ Brantomius habet, dubitet, ex medio ſæculo ſuperiore electionem Monaſterienſem Bernhardi a Gahlen anno 1650. factam allegabimus. Mortuo ſcilicet Ferdinando epiſcopo, Bernhardus Malingrotius, capituli decanus, ut in locum ejus ſufficeretur, optabat, at, quia pleroſque canonicorum infenſos ſibi norat, electionem diutius ultra quintum menſem extrahebat, ut vel diſſentientes in partes ſuas perduceret, vel terreret tamen & invicem collideret. Quum autem in canonibus ſacris ſtatutum ſit, ut jus eligendi vel præſentandi, lapſis ſex menſibus, ad apoſtolicam ſedem devolvatur, canonici ſatis intelligebant, Malingrotium non alia de cauſſa electionem differre, & tempus legale fere prætermittere, quam, ut vel improviſos tandem occuparet, vel, devoluta ad pontificem maximum electione, ipſe ab hoc,

aut tamen extraneus quidam, nominaretur. Id ut impedirent, in commune consulebant, atque aliquando in convivio apud Bernhardum de Galen congregati hunc, quasi per modum inspirationis, episcopum unanimi consensu renunciant, & confirmationem electionis suæ a pontifice expetunt. At Malingrotius, totum id negotium vitiosum esse, vociferabatur, atque Innocentio X. ut is electionem confirmare constanter recusaret, persuadebat. Mortuo vero anno cIↄ Iↄ CLV. Innocentio, Fabius Chigi, qui olim in conventu Vestphalico nuncius apostolicus fuerat, & Galenio nostro familiariter usus erat, apostolicam sedem occupat, atque electionem Galenii confestim confirmat. Nec est, quod quis inter solos catholicos talia fieri autumet. Rariora quidem sunt vitiosarum electionum inter evangelicos exempla, propterea, quod *illæ ubivis* fere abolitæ & per jus patronatus absorptæ fuer*unt. Vbi* tamen illæ adhuc supersunt, sæpe non minore, quam inter catholicos, improbitate exercentur. Recordor, ad ista, quibus & olim adsedi, & nunc adsideo ac præsum, collegia lites & querelas de turbulentis ac simoniacis electionibus frequenter deferri, & contra responderi ac judicari. Ex multis exemplis unum adjiciam, idque ex responso, a me nomine JCtorum Helmstadiensium mense Martio anni cIↄ Iↄ CCXXVII. dato, excerpam: Ist Mevius, ein Prediger in einer gewissen Stadt, seit eines Jahres durch Blödigkeit des Gesichts an den Predigten und andern Amts-Geschäften verhindert, auch endlich bewogen worden, bey dem Rathe um Setzung eines collaboratoris anzuhalten. Als aber der Rath, nebst dem so genannten Stände-Stuhl, die Sache an die mit dem jure patronatus versehene Gemeinde gebracht, hat diese einen Adjunctum zu wählen be-

beschlossen, solchen auch, der von dem Mevio und übrigem Ministerio gethanen Vorstellung ungeachtet, würcklich erwählet; Wannenhero anfänglich die Frage entstehet: Ob Mevius und die übrige Membra des Ministerii dabey stille schweigen können, und nicht viel mehr sowol auf die Gelehrsamkeit, als auf das Leben und Wandel des Candidati, zu inquiriren, und die Obrigkeit, daß sie diese Wahl mit Fleiß untersuche, und allenfalls ein Urthel darüber einhohle, zu erinnern verbunden seynd? Wenn nun gleich, daß bey dieser, mit einhelliger Bewilligung der Gemeinde, als Patroni, des Raths und des Stände-Stuhls getroffenen Wahl weder Mevius, noch das übrige Ministerium weiter etwas zu sagen haben, vorgewendet werden möchte; Alldieweil aber dem Ministerio, und fürnemlich Mevio, höchlich daran gelegen ist, daß ihnen kein in der Lehre noch im Leben und Wandel unrichtiger Collega aufgedrungen werde, hiernächst die Wahl nicht gar zu ordentlich vorgegangen, indem dem Anführen nach Titius, auf welchen solche gefallen, alle Eingepfarrte von Haus zu Haus mehr als einmal besuchet, und um ihr votum angesprochen, mithin einen auch bey Civil-Chargen verhasseten und verbothenen Ambitum begangen, immassen sich auch die Eingepfarrete den Abend vor der Wahl in grosser Menge bey des Titii Vater eingefunden, und sich mit einander für seine Erwählung verbunden, also die darauf erfolgte Wahl nicht vor vollkommen frey gehalten werden mag, noch, wie es *L. 31. C. de Episcopis* befiehlet, puris hominum mentibus, nuda conscientia, sincero omnium judicio, sondern vielmehr turbis und per conspirationem geschehen, diesemnach zu Recht nicht wohl bestehen kan; So können Mevius und die übrige membra des Ministerii zu der geschehenen Wahl nicht stille schweigen, sondern seynd verbunden, auf das Leben und Wandel des Candidaten zu inquiriren, und die

Obrigkeit, daß sie diese Wahl mit Fleiß untersuche, und allenfalls ein Urthel darüber einhohle, zu erinnern. Quæ quum ita sint, electiones ministrorum ecclesiæ toti populo, cui olim competierunt, sapientissimo consilio ablatas, patronisque adscriptas fuisse, nec optandum esse, ut eidem populo restituantur, existimamus.

XI.

Legitimam ministrorum ecclesiæ vocationem pactum omne privatum tam circa spiritualia quam circa temporalia vitiat.

XII.

Laudatur hac de re bulla Innocentii XII. pontificis maximi, atque historia ejusdem narratur.

XIII.

Prohibitio hæc etiam inter evangelicos obtinet.

Tria sunt secundum juris canonici interpretes, ac inter eos *van Espen in Jure eccles. univ. P. 2. tit. 30. c. 2. §. 7.* simoniæ genera, quorum primum, ut loquuntur, per munus a lingua committitur, quum scilicet sacerdotium ad preces & ex favore confertur, quod, quemadmodum supra dixi, nisi modus excedatur, tolerari, quin aliquando laudabile esse potest. Verum reliqua duo simoniæ genera, quæ per munus a manu & ab obsequio committi dicuntur, improbantur adhuc hodie. Et de munere a manu res dubium non habet. Munus scilicet a manu est oblatio pecuniæ aut cujuslibet rei, quæ magni an parvi momenti sit, nihil interest, *c. 20. X. de Simonia.* Munus ab obsequio intervenit, quum ab ordinando indebitum officium patrono præstatur, id quod *van Espen d. l.* §. 18. etiam ad eos extendit, qui principum aut aliorum magnatum liberos, vel episcoporum nepo-

potes, nullo aut exiguo ſtipendio regendos erudiendosve ſuſcipiunt, ea ſpe, ut beneficia eccleſiaſtica ab ipſis vel eorum favore adipiſcantur. Potiſſima muneris ab obſequio ſpecies eſt conventio omnis privata inter novum miniſtrum & eos, penes quos electio & vocatio eſt, inita. Dicimus: conventio omnis privata; nec limitationem addimus, quam addunt vulgo; circa temporalia. Damnamus quippe & pactum privatum circa ſpiritualia. Recordamur ipſi, equitem quendam, templi patronum, a novo, quem vocabat, ſacerdote ſtipulatum eſſe, ut is bis per menſem ſacra in ædibus patroni privatis faceret, quæ ex antiqua conſuetudine ſemel tantum facienda erant. Neque hoc pactum, etſi forſan bona mente initum, tolerari debebat, arg. *c.* 11. *X. de Simonia.* Damnavit quoque Conſiſtorium Vitembergenſe pactionem, qua antiſtes templi primusque ſacerdos candidato diaconatus ſuffragium ſuum, aut ſaltem, ſe electioni ejus non contradicturum, candidatus vero, ſe partem ſacrorum pro eo obiturum, **er wolle das Kinder-Examen vor ihm halten,** promiſerant. Vide *Zoeſium ad tit. X. de Simonia, n.* 76. *&* 77. Verum nulla poteſt eſſe contra ſimoniacas iſtas conventiones lex melior & clarior ea, quam Innocentius XII. pontifex maximus anno 1695. edidit, ac Leopoldus, Auguſtus, apud *Lunigium in tomo XV.* **des teutschen Reichs-** *Archivs, pag.* 803. confirmavit. Exhibent illam *Ant. Faber in P.* 2. **der Europäischen Staats-Cantzley,** *pag.* 13. *ſqq.* & *Lunigius in dicto tomo XV. pag.* 804. occaſionem vero ejus promulgandæ non commemorant. Et videmus, eam a plerisque ignorari. Igitur ſupplebimus hic. Occaſionem nempe legi iſti dedit illuſtris controverſia inter Germanos agitata. Poſt mortem ſcilicet Maximiliani, archiepiſcopi Salisburgenſis, qui die 3. Maji anni 1687. de-

decesserat, canonici, electionis ergo congregati, pacti erant invicem, ut is, qui eligeretur archiepiscopus, canonicis singulis supra reditus eorum consuetos quingentos florenos annuos exsolveret. Neque iniqua videbatur conventio, quod per illam aliqua inter caput & membra æqualitas ac proportio induceretur. Beneficia enim canonicorum, prisco tempore instituta, nec unquam aucta, exigua sunt admodum, quum bona archiepiscopatui adnexa insigne senserint incrementum, maximosque fructus ferant. Inito hoc pacto, Joannes Ernestus, comes de Thun, die 30. Junii ejusdem anni eligitur, promissaque per aliquot annos liberaliter exsolvit. Tandem vero simoniam huic pacto subesse ratus, negat, se quidquam eo nomine amplius erogaturum. Tum canonici precibus & argumentis contra pugnant, atque archiepiscopum eo perducunt, ut se quidem & inposterum pensionem istam quotannis exsoluturum, non tamen ex necessitate obligationis, sed ex liberalitate, nec ut archiepiscopum, sed ut comitem, polliceretur. At canonici, qui hunc solvendi modum nec honestum sibi satis, nec perpetuum fore credebant, judicio experiri, & actione apud pontificem maximum instituta, archiepiscopum invitum ad solutionem compellere malebant. Pontifex tamen, qui aliquam in hoc pacto simoniæ etsi subtilissimæ labem animadvertebat, & rem pessimi exempli esse videbat, conventionem irritam declaravit, & archiepiscopum ab obligatione liberavit. Hæc fuit promulgendæ istius bullæ occasio. Quæ autem in bulla hac continetur, prohibitio conventionum privatarum in electionibus, etiam protestantes obligat, non quidem ex auctoritate Innocentii XII. quæ apud nos nulla est, verum juris canonici, quod non ex pontificis, sed imperatoris & ordinum Imperii, qui illud receperunt, & in comitiis Wurzbur-

burgensibus anno cIↃ CCLXXXVII. habitis, publica lege apud *Lehmannum in Chronico Spirensi lib. 5. cap.* 108. confirmarunt, voluntate valet. Innocentius enim XII. in bulla illa renovavit saltem decessorum suorum leges, & inter has Gregorii IX. constitutionem, qui: *Pactiones*, inquit, *factæ a vobis pro quibusdam spiritualibus obtinendis; quum in hujusmodi omnis pactio, omnisque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti.* Eam constitutionem *cap.* 8. X. *de Pactis* insertam simul cum jure canonico receperunt Germani ac protestantes, & judicant etiam hodie secundum eam. Exemplo, quod *Carpzovius lib.* 1. *Jurisprud. consist. def.* 20. habet, addemus aliud in præsens. Cœnobium quoddam catholicum, in principatu Halberstadiensi situm, cui Huysburg nomen est, jure patronatus in templum evangelicum pagi Sargstedt gaudet, veteremque cum templi hujus sacerdotibus litem de silva quadam habet, ac litis ejus sopiendæ caussa cum novo sacerdote in ipso muneris suscepti principio paciscitur, atque scripturam ab illo exigit, qua nullum sibi in hanc sylvam jus esse fatetur. Atque is sacerdos, quam diu vixerat, de retractanda ista confessione sua nunquam cogitarat. Mortuo illo, succedit alius, qui & ipse ab initio confessionem talem edit, sed deinde confirmatus, postquam patronorum iram nihil sibi nocere inposterum posse videt, confessionem suam ipse oppugnat, ac sylvam sibi vindicat. Opponit monasterium exceptionem transactionis, pacti, propriæ confessionis. Consulti vero super hac lite JCti Helmstadienses a Regimine Halberstadiensi mense Octobri anni cIↃ IↃ CCXXI. exceptiones istas omnes rejecerunt ex his rationibus: Weil die beyde Pfarrer bey Antritt ihres Amts weder genugsame Nachricht von den Kirchen-Gütern gehabt, noch durch Ausstellung eines

Re-

Reverses der Kirchen was zu vergeben befugt gewesen, überdies dergleichen Reverse, welche ein Patronus sich von dem Pfarrer bey Antritt dessen Amts ausstellen lässet, einem pacto simoniaco nicht unähnlich seynd, und sowol bey den Catholicken als Protestanten nicht die geringste Verbindlichkeit haben.

XIV.

Leges contra simoniacas vocationes ministrorum ecclesiasticorum latæ effectum vere nullum habent ob difficultatem probationis.

XV.

Patrono vel eligentibus permitti nequit, ut ipsi vocationem, vel electionem a se factam, tanquam simoniacam impugnent, & testimonium de ea perhibeant.

Optimæ & severissimæ leges contra simoniacas ministrorum ecclesiæ electiones & vocationes promulgatæ sunt. Et tamen simoniæ crimine nullum hodie est frequentius. Cogitari igitur serio oportet de remedio efficaci, quo leges istæ saluberrimæ in usum & effectum deducantur. Sed offert se confestim obstaculum maximum, difficultas scilicet probationis, cui mederi fere supra vires humanas esse videtur. Conventiones quippe simoniacæ raro in scriptis, nunquam fere coram testibus, sed plerumque inter patronum novumque sacerdotem solos coram & in abditissimo cubiculo ineuntur, & iis sæpe jusjurandum, ne alteruter quid effutiat, additur. Eam improbitatem tam occultam quis deteget? Dices forsan: permittendum esse eligentibus ipsis ac vocantibus, ut electionem vocationemque suam tanquam simoniacam impugnent ac revocent, de eaque testimonium perhibeant. Verum permitti hoc non potest tam ex rectæ rationis, quam juris

juris canonici & civilis principiis. Recta ratio certe neminem ad testimonium ferendum admittit, qui per hoc ipsum testimonium sese maleficum atque adeo omni fide indignum declarat. Idem juri civili congruit, quod ei, qui propriam turpitudinem allegat, credi non debere in alterius detrimentum sæpissime constituit, *L. 4. C. de Revoc. donat. L. 30. C. de Transact. L. 50. §. 1. de Leg. 1. L. 5. C. de Condict. ob turp. caussam.* Quæ regula clarius adhuc in jure canonico *c. 8. X. de Donat.* & *c. 9. X. de Excess. prælat.* proponitur. Quum itaque secundum *Barbosam in Thesauro axiom. 5. voce Turpe,* testi falsum se dixisse adserenti, & secundum *Mascardum de Probat. Concl. 359. n. 31.* judici in mortis articulo, se pecunia corruptum judicasse, dicenti, fides nulla habeatur, nec canonicis nec patronis, qui electionem & vocationem a se factam tanquam simoniacam impugnant, quidquam credendum est.

XVI.

Jurisjurandi religio infirmum contra simoniacas vocationes remedium & dissuadendum magis, quam suadendum est.

XVII.

Singularis detegendæ simoniæ modus, a Gregorio VII. adhibitus, memoratur.

Efficacius coërcendæ simoniacæ pravitatis remedium reperiisse, se olim crediderunt illustres provinciæ cujusdam ordines in religione jurisjurandi, legemque fecerunt, ut ne quis sacerdos sacretur, ni jurasset prius, se pro sacerdotio obtinendo nec dedisse quidquam, nec promisisse. Ipsi vero deinde, quam & illud remedium sit inefficax, agnovere, & ob plurima, quæ id comitantur, incommoda,

de eo abrogando iterum cogitarunt, ſed tamen antea theologos & JCtos Helmſtadienſes conſuluerunt, quorum reſponſum ſupra *Specimini DLXVII. de Delictis, quæ circa jusjurandum committuntur, medit.* 5. & 6. inſertum eſt. Quæ quum ita ſint, deſperamus fere de efficaci contra ſimoniacam pravitatem remedio. Faciant tamen magiſtratus officium ſuum, ac, ubi legitima ſuſpicio adeſt, ſedulo inquirant, deficientibus vero probationibus, *Deo* judicium & vindictam ſimpliciter relinquant. Illud enim, quo Gregorius VII. pontifex maximus, cardinalis adhuc, uſus eſſe dicitur, remedium noſtra ætate fruſtra adhibebitur. Narrat id *Jo. de Beka in vita Burchardi, epiſcopi Vltrajectini XXIII.* his verbis: *His temporibus quidam Hildebrandus, cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, devenit in Galliam, ut ibidem aboleret Simoniæ perfidiam. Quum autem ipſe cardinalis adverſus diffamatum epiſcopum proceſſiſſet, & idem epiſcopus teſtes ipſum accuſantes pretio ſubarrhaſſet, dixit idem legatus: Ceſſet humanum judicium, procurator ecce divinum oraculum, quum certum ſit, quod epiſcopalis gratia donum ſit Spiritus ſancti, & ſi in emtione pontificii non ſis conſors Simonis Magi, dic: gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Simoniacus igitur absque formidine, gloria Patri & Filio, diſtincte protulit, veruntamen Spiritui ſancto nequaquam pronunciare potuit; ſed, poſtquam idem ab epiſcopatu deſtitutus fuit, totum verſiculum ſine obſtaculo legit.*

XVIII.

Conditio nuptiarum, vocationi ad ſacerdotium adjecta, nihil in ſe inhoneſti, nec illiciti, habet.

XIX.

Legibus humanis tamen vetatur.

XX.

Igitur a patrono privato adjici nequit, a Principe poteſt;

XXI.

XXI.

Et, si ab hoc adjiciatur, candidatus eam sine crimine & macula implere potest.

De conditione nuptiarum cum certa femina, vocationi ad sacerdotium adjecta, mirus est dissensus. Probant eam multi, quos allegat *Carpzovius lib.* 1. *definitione ecclesiast.* 42. *n.* 4. ipseque sequitur, siquidem illa femina sit vidua, vel nata decessoris, quippe quæ exquisitiorem redituum sacerdotalium notitiam habeat, ac si majore cum utilitate rem familiarem curare possit. Damnant alii, inprimis JCti Hallenses apud *Bœhmerum in Jure parochiali, sect.* 3. *cap.* 1. §. 24. quin & *Reinkingius in Regimine seculari & ecclesiastico lib.* 3. *classe* 1. *cap.* 6. *n. ult.* quem tamen inter sibi adsentientes allegat *Carpzovius.* Ille enim aperte: *Si illa,* inquit, *conditio sit præcisa, merito improbatur.* Limitatio autem, quam addit: *Si vero in liberam substituendi voluntatem, quæ maxime in matrimoniis attendenda, rejicitur, non erit improbanda;* aut valde domitiana est, aut ego eam non intelligo. Nam conditio, quæ actum, cui adjicitur, non suspendit, sed, etsi non impleatur, firmum esse sinit, non est conditio, sed petitio, suasio, consilium. Nostra de hac quæstione sententia hæc est. Pugnat hæc conditio indubie cum juribus scriptis, scilicet cum *L.* 31. *C. de Episcopis & clericis,* cum *c.* 7. *X. de Filiis presbyterorum,* cum *c.* 8. *X. de Pactis.* Non pugnat vero cum recta ratione, nec cum sacro codice, nec cum honestate. Objicies nobis sine dubio vocationem divinam, in sacerdotio necessariam. Verum huic conditio nuptiarum non obest. Vocatio divina etiam ad majestatem, quæ a Deo, &, ut aliquibus placet, immediate a Deo est, ohtinendam desideratur. Atque tamen majestas persæpe, intervenientibus tanquam necessaria conditione nuptiis, obtinetur. Neque hæc conditio quid-

quam auctoritati, virtuti vel majestati ipsi detrahit. Prostant exempla publice. Sed malumus antiqua. Inter Longobardorum reges Agilulfus, anno 590. & Rotharis, anno 637. creati, magnam laudem meruerunt. Atque uterque tamen per mulieres regnum adeptus est; Agilulfus per Theodelindam, decessoris sui viduam, quæ secundum *Sigonium de Regno Italiæ lib.* 1. *pag.* 19. ex procerum decreto, ut, quem ipsa sibi maritum e Ducibus Longobardis optasset, ille regiam potestatem teneret, Agilulfum elegit, virum præclaris omnibus corporis, animique virtutibus ad regni gubernacula tractanda aptissimum; Rotharis per Gundebergam, quæ secundum eundem *Sigonium lib.* 2. *pag.* 30. quum Longobardi, in comitiis creando regi habitis, mariti regisque optionem ei dedissent, Rotharim legit, Arrianis quidem erroribus imbutum, sed ceteris virtutibus regio fastigio dignissimum. Discrimen itaque faciendum est inter patronum privatum & Principem. Ille, quippe legibus humanis obnoxius, nequit sacerdotem sub pacto nuptiarum vocare. At Princeps hoc potest, & is, quem vocat, si paret & munus suscipit, non peccat, nec conscientiam lædit. Enumerant quidem JCti Hallenses, quod præcipuum eorum argumentum est, varia mala ex conditione nuptiarum, si vocationi adjiciatur, metuenda. Nec negamus hoc. Potuissent plura etiam & majora addere. At nihil est in rebus humanis, quod tali metui non sit obnoxium. Totum jus patronatus majorum adhuc malorum peccatorumque origo & caussa est, atque tamen non abrogatur, nec abrogari debet. Fontes profecto & profundos puteos propterea, quod homines nonnunquam in eos incidunt, misereque pereunt, non obruimus plane & siccamus, sed munimus saltem & vallamus.

XXII.

XXII.

Aliquot fraudes, quibus ſimonia velatur, explicantur.

Nunc diverſas fraudes, quæ legi contra ſimoniam latæ fiunt, ſeu, ut mollius loquar, cautiones & effugia ſingulatim enumerari oportebat. Sed infinitum hunc laborem occuparunt ante nos alii. Igitur aliquot ſaltem, quæ ſcribentibus velut caſu ſuccurrunt, ex multis excerpemus. Huc referimus 1) quod *Novella* 8. *cap.* 1. pro codicillis, chartis, ſigillis, & *Novella* 123. *cap.* 3. generaliter pro conſuetudinibus quid dare & accipere permittit; quæ indulgentia quam lætam fraudum ſegetem creare potuerit, atque etiam crearit, ex infinitis ſequentium temporum querelis ac plurimis, quibus repreſſa fuit, conſtitutionibus, quarum partem *Zieglerus de Clerico renitente* §. 92. *ſqq.* recenſet, apparet. Deinde 2) negant *Laymannus Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 10. *cap. ult.* §. 2. aliique apud *Fabrum Part.* 58. der Staats-Cantzley *pag.* 94 ſimoniam eſſe, *ſi aliquid temporale detur, non ut pretium, ſed ut incitamentum ad opus bonum, veluti ſi Chriſtianus infideli donet, ſub conditione, ut ſacrum baptiſma ſuſcipiat, vel alteri, ut ad fidem ſuam convertatur.* Porro 3) candidatus ſacerdotii, qui, dum patrono vel electoribus donat, non paciſcitur, ſed ſaltem humiliter, ut ſacerdos creetur, perit, a ſcrupulo ſimoniacæ pravitatis liberatur in *c.* 34. *X. de Simonia.* Huc 4) referri oportet novos titulos, quos pro velanda ſimonia ipſi ſummi pontifices excogitarunt; uti pro conſervanda laudabili conſuetudine, quem damnat Alexander III. in *c.* 16. *X. de Simonia*, probat Innocentius III. in *c.* 42. *X. de Simonia*, item 5) pro moleſtia corporis, quo ſummi pontifices maxime utuntur, in excuſandis, quas pro conſecratione ſanctorum hominum exigunt, pecuniis vel potius opibus. Magnitudinem impenſarum, in hanc conſecrationem faciendarum, ingenue deſcribit *Labatus in to-*

mo VI. des Voyages en Espagne & en Italie, pag. 128. *sqq.* & excusat etiam, ac ad objectiones hæreticorum respondet, inter quas responsiones fortissima est, quam *pag.* 136. ex *Evangelio Joannis XII*, 4. desumit, eos, qui Pontifici hanc dorophagiam exprobrant, cum Juda Iscariote comparans, & *Judas*, inquiens, *en disoit autant voyant l'usage qu'une bonne femme faisoit de son parfum.* Denique 6) fraudum & effugiorum omnium complementum in *c.* 18. *X. de Simonia* reperies, ubi in accipiendis vel dandis muneribus tria maxime attendi jubentur, atque hæc attendenda sic porro explicantur, ut ipse Simon magus facti sui excusationem inde sumere potuisset.

XXIII.

Simonia aliquando bona est.

Simonia aliquando licita, quin & laudabilis, imo necessaria esse potest, in tali, quem *Thomas Smith in Narratione de vita, studiis, gestis & martyrio Cyrilli Lucarii* habet, casu. Finge scilicet tibi cœtum christianum sub Principe a sacris christianis alieno, e. g. Constantinopoli, vivere, atque sibi antistitem sacrorum eligere, sed hunc ad munus hoc aliter non admitti, quam, si confirmationem a Principe magna pecunia redimat. Finge porro, duos candidatos paribus suffragiis eligi, Cyrillum, pium doctumque virum, & Timotheum, hominem improbum, erroribus infectum, recte sentientibus infensum, atque, si patriarcha fiat, ecclesiam pessum daturum. Fac nunc, Timotheum hunc grandem pro confirmatione pecuniam offerre, nec aliter arceri posse, quam si Cyrillus æqualem aut etiam majorem pecuniam offerat. Quid faciendum Cyrillo? Respondeo cum Catone apud *Suetonium in Cæsare cap.* 19. largitionem tunc e republica futuram.

CO-

COROLLARIA.

I. Episcopi Principes sibi titulum: *Dei gratia;* arrogant; id quod plerique per mendacium faciunt. Sed vetus hoc mendacium est, præscriptione immemoriali firmatum. Exemplum vetus sæculi XII. *Johannes Seldenus in Titulis honorum Part.* 1. *cap.* 7. §. 2. ex Waltheri Maper sexta distinctione de nugis curialium, qui liber manu scriptus in Oxoniensi bibliotheca exstat, memorat: *Joscelinus Ep. Salisburiensis sub Henrico II. filio suo Rainaldo (perversis mediis in Episcopum Bathensem & Wellensem electo) querenti; Archiepisc. Cantuariensem nolle se consecrare, suasit: Stulte velox ad Papam evola securus, nihil hæsitando; ipsique bursa grandi para bonam alapam, & vacillabit quocunque volueris: ivit ergo: percussit hic, vacillavit ille; cecidit Papa; surrexit Pontifex; scripsitque statim in Dominum mentiens, in omnium Brevium suorum principiis. Nam ubi debuisset scribi Bursæ gratia, Dei gratia dixit: Quodcunque voluit, fecit. Sic tamen Domina materque nostra Roma Baculus in aqua fractus, & absit credere quod videmus.*

II. Quod politici ac historici observant, & exemplo Octavi Augusti, cæsaris, probant, multos Principes, qui imperium improbe & per tyrannidem nacti sunt, bene ac juste imperasse, hoc ad antistites sacrorum & sacerdotes trahi potest, quorum plurimi munus suum, quod per simoniam adepti fuerant, sanctissime gesserunt. Inter pontifices Romanos, si non optimus, saltem ex optimis fuit Innocentius XI. Atque hunc tamen largitiones, Olympiæ, feminæ improbæ, sed in aula Romana potentissimæ, artificiosissime factæ, ad sacram purpuram evexerunt, quemadmodum auctor *du Mercure galant du Mois d'Août* 1689. & *Bayle Dictionaire historique & critique art. Innocent. XI. lit. B.* narrant.

III. Simoniam non committit, qui sacerdotium legitime

time obtinuit, ſed in ejus poſſeſſione turbatur, atque pro hac tuenda vexationes pecunia redimit, *cap.* 28. *X. de Simonia.* Ipſa hoc recta ratio permittit. Vnde & Anaſtaſius in *L.* 22. *C. Mandati* redemtiones litium alienarum damnat quidem, ſed *pro rerum apud ſe conſtitutarum munimine ac tuitione* permittit.

IV. Majorem dubitationem habet quæſtio: an ſacerdos juſte electus, oblatam ſibi pro hoc, ut deſiſtat, a competitore, jura quidem infirmiora habente, ſed potente tamen, & longam ac difficilem litem minitante, pecuniam accipere & deſiſtere poſſit? Ego nego poſſe. Peccat enim ſine dubio, qui dat, ut pluribus oſtendit *le Grand* in libello *des Benefices poſſedez par les Religieux*, Pariſiis anno 1719. edito, *Part.* 1. *quæſt.* 3. Peccat ergo & adverſarius, qui accipit.

V. Candidatus ſacerdotii, qui, poſtquam legitime vocatus eſt, Superintendenti & adſeſſoribus conſiſtorii pro temperando rigore examinis munuſcula offert, in crimen ſimoniæ incidit. Vide *Corpus Auguſteum tom.* 1. *pag.* 528. verbis: **Wir wollen auch hiermit unſern Theologen bey ihren Pflichten eingebunden haben, daß ſie umb Beförderung willen zum Kirchen-Dienſt, keine Geſchencke noch Gaben von jemands, wer der ſeyn mag, nehmen, noch ſich mit denen** *Ordinanden* **oder** *Examinanden* **heimlich vergleichen, was ſie im** *Examine* **nochmals antworten ſollen, weil ſie wol wiſſen, wie ernſtlich der Allmächtige ſolche** *Simoniam* **geſtrafet, ſondern, wie ſich ihrem Ampt und Beruf nach gebühret, ſolch** *Examen* **aufrichtig und nach äuſerſter Nothdurft der Kirchen verrichten.**

SPE-

SPECIMEN DCXXIV.
AD LIB. XLVIII. TIT. XV.
DE
PLAGIO.

I.

Quæstio: an violenta hominum ad militiam coactio plagium sit? in logomachiam abit.

II.

Omnis suppressio hominis plagium est,

III.

Atque ultimo supplicio punitur, quando suppressor servitutem intendit.

IV.

Extra hunc casum pœna arbitraria est, nec regulariter ad mortem extendi potest.

V.

Tunc tamen extenditur, quando cum perduellione aut violatione pacis publicæ conjuncta est.

Inter varias, quæ circa doctrinam de plagio moventur, controversias hæc fere princeps est: An, quæ hodie frequentissime contingit, violenta hominum in militiam asportatio verum plagium sit? Ajentem negantemque sententiam æquo agmine JCti tuentur. Verum hæc lis parum a logomachia abest. Tota res, & universæ litis utilitas ad hanc quæstionem redit: Quæ sit violentæ hujus in militiam lectionis pœna? Arbitrariam hanc esse, etiam ii, qui verum huic violentæ lectioni plagium inesse contendunt, fateri necesse habent, nisi aperte Justiniano in §. 10. *I. de Publicis judiciis* contradicere velint. Idem hi, qui plagium in-

inesse negant, dicunt. Conspirant ergo ambo amice. Atque nunc nostra parum interest, quo nomine hoc crimen appelles, & ad quam classem delictorum id referas. Sufficit nobis, crimen, & quidem publicum, esse. Nam si vel maxime plagium dici nequit, vis publica tamen, aut saltem privata erit, quæ utraque crimen publicum est, & gravem pœnam meretur, §. 8. *I. de Publicis judiciis.* Verumtamen non erraverit, si quis crimen hoc, etiam ex jure Romano, plagium appellet. Id quidem dissentientibus facile largimur, primum ac præcipuum legis Fabiæ caput adversus eos directum fuisse, qui liberos homines in servitutem involuntariam abstraherent, inprimis qui ergastula, pistrina in villis & agris, quin & in urbibus, haberent, iisque raptos ac interceptos viatores, nec non, quos sacramenti metus seu fuga militiæ ad has latebras compulisset, supprimerent. Vide *Suetonium in Augusto cap.* 32. & *in Tiberio cap.* 8. Maxime autem huc pertinet locus *Pauli Diaconi in Gratiano, Valentiniano II. & Theodosio cap.* 6, quem quia *Pignorius de Servis pag.* 257. *sqq.* ubi late de ergastulis agit, omisit, integrum hic adscribo: *Erat ab initio in urbe Roma domus, ingenti magnitudine fabricata, in qua panis fiebat, qui universæ civitati ministrabatur. Horum mancipes tempore procedente pistrina publica latrocinia esse fecerunt. Cum enim essent molæ in locis subterraneis constitutæ, per singula latera earum domuum tabernas instituentes, meretrices in eis prostare faciebant, quatenus per eas plurimos deciperent, alios, qui pro pane veniebant, alios, qui pro luxuriæ turpitudine ibi festinabant. Arte namque mechanica in molam de taberna cadebant, & hoc patiebantur maxime peregrini, & ita latebant clausi, ut multi usque ad senectutis tempus laborantes, inde non permitterentur exire, æstimantibus eorum propinquis esse defunctos. In hujusmodi laqueos miles quidam Theodosii incur-*

currit. Cumque fuisset clausus ad molam, nec dimitteretur exire, evaginato gladio prohibentes occidit. At illi, terrore detenti, militem dimiserunt. Hoc agnoscens Imperator & mancipes suppliciis occidit, & ipsam pistrinam destruere funditus præcepit. Hujusmodi suppressores, per quos liberi homines in servitutem abstrahebantur, lex Fabia inprimis persequebatur. Sed & eadem generaliter coercet, qui hominem vel ingenuum, vel libertinum invitum celaverit, suppresserit, etiam non servitutis caussa, sed e. g. ut pro filio haberet, *L. 6. §. 2. D. L. 5. C. Ad legem Fabiam de plagiariis*, cum hoc saltem discrimine, ut suppressor, qui servitutem liberi hominis intendisset, ultimo supplicio, qui aliam caussam supprimendi habuisset, lenius puniretur. Apparet hoc clare ex *L. 1. D. & L. 7. C. Ad legem Fabiam de plagiariis*, & adhuc clarius ex §. 10. *I. de Publicis judiciis.* Vnde & in jure canonico mortis pœna saltem iis plagiariis, qui liberos homines furantur, & tanquam servos vendunt, irrogatur, *c. 1. X. de Furtis.* Quamobrem sic breviter tene: Omnis suppressio & violenta aut fraudulenta asportatio liberi hominis, quacunque de causa fiat, plagium est, at non semper ultimo supplicio punitur; sed tunc saltem, quum suppressor servitutem suppressi intendit, quod adhuc hodie contingere potest, ut si eum, exemplo filiorum Jacobi *Geneseos XXXVII*, 28. barbaris vendat, aut tanquam hominem proprium glebæ suæ adscribat. Quodsi plagiarius non servitutem, sed aliam caussam, uti militiam, vel hereditatem, cujus exemplum *infra in coroll.* 2. vide, intendit, ex arbitrio judicis punitur, fustium ictu, relegatione, mulcta, carcere. Nunquam igitur videmus, centuriones, aliosve, qui milites publica auctoritate legunt, siquidem hoc vi faciunt, tametsi injussu, quin interdum contra expressum jussum principis, durius puniri. Ut autem mortis pœna locum habeat,

beat,aliud crimen, quod ultimum supplicium per se mereatur, concurrat oportet, ut fractæ pacis publicæ, vel perduellionis.

VI.

Militum lectio, quam princeps quidem jussit, sed vim fieri vetuit, si tamen per vim fit, simplex plagium est, nec morte punitur.

VII.

At si pro extero principe fiat, in perduellionem incidit, ac ultimo supplicio vindicatur.

VIII.

Igitur leges hodiernæ, quæ hujusmodi plagiariis ultimum supplicium irrogant, non novæ sunt, sed saltem jus vetus firmant.

IX.

Oportebat ergo & sine illis plagiarios hos ad mortem damnari.

Ostensum jam fuit in superioribus, violentam suppressionem hominum militiæ caussa simplex plagium esse, nec morte puniri posse, ac nunquam centuriones, aliosve, qui contra expressum principis jussum invitos milites scribunt, ad ultimum supplicium damnari, dummodo hoc pro ipsa, in qua vivitur, republica fiat. At quid, si id pro extero principe faciant? Tunc, quia perduellio concurrit, mortis pœna locum invenit. Equidem dubium grave nascitur ex *L.* 3. *pr. ad L. Juliam majestatis*, ubi capite punitur, qui civem hosti tradiderit. Hoc igitur, ais, nequit extendi ad eos, qui civem principi vicino, amico, forte etiam fœderato, tradiderit. Fateor. Sed additur *in eadem lege*, perduellem esse, qui injussu principis delectum habuerit. Delectus vero est evocatio etiam unius hominis in militiam, *L.* 4. §. 10. *de Re militari.* Ergo,

go, qui injussu sui principis pro extero principe milites legit, simpliciter perduellis est, mortemque meretur, & hanc magis adhuc, si præterea vim adhibet. Quæ quum ita sint, novæ leges, quibus nunc passim ultimum supplicium in hos plagiarios sancitur, vere novæ non sunt, sed saltem memoriam veterum legum renovant, usumque stabiliunt ac firmant, non reducunt. Mittebantur mense Martio anni cIↃ IↃ CC XXII. a senatu Altonaensi ad JCtos Helmstadienses acta, de hujusmodi plagio confecta, adjectumque erat edictum Daniæ regis, quo ultimum supplicium in plagiarios hujus generis sanciebatur. Sed delictum id, de quo nunc quæstio erat, ante promulgationem ejus legis commissum fuerat. Deliberabatur ergo de pœna. Ajebant collegæ, legem hanc novam ad hoc crimen, de quo nunc quærebatur, trahi non posse, nec leges Romanas ultimum supplicium iis, qui servitutis caussa homines supprimant, irrogantes locum invenire. Adsensi in utroque, contendi tamen, perduellionem hic concurrere, atque adeo ultimum supplicium irrogari debere. Sed victus ceterorum suffragiis leniorem sententiam concepi: In peinlichen Sachen Fiscalis, Anklägers an einem, wider Peter Paulen und Marthen Paulin, Angeklagte am andern Theil, erkennet der Rath zu Altona ꝛc. Daß Angeklagte eine Stunde lang öffentlich an den Pranger zu stellen, folgends nach abgeschwohrnem Urpfeden und Erstattung aller durch diesen Procefs verursachten Unkosten des Landes ewig zu verweisen. V. R. W. Rat. Dec. Es kommen beyde Angeklagte in Verdacht, daß sie Preußischen Werbern Rath, Vorschub und Gelegenheit gegeben, den Hopfen-Führer, Harm Blöthen, aus ihrem Wirths-Hause mit Gewalt wegzuführen. Ob sie nun wol dieses beständig leugnen, anbey zu ihrer Entschuldigung vorgeben, es sey des Entführten

eigener Cammerade, welcher diese Sache denunciiret, verdächtig, gedachten Blöthen den Werbern verrathen zu haben, nächstdem entschuldige sie der Lieutenant Blanckenhör selbst in seiner vor zweyen Notariis gethanen Aussage, zudem wären die gegen sie vorhandene Indicia von schlechter Erheblichkeit, endlich habe Angeklagter, wenn er ja was verbrochen, solches bereits völlig durch das langwierige Gefängniß gebüsset; Alldieweil aber die Angeklagte den gegen sie vorhandenen Verdacht dadurch, daß sie in ihrer Aussage bey den meisten Umständen einander contradiciren, variiren, ja ein jeder sich selbst widersprechen, um ein grosses vermehren, insonderheit des Pauls böses Gewissen daraus, daß er Anfangs gar keine Gäste gehabt haben will, deutlich erscheinet, hiernächst die fremde Werber, nach Puffii Aussage und der Angeklagten eigenem Geständnisse, täglich bey ihnen aus- und eingegangen, und bereits einige Leute aus ihrem Hause, laut Deposition des Fuhrmanns, weggehohlet, ferner aus des Chirurgi Deposition sattsam zu ersehen, daß Angeklagter den in seinem Hause einsmal gelegenen Patienten an die fremde Werber zu verrathen vorgehabt, denn Angeklagter wohl gewust, daß seine Gäste verkleidete Werber gewesen, auch gehöret, daß sie davon, wie sie den Blöthen überkommen wolten, mit einander gesprochen, nichts destoweniger sich gantz früh zu Bette gelegt, und, da die Werber den Blöthen überfallen, und mit Gewalt auf den Wagen gebracht, weder solches gehindert, noch Lermen gemacht, ja es so gar dem Cammeraden des Entführten, als derselbe zweymal in sein Haus gekommen, und nach Blöthen gefraget, nicht angemeldet, weiter gar vermuthlich, daß der Lieutenant Blanckenhör den Angeklagten, als seinen Complicem, nach Möglichkeit entschuldigen und loß zu machen suchen werde, übrigens die Beförderung eines Menschen-Raubes ein grobes, höchst-straf-

ba-

bares delictum ist, da zumal die Jura territorii der hohen Landes-Herrschaft, worunter Angeklagte gesessen, dadurch gröblich violiret, und die Sicherheit der Commerciorum nicht wenig gestöhret worden, mithin das ausgestandene Gefängniß, welches Angeklagter sich ohnedeß durch sein Leugnen selbst zugezogen, in keine sonderliche Betrachtung kommt; So gehet zwar die in göttlichen, Deuteron. XXIV, 7. und weltlichen Rechten, §. 10. I. de Publicis judiciis, c. 1. X. de Furtis auf die plagiarios gesetzte Todes-Strafe, nachdem bey heut zu Tage cessirender Knechtschaft die Haupt-Ursache dieser scharfen Strafe hinwegfällt, ingleichen der Staupenschlag, weil Angeklagte mehr einer Connivenz und Verstattung ihres Hauses zu der begangenen Ubelthat, als einer würcklich geleisteten Hülfe, überführet seynd, ab, und ist nur dergestalt, als in dem Urthel enthalten, wider sie gesprochen worden.

X.

Qui operam in plagio ferunt, domumque suam commodant, simili cum ipsis plagiariis pœna adfici debent.

Cum istis, quos in antecedentibus meditationibus commemoravi, reis etiam ex alia caussa mitius actum est, quod scilicet ipsi vim non fecissent, sed connivissent saltem, ac vim in ædibus suis fieri passi essent. Verum nec hæc excusatio illos secundum leges a supplicio liberare debebat. Clara sunt legum verba & de plagio; *L. 6. §. 2. Ad L. Fabiam de plagiariis: quive in re socius erit, ejus pœna teneatur;* & de perduellione, ad quam opera consiliumve sufficere dicuntur in *L. 1. §. 1. & L. 4. Ad legem Juliam majestatis.* At quæ potest magis opera præstari, quam domum suam commodando?

XI.

XI.

Hi, qui sine vi, dolosis persuasionibus, cives in alienam militiam pertrahunt, verum plagium & perduellionem committunt,

XII.

Ac, si fatentur crimen, ultimo supplicio adfici, si negant, tormentis subjici possunt.

Leges recentiores, inprimis Saxoniæ, quas infra adjiciam, hac in re claræ sunt; sed eædem etiam juri civili conveniunt. Vide *L.* 6. §. 2. *Ad legem Fabiam de plagiariis;* verbo: *persuaserit*, *L.* 3. §. 5. *de Homine libero exhibendo*, *L.* 1. §. 3. *de Servo corrupto*, *L. un.* §. 2. *C. de Raptu virginum;* verbis: *sive nolentibus*, *sive volentibus*. Atque sic JCti Vitembergenses mense Aprili anni cIɔ Iɔ CC XXXVII. responderunt: Kommt Inquisit Gustav in Verdacht, vier aus der Stadt Stolpen weggekommene Lehr-Pursche verführet, und ausser Landes in fremde Krieges-Dienste gebracht, oder doch wenigstens dazu Rath, Vorschub und Beystand geleistet zu haben. Ob er nun wol dieses beständig leugnet, und von dem fremden Soldaten, der sich seiner als eines Instrumenti zu Wegschaffung der vier Pursche bedienet haben soll, mit vielen Betheurungen entschuldiget wird, wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey er entweder schlechterdings von der Inquisition loß zu zählen, oder höchsten Falls mit dem Reinigungs-Eyde zu belegen gewesen. Alldieweil er aber 1) den vier verschwundenen Lehr-Purschen in seinem Hause unterschiedene Zusammenkünfte verstattet, und einige Tage hinter einander Gelegenheit zu schmausen, Brandtewein und Bier zu saufen, zu spielen und mit Weibes-Bildern bis in die Nacht zu sitzen, gegeben, hiernächst 2) einen derselben, Peter Pach-

Pachtern, dazu selbst bestellet, und dessen Lehr-Herrn, ihm dahin gehen zu lassen, gebeten, ferner 3) alle diese sonst bey ihm ungewöhnliche Gelage zu eben der Zeit, da ein fremder Werbungen halber verdächtiger Kerl bey ihm gelegen, angestellet, weiter 4) daß dieser Kerl mit den vier Lehr-Purschen aus der Stube gegangen, und sich draussen mit ihnen unterredet, verstattet, endlich 5) der Vernunft nach sein Vorgeben, daß er gar nicht wisse, wo diese auf einmal verschwundene, bey ihm vorher aus- und eingegangene junge Pursche, hingekommen, gantz unwahrscheinlich ist; So ist Inquisit vor unschuldig nicht zu achten, mithin, da er, sein Geständniß richtiger zu thun, sich ferner verweigert, dem Scharf-Richter dergestalt zu untergeben, daß er ihn ausziehe, zur Leiter führe, die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorzeige, die Daum-Stöcke anlege, und damit zuschraube, jedoch vor dieses mal es dabey lasse, und mit Inquisiten nichts weiter vornehme, wobey denn dieser mit allem Ernste zu befragen: Ob er mit dem bey ihm gelegenen fremden Soldaten Abrede genommen, die vier weggekommene Lehr-Pursche ausser Landes zu bringen? Ob er zu solchem Ende die Gelage bey sich angestellet? Ob er selbst den vier Purschen wegzugehen gerathen? Ob er wenigstens dem fremden Soldaten, sie darzu zu überreden, Gelegenheit gemachet? Wo diese vier Lehr-Pursche hingegangen oder gebracht worden? Wer sonst bey Wegschaffung dieser Pursche behülflich gewesen? Dum hæc scribo, ab amico ex Franconia literas accipio, certiorque reddor: **Zu St. ist vor kurtzer Zeit eine Weibs-Person von Paris, welche einen dasigen Soldaten entführen wollen,** *in flagranti* **ergriffen, und wenige Tage darnach aufgehencket worden.** Convenit hoc *Speculo Suevico art.* 210. **Da ein Mensch den andern Menschen stiehlet, das ist auch ein Diebheit, und wird es in seiner**

ner Gewalt begriffen, man schiebet es auf ihn, als andere Diebheit, und wie jung er ist, wie arm er ist, man soll ihn darum hencken.

XIII.

Conquisitores militum, etsi publica auctoritate ad hoc constituti, si tamen vim injussu Principis faciunt, plagiarii sunt;

XIV.

Itaque pro injusta eorum vi a se suisque depellenda fides & misericordia hominum provocari & turba concitari,

XV.

Quin & ipsi cum cæde repelli possunt.

Sæpe conquisitores militum, publica auctoritate ad hoc constituti, data sibi potestate abutuntur, ac vim adhibent sine jussu, vel aliquando contra jussum Principis. Veri hi plagiarii sunt, ac repelli omnibus modis possunt. Itaque non peccare eos, qui, pro impetu illorum a se suisque depellendo, congregantur, fidem hominum obtestantur, misericordiam provocant, ac turbam concitant, ostensum est in *Specimine DXL. de Turba, medit.* 2. & 3. Quinimo, si aliter nequeunt, impune etiam cum cæde repelluntur. Qua de re in *Specimine DCI. de Inculpata tutela medit.* 5. & 6. dictum. Rationibus ibi commemoratis addi potest *lex* 5. *C. de Metatis*, verbis: *expellendi habeat facultatem, nec crimen aliquod pertimescat: quum sibi arbitrium ultionis suæ sciat esse concessum; & lex un. pr. C. de Raptu virginum.*

XVI.

Plagium literarium vulgo non satis accurate describitur.

XVII.

XVII.

Melior descriptio substituitur.

XVIII.

Is etiam, qui scripta aliena sub veri auctoris nomine contra ejus voluntatem edit, plagiarius est,

XIX.

Item, qui non edit, sed supprimit.

XX.

Non omne plagium literarium furtum est, sed aliquod saltem.

XXI.

Omne vero plagium literarium ad falsa, vel ad crimen stellionatus referri potest.

Plagium literarium vulgo definitur, quo quis scripta aliena compilat, ac suo nomine edit. Ast hæc definitio non satis late patet. Oportebat eam ultra extendi. Plagium literarium est, quoties quis scripta aliena cum damno vel domini, vel aliorum, contrectat. Vt ea suo nomine edat, non requiro. Potest editor veri auctoris nomen editioni suæ præfigere, ac tamen plagiarius esse. Frequens hoc hodie in republica literaria est. Nempe solent sæpe librarii, vel alii homines lucri cupidi, scripta doctorum virorum, his, vel etiam heredibus eorum, invitis, in lucem protrudere, aliquando perfecta, sæpe hiulca, immatura, & abortui, quam legitimo partui, similiora. Dici non potest, quantopere hoc vel existimationem auctoris imminuat, vel saltem commodis, quæ ei ex labore debebantur, noceat. Facta ante paucos annos illustri medico, Bœrhavio, hujusmodi injuria movit ordines Hollandiæ, ut edicto publico,

tale quid inposterum injussu auctoris fieri, *d'imprimer quoi que ce soit des Professeurs de leur Université de Leyde, à moins que les Auteurs eux-mêmes n'autorisent le Libraire*, interdicerent. Narrantur hæc in editione Amstelodamensi *du Supplement du Journal des sçavans pour les mois de Mai-Août* 1728. *p.* 691. *sq.* additurque: *Il seroit à souhaiter, qu'on pût aussi empêcher que les Libraires de ces Provinces n'exerçassent cette espéce de brigandage sur les Ouvrages des Ecrivains d'une autre Nation. Car voici encore un Livre, qui vient de paroître Trajecti Thuriorum, c'est-à-dire, à Dordrecht, sous ce titre: De Sacræ Scripturæ Interpretatione Tractatus bipartitus &c. Auctore J. Alphonso Turrettino, V. D. apud Genevenses Min. ut & SS. Theol. Hist. Sacr. &c. Professor. Ce ne sont que de misérables Extraits, que quelque Etudiant ignorant a couchez sur le papier à sa maniere, des Leçons que Mr. Turrettin fit, il y a dix-huit ans, sur la maniere d'interpreter l'Ecriture Sainte. Tout y sent si fort l'Ecolier, que quiconque aura lû quelque chose de ce que ce savant & judicieux Professeur a publié, ne se persuadera jamais qu'un tel Traité, dans l'état pitoiable où il est, soit jamais sorti de sa plume. Mr. Turrettin a donné ordre de publier son désaveau dans les Gazettes: & on apprend avec plaisir, qu'il convaincra réellement le Public de l'imposture, en donnant son véritable Ouvrage sur ce sujet.* Porro plagium etiam sine editione per solam suppressionem ex odio, invidia, obtrectatione, fieri potest. Narrat *Binetus in vita Ronsardi*, poëtæ Galli, sua ætate maximi, quæ *in tomo IX. Operum Ronsardi* exstat, *pag.* 129. *sq.* Joachimum du Bellai, etiam poëtam celebrem, quum sua carmina Ronsardi carminibus obscuratum iri animadverteret, Ronsardi odas astu intercepisse ac occultasse, suasque edendo gloriam Ronsardi antevertisse, a Ronsardo vero in judicium tractum damnatumque,

que, quod abstulerat, restituisse. Plagium itaque literarium rectius describitur contrectatio scriptorum alienorum in fraudem auctoris, vel aliorum hominum. Sed quum jus Romanum delicta omnia ad certas classes retulerit, JCti nostri, se sine lege loqui, ac adeo erubescere debere, credunt, si quod crimen ad nullam harum classium referre queant. Quo ergo plagium referes? Antiquissimi auctores plagiarios omnes pro furibus reputant. Certe *Ausonius epist.* 4. de Theone poëta plagiario ait:

Hic est ille Theo, poëta falsus,
Bonorum mala carminum Laverna.

Erat nempe Laverna apud Romanos Dea, furum præses & patrona, quam hi precabantur, ut facinora sua juvaret ac prosperaret. Vide formulam precum ad eandem apud *Horatium lib.* 1. *epist.* 16. lepidam admodum:

- - *pulcra Laverna,*
Da mihi fallere, da justum sanctumque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Et, ut exemplum solemnis de furto judicii, contra plagiarios instituti, habeas, referam id verbis *Vitruvii in præfatione libri septimi: Reges Attalici, magnis philologiæ dulcedinibus inducti, cum egregiam bibliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent, tunc item Ptolemæus, infinito zelo cupiditatisque incitatus studio, non minoribus industriis, ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare. Cum autem summa diligentia perfecisset, non putavit id satis esse, nisi propagationibus in seminando curaret augendam. Itaque Musis & Apollini ludos dedicavit, & quemadmodum athletarum,*

ſic communium ſcriptorum victoribus præmia & honores conſtituit. His ita inſtitutis, cum ludi adeſſent, judices litterati, qui ea probarent, erant legendi. Rex cum jam ex civitate ſex lectos habuiſſet, nec tam cito ſeptimum idoneum inveniret, retulit ad eos, qui ſupra bibliothecam fuerant: & quæſiit, ſi quem noviſſent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt, eſſe quendam Ariſtophanem, qui ſummo ſtudio, ſummaque diligentia quotidie omnes libros ex ordine perlegeret. Itaque in conventu ludorum cum ſecretæ ſedes judicibus eſſent diſtributæ, cum ceteris Ariſtophanes citatus, quemadmodum fuerat locus ei deſignatus, ſedit. Primo poëtarum ordine, ad certationem inducto, cum recitarentur ſcripta, populus cunctus ſignificando monebat judices, quod probarent. Itaque cum ab ſingulis ſententiæ ſunt rogatæ, ſex una dixerunt. Et quem maxime animadverterunt, multitudini placuiſſe, ei primum præmium, inſequenti ſecundum tribuerunt. Ariſtophanes vero cum ab eo ſententia rogaretur, eum primum pronuntiari juſſit, qui minime populo placuiſſet. Cum autem Rex & univerſi vehementer indignarentur, ſurrexit, & rogando impetravit, ut paterentur ſe dicere. Itaque ſilentio facto, docuit unum ex his eum eſſe poëtam, ceteros aliena recitaviſſe, oportere autem judicantes non furta, ſed ſcripta probare. Admirante populo, & Rege dubitante, fretus memoria e certis armariis infinita volumina eduxit, &, ea cum recitatis conferendo, coëgit ipſos furatos de ſe confiteri. Itaque Rex juſſit cum his agi furti, condemnatosque cum ignominia dimiſit. Ariſtophanem vero ampliſſimis muneribus ornavit, & ſupra bibliothecam conſtituit. Verum, ne ego plagia omnia ad furtorum claſſem referam, Modeſtinus facit, qui in *L.* 72. *de Furtis*, non aliter libellorum ac ſcriptorum alienorum furtum fieri dicit, quam ſi clam ſubtrahantur. Ergo in exemplis ſupra memoratis Bellajus poëta fur fuit, non etiam Theo, ſi edita aliorum carmina ſaltem compilavit, nec poëtæ Alexandrini, quos Vitruvius memorat, nec librarii Hollandorum, qui meditationes doctorum virorum contra horum voluntatem publice edunt, nec Gravina, JCtus Neapolitanus, de cujus Originibus juris civilis ſic judicat *Gregorius Majanſius in Bibliotheca ſua*, quam *libro V. epiſtolæ* 5. adjecit *pag.* 277: *Solidiſſima eſt bujus viri doctri-*

ctrina, eruditio minime vulgaris, judicium rectum, politissimus stilus. Sed si ab hac cornicula Ant. Augustinus, Jacobus Gothofredus, & praeterea duo tresve alii suas plumas repetant, omnino nuda manebit: eruditis certe movebit risum. Ne tamen a laudabili consuetudine recedam, sed genus aliquod summum definitioni plagiorum inseram, non erraturum me spero, si omne plagium falsum, aut, ut mitius loquar, stellionatum appellem.

COROLLARIA.

I. Plagium in vivis, non mortuis, hominibus committitur. Igitur *Harprecht in Responso crim. & civil.* 47. obstetricem, quæ abortum, quem sepeliendum acceperat, medico ad usus medicos reliquerat, a crimine plagii absolvit. Peccavit tamen illa, ac pœnam extraordinariam meruit.

II. Supra jam dixi, omnem suppressionem & interversionem vivi hominis, tametsi non servitutis, sed ex alia caussa fiat, plagium esse: Exempli loco erit, quod *Lutherus* in Tisch-Reden *pag.* 242. narrat, Magistri cujusdam Pauli factum, qui privignum suum, infantem adhuc, cujus patrimoniolo inhiabat, rustico Marchico in provinciam suam abducendum dederat, sperans, eum nunquam in patriam rediturum.

SPECIMEN DCXXV.

AD LIB. XLVIII. TIT. XVI.

DE TERGIVERSATIONE.

I.

Crimen & pœna tergiversationis, quatenus in jure Romano traduntur, ad nostros delatores per omnia applicari non possunt.

II.

II.

Sed tamen etiam delatores tergiversantur,

III.

Tunc nempe, quando legitima delationis suæ indicia & argumenta proferre nequeunt,

IV.

Ubi ad sumtus omnes ferendos ac restituendos, quin & ad satisfactionem privatam, delato obligantur.

V.

Necesse vero est, ut antea eis tempus sub pœna præclusi præfigatur.

Postquam hodie judiciorum de criminibus facies magnopere mutata, accusationes in plerisque locis desuetudine inumbratæ ac delationes pro iis receptæ sunt, nihil fere amplius in foro de tergiversationibus audimus. Tergiversari scilicet secundum *L.* 1. §. 1. *ad S. C. Turpillianum* est, in universum ab accusatione desistere; id quod porro in *L.* 1. *C. Ut intra certum tempus criminalis quæstio* & *L.* 1. *C. ad S. C. Turpillianum* ad eos solos, qui, caussa criminis ordinata, i. e. inscriptionibus depositis & fidejussore de exercenda lite præstito, ab executione criminis desistunt, restringitur; atque in hos pœna amittendæ quartæ partis bonorum cum infamia sancitur in *d. L.* 1. *C. Ut intra certum tempus.* Ista omnia nostris delationibus non conveniunt. Cessat enim in iis inscriptionis necessitas, fidejussores de exercenda lite super criminibus fere nunquam dantur, & pœna amissionis bonorum, extra crimen perduellionis, sublata est. Itaque doctrina de tergiversationibus hodie inutilis esse videtur. Ipse hoc fateor, quatenus ea doctrina ex jure Romano hauritur, quod delationes, seu, ut hodie

vo-

vocantur, denunciationes, prorsus damnat *L. 5. C. de Delatoribus*, ac delatores calumniatoribus exæquat *L. 8. C. de Calumniatoribus*. Verum enimvero, postquam delationum usus, in Germania stabilitus, accusationes fere abolevit, ipsa recta ratio delatorum malitiam iisdem tribus modis, quibus improbitas accusatorum in *L. 1. pr. ad S. C. Turpill.* punitur, coerceri jubet. Nam delatores quoque & calumniantur, & prævaricantur, & tergiversantur. De calumnia & prævaricatione in suis titulis egimus. Accidit vero etiam interdum, ut tergiversentur. Nempe quilibet delator delationem suam satis instruere, judicique idonea ad inquirendum argumenta suppeditare debet, quemadmodum in *Specimine DXLII. de Pietate ac justitia remediorum contra injurias medit.* 10. dictum. Quod si non facit, calumniator est. Qui aliter sentiunt, securitatem publicam aperte violant, & honestissimum quemque ludibrio hominum levissimorum, ac periculo infamiæ & vinculorum exponunt. Igitur quum quis crimen in judicium defert, judex audire quidem deferentem, aliquando etiam ad jusjurandum calumniæ admittere, sed tamen & argumenta ac indicia delationis poscere, ac ad hoc ipsum tempus secundum *L. 6. §. 2. ad S. C. Turpill.* præfinire debet. Quodsi intra hoc tempus non paret delator, non longe a calumniatore abest, aut certe tergiversator erit, ad quem quidem pœnæ, jure Romano in tergiversatores sancitæ, trahi non possunt, sed qui tamen secundum jus naturæ, & exemplo eorum, qui ab instituta civili actione desistunt, sumtus litis adversario, perperam in jus vocato, restituere, quin &, si nulla justa, aut saltem verisimilis, deferendi caussa subfuit, per deprecationem aut revocationem injuriæ satisfacere cogitur. Atque sic JCti Vitembergenses mense Novembri anni cIↃ IↃ CC XXXVII. responderunt,

ex quo responso id maxime observo, jure Romano quidem ad hoc, ut quis tergiversator dicatur, sufficere, eum intra præfinitum a judice tempus reum peregisse, sed moribus nostris necessum esse, ut judex tempus illud, addita pœna præclusi, præfinierit: Dieweil die Denunciation offenbarlich aus Rache wegen des dem Denuncianten abgenommenen Amts-Actuariats hergeflossen, hiernächst Denunciant dabey hauptsächlich seinen Vortheil, und zwar anfänglich die Beybehaltung des Actuariats, nachgehends das Cammer-Fiscalat, letztlich einen Theil der Strafe gesuchet, ferner sein Vorwand, ob wären ihm die Auflagen gebührend nicht insinuiret, aus den Acten klärlich widerleget wird, endlich der Ungrund verschiedener Denunciatorum und die darunter steckende Verleumdung aus den in dem vorigem Urthel angeführten und nunmehr grösten Theils beygelegten Acten unumstößlich erhellet, inzwischen doch, daß Denuncianten die Entschuldigung, ob sey ihm noch keine præclusivische Frist gesetzet gewesen, benommen werde, nöthig scheinet; So wird Denuncianten sub pœna præclusi auferleget, binnen Sächsischer Frist zuförderst den bisher durch sein tergiversiren gesuchten eigenen Vortheil und Einmischung offenbar ungegründeter Punckte bey der Commission verursachten baaren Verlag an Befehls-Sportuln, Urthels-Kosten, Bothen-Lohne, Reise-Aufwand 2c. zu bezahlen, 50. Reichsthaler zu Behuf künftigen Vorschusses in Abschlag baar zu erlegen, dem Denunciaten 100. Thaler Vorstand auf den Fall, da seine übrige Denunciata gleichergestalt falsch befunden würden, durch Bürgen oder Pfande zu bestellen, anbey nähere Umstände, stärckern Verdacht und Beweisthümer seiner Denunciatorum an Hand zu geben. Daferne er nun dieses alles in der gesetzten Zeit nicht erfüllet, so bleibet es bey dem fol. 281. befindlichem Urthel schlechterdings, und wird Denunciant überdies seine an-

ge-

gebrachte falsche Beschuldigungen öffentlich zu widerrufen, auch sowol dem Denunciaten, als der Commission, die fernerweit verursachte Unkosten abzustatten angehalten. V. R. W.

VI.

Advocati fisci, qui cœptas accusationes deserunt, adhuc hodie in crimen tergiversationis incidunt;

VII.

Excusantur tamen, si in progressu litis, se nihil effecturos, animadverterunt.

VIII.

Nec opus est semper, ut, priusquam desistunt, abolitionem obtineant,

IX.

Præterquam in casu, quo nominatim aliquem accusare jussi fuerunt.

Multæ sunt in Germania provinciæ, quæ usum accusationum etiam hodie retinent, easque per advocatum aut procuratorem, ad hoc peculiariter constitutum, exercent. De hoc advocato vel procuratore fisci non dubito, quin in crimen tergiversationis incidat, siquidem cœptam accusationem deserat. Obstare quidem videtur *lex* 1. *C. ad S. C. Turpill.* quæ eum demum in S. C. incidere dicit, qui, *inscriptionibus depositis, & fidejussore de exercenda lite præstito, eoque, qui accusatur, sub custodia officii facto, non impetrata abolitione, ab executione criminis destitit.* Atque inscriptiones & fidejussor nunquam ab eo, qui ex officio accusat, requiruntur. Verum nullum est juris Romani caput, in quo non aliquæ mutationes veterum rituum ac ob-

ſervantiarum contigerint. Quodſi propterea totum illud caput in uſu eſſe deſiiſſe dicas, nullus omnino juris Romani uſus ſupererit, atque nos ridiculi ſumus, qui id tanto labore ac tot vigiliis ediſcimus. Igitur, ne jurisprudentia noſtra, ex legibus Juſtinianeis hauſta, inutilis fiat, hæ leges ad mores & inſtituta Germanorum accommodandæ & inflectendæ ſunt. Quæ quum ita ſint, advocatus fiſci, qui temere ab accuſatione deſtitit, tanquam tergiverſator in jus vocari poteſt, & convictus non pœnas ſolum dabit, ſed & reipublicæ in id, quod continuata accuſatione reo extorquere potuiſſet, damnabitur. Dixi: temere. Nam qui ex juſta cauſſa deſiſtit, dum e. g. in progreſſu litis innocentiam rei animadvertit, vel de perficienda probatione deſperat, laudandus eſt magis, quam reprehendendus. Illa tamen quæſtio adhuc ſupereſt: utrum advocatus fiſci, quando ſe nihil effecturum intelligit, propria auctoritate deſiſtere, an prius abolitionem impetrare, ſeu veniam deſiſtendi petere neceſſum habeat? Et videtur hoc utique neceſſarium propter *L.* 1. §. 7. *ad S. C. Turpill.* ubi ſimpliciter punitur, ſi quis ab accuſatione citra abolitionem deſtitit. Verum, uti modo dixi, diſſimillima morum ac judiciorum noſtrorum facies, ut legum Romanarum literam preſſe per omnia ſequamur, haud patitur. Diſtingui igitur oportet. Si advocatus fiſci aliquem nominatim accuſare juſſus eſt, deſiſtere ſine abolitione nequit. Quodſi vero generatim ad accuſationes faciendas, ubi id e republica fore crediderit, conſtitutus eſt, ſi quam ex officio, non conſulto ante Principe, ſuſcepit, & deinde, ſe operam ſuam perdere, videt, impune deſiſtit, ipſique propter crimen tergiverſationis in judicium vocato, & veriſimilem cauſſam, quæ eum ad deſiſtendum impulerit, alleganti, facile fides habetur. Sic JCti Vitembergenſes menſe Auguſto anni cIɔIɔ CCXXXII. reſponde-

derunt: Dieweil des Cammer-Procuratoris Vorgeben bey den 5. 10. ꝛc. Defecten, wie nemlich in solchen Sachen wegen Mangel des Beweises, auch den bey dem Accusations-Processe vorfallenden Schwürigkeiten nicht fort zu kommen, oder auch sonst nichts zu hoffen gewesen, er mithin selbige Sachen, dem Fisco selbst zum Besten, und zu Erspahrung der solchem Fisco zuwachsenden vergebenen Unkosten, liegen lassen, unmöglich vollkommen erwiesen werden kan; sondern auf viel-gedachten Cammer-Procuratoris, als eines in Eyd und Pflichten stehenden Mannes, Gutachten und Gewissen ankommt, so ist dieser sämtlich angeführten Punckte halber billig eine Absolutoria erfolget.

X.

Reus accusatorem tergiversantem sub pœna perpetui silentii recte provocat.

XI.

Quæ provocatio locum habet, quamvis accusatio nondum instituta sit, sed saltem præparetur.

XII.

Et potest ea fieri in foro rei, tametsi accusator ei non sit subjectus.

Nihil est calamitosius diutino reatu, quum quis scilicet criminis reus per multos menses ac sæpe annos apud judicium pendet, qua voce *Svetonius in Domitiano medit.* 9. utitur, & in discrimine vitæ & bonorum versatur, incertus inter spem & metum. Equidem diuturni hujusmodi rei, ex quorum sordibus voluptas inimicis quæritur, ut *Svetonius in Augusto cap.* 32. loquitur, hoc solatium in *L.* 25. *pr. de Pœnis* habent, quod pœna eorum aliquatenus sublevetur. Sed parum hoc est generoso animo. *Nemo, Seneca in episto-*

 la

